Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
C
93
NAPOLI

Racc. V.89.
C.93.

Digitized by Google

Digitized by Google

RELATIO STATUS
SANCTÆ PRIMATIALIS
ECCLESIÆ CANUSINÆ
SEU
HISTORIA
EX ROMANORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONIBUS REGUM DIPLOMATIBUS SANCTORUM ET CONCILIORUM ACTIS ALIISQUE VETERIBUS MONUMENTIS

EXCERPTA

ET REBUS JUDICATIS, AC DOCTORUM AUCTORITATIBUS FIRMATA

QUA

Antiquum ejusdem Eccleſiæ Statum ſub Adminiſtratione

PRÆPOSITI

NUNQUAM FUISSE IMMUTATUM

OSTENDIT

ANGELUS ANDREAS TORTORA

Præfatæ Eccleſiæ ac univerſæ Diœceſis Canuſinæ Præpoſitus & Ordinarius.



ROMÆ M.DCC.LVIII.

EX. TYPOGRAPHIA KOMAREK.

SUPERIORUM PERMISSU.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google


Sabine pete a Do
Peto Do placabi-
mine, ut lis super
quieſcat nequiti
ira tua am popu
& eſto li tui.
S. SABINUS EPISCOPUS CANUSII P.P.
EX VETERI ICONE IN ECCL. CANUSINA.
1758.

SANCTO SABINO
EPISCOPO CANUSII
Civitatis & Provinciæ Canuſinæ Patrono Principali .

ANGELUS ANDREAS TORTORA EJUSDEM ECCLESIÆ PRÆPOSITUS ET ORDINARIUS .

QUicumque in hanc meam Relationem, quam ſupremis mandatis obtemperaturus de rebus ad Eccleſiam Canuſinam pertinentibus confeci , oculos conjicere non dedignabitur ; is ſane primo veluti obtutu ſtatim intelliget, quantopere hujuſmodi opella Tibi , Sanctiſſime Pontifex , debebatur . Ex ipſis enim paucis monumentis temporis omnium rerum edacis injuriis , ſuperſtitibus , quæ ex antiquitatis ruderibus rimari potui , clare liquet , quantam gloriam , quantum honorem , quot & quam maxima beneficia geſtis tuis præclariſſimis Eccleſiæ Canuſinæ a Te per annos quinquaginta duos adminiſtratæ attuli-

Biblioteca
Digitized by Google

ſti. Apparet zelus eximius, quo ab ineunte juvenili ætate Æthnicarum ſuperſtitionum reliquias adhuc vigentes radicitus evellere, & Catholicam religionem conſtabilire, & proprium in erigendis vero Deo Templis & Aris, patrimonium exhaurire curaſti; dignus propterea, qui cœleſtibus muneribus ab Angelorum Principe in ſua Apparitione impertitis particeps fieres. Apparet ſollicitudo indefeſſa, qua omnibus Gregis tibi crediti neceſſitatibus occurrere, providere, ac conſulere nunquam prætermiſiſti, quæ tibi Sanctorum Virorum magis illa tempeſtate illuſtrium amorem, exiſtimationem, venerationem, familiaritatemque conciliavit. Apparet doctrina incredibilis, quæ Catholicæ Fidei aſſertorem ac propugnatorem, Eccleſiaſticæque diſciplinæ cuſtodem ac vindicem acerrimum in ſacris Conciliis tunc temporis habitis Te conſtituit. Apparet Conſtantia Invicta, quæ tantam tibi apud Romanos Pontifices gratiam auctoritatemque comparavit, ut Te jurium ſuorum defenſorem ac patronum contra Schiſmaticos eligere, tibique majoris moliminis negotia ſemper a te mira dexteritate ſummaque felicitate confecta demandare non dubitaverint. Quinimo ipſa

invicta Coſtantia, quæ inter reliquas tuas inſignes omniumque ſeculorum prædicatione digniſſimas virtutes, luculentius coruſcat, ipſa inquam, non ſolum Imperatores, verum ipſos etiam Reges Barbaros omnique humanitatis ſenſu expertes in Tui admirationem pertraxit ita, ut, nequicquam obnitentibus, vel ferocis eorum naturæ indomitæque indolis, vel noſtræ Religionis hoſtium ſtimulis, alii Te tamquam Apoſtolum, alii tamquam Prophetam, jure meritoque venerati fuerint. Sed quid plura? Apparent miracula ac prodigia evidentiſſima ab Omnipotenti Deo patrata, ut tibi ſervaretur, & longam quoque in annorum ſeriem produceretur vita, quam veſana ambitio cunctis Erebi agitata furiis adimere, veneno tibi propinato, omni ope ſtudioque pertentaverat. Quo factum eſt, ut omnes intelligerent, quam charus, quam acceptus gratuſque eſſes Deo, qui poſt effuſas in te bonitatis ſuæ divitias, tot donis ac divinis chariſmatibus affatim te locupletando, etiam Omnipotentiam ſuam in Te præſervando, inſigni memorandoque prodigio manifeſtare voluit. Apparet.... Sed ob mæſtiſſima rerum facies, & nunquam ſatis deploranda converſio! Vix enim diem

clauſiſti extremam , quaſi tota Canuſinorum felicitas in te uno contineretur , ſtatim eorum Civitas ſemper , tui intuitu, uſque dum in humanis fuiſti, in ſua priſtina amplitudine ac ſplendore conſervata, ab hoſtibus dirempta ac devaſtata fuit, Grex olim tuus florentiſſimus diſperſus , ipſeque Clerus quondam frequentiſſimus penitus diſſipatus. Quis vero commemorare poterit, quæ & quanta mala, ac detrimenta, calamitates, & infortunia acciderint non ſolum Canuſinæ, ſed ipſi Catholicæ Eccleſiæ, uſque dum nomen tuum veluti ſepultum jacuit, ac oblivioni traditum? Verum, ubi primum Deus recordatus miſericordiæ ſuæ diſpoſuit, ut ſacro tuo detecto Corpore, nomen tuum veluti reviviſceret, atque e tenebris ſplendeſceret, quis enumerare ac referre poterit ſigna, & mira, quæ, ad tui interceſſionem, idem operari dignatus fuit. Apparet proinde, & ſatis etiamnum conſtat, miraculorum tuorum virtute, Barbaros Principes ſuperſtitiones omnino ejuraſſe ac deleſſe, ac piiſſimos Orthodoxos evaſiſſe, omnia, quæ a Sanctuariis abſtulerant, redintegraſſe, atque ita eorum nomen immortalitati conſecraſſe. Apparent decora, ac privilegia, quæ certatim Roma-

Digitized by Google

ni Pontifices large profuſeque in Eccleſiam Canuſinam ſacras tuas claudentem exuvias, quavis gaza pretioſiores, effuderunt, quæ quidem, non uno nomine, eidem competere cognoverant. Apparent glorioſiſſimorum Regum noſtrorum munificentiæ monumenta, qui certe nihil reliqui fecerunt, quominus eamdem tuam Canuſinam Eccleſiam, tanquam ſuam Domum, qua patrocinio tuerentur, qua bonis temporalibus augerent. Apparet.....: Sed dies me profectò deficeret, ſi reliqua omnia percenſere pergerem. Eapropter, cum quidquid eſt, & quidquid habet Canuſina Eccleſia tibi acceptum referat, cuique etiam patet, & apparet, Tibi Opuſculum hoc, quod totum quantum eſt de illa pertractat, omnino deberi. Supplex igitur, ac venerabundus ſiſto, ac offero Opus tot titulis Tibi debitum, atque plane tuum: eodemque tempore, enixis precibus te exoro, ut Patrocinium, & Spiritum tuum mihi benigne impertias, quo Gregem olim Tibi, nunc mihi (heû quam diſpari conditione!) commiſſum, per eadem ſalutaria ac proficua paſcua, per quæ illum deduxiſti, etiam ego deducere valeam in æterna Tabernacula.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Conſtantinop. Viceſger.

JUbente Reverendiſſimo P. Mag. Sac. Apoſt. Palatii legi *Relationem Status Sanctæ Primatialis Eccleſiæ Canuſinæ, ſeu &c.* ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Angelo Andrea Tortora, ejusdem Eccleſiæ Præpoſito & Ordinario ſcriptam. Præſtantiſſimus ejus Auctor totus eſt in vetuſtiſſimis plerarumque Eccleſiarum Apuliæ originibus detegendis, potiſſimum vero in Canuſinæ Eccleſiæ antiquis juribus illuſtrandis: ei rei perficiendæ diligentem operam, multamque eruditionem impendens, nihil penitus aut in orthodoxam Fidem peccat, aut in probos mores: quare cenſeo, opus ipſum dignum eſſe, quod Typis edatur, ſi iis, ad quos pertinet, ita viſum fuerit.

Romæ in Cœnobio ad SS. XII. Apoſtolos VI. Kal. Maii. MDCCLVIII.

Fr. Laurentius Savorini Min. Conv.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Mag. Soc. Rm̃i P. Mag. Sac. Pal. Ap. Ord. Præd.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAP. I. Civitas, & Eccleſia Canuſii a Veteribus inſignis ſemper, & valde illuſtris, a Recentioribus tamen Scriptoribus nimium depreſſa reputatur. Pag. 1.
§. I. Canuſium Apuliæ Civitas. pag. 3.
§. II. Populatio Canuſii, & Amiſſio Tabulæ. pag. 5.
§. III. Deſcriptio hodiernæ Conſtitutionis Canuſii. pag. 8.
CAP. II. Epiſcopi, qui a primo ad ſextum æræ Chriſtianæ Seculum Canuſinam Eccleſiam rexerunt. pag. 10.
§. I. S. Felix Primus Canuſinus Epiſcopus, & Martyr. ibid.
§. II. S. Liberalis Canuſinus Epiſcopus, & Martyr. pag. 15.
§. III. Stercorius Epiſcopus Canuſinus. pag. 17.
§. IV. S. Laurentius Epiſcopus Canuſinus. pag. 20.
§. V. S. Probus Epiſcopus Canuſinus. pag. 22.
§. VI. S. Rufinus Epiſcopus Canuſinus. pag. 25.
§. VII. S. Memor Epiſcopus Canuſinus. pag. 27.
CAP. III. S. Sabinus Epiſcopus Canuſinus, & Civitatis Patronus Principalis. pag. 29.
§. I. Geſta S. Sabini nondum Epiſcopi tempore S. Gelaſii Papæ. pag. 38.
§. II. Geſta S. Sabini jam Epiſcopi. pag. 47.
§. III. S. Sabini Apoſtolica Legatio Conſtantinopoli. pag. 49.
§. IV. S. Sabinus Italiam redux S. Placidum Canuſii excipit, indeque Romam pergit. pag. 55.
§. V. S. Sabinus Divum Benedictum Abbatem in Monte Caſſino poſtremo inviſit. pag. 63.
§. VI. S. Sabinus præ ſenectute Cæcus evadit, & uti Propheta a Rege Totila veneratur. pag. 65.
§. VII. S. Sabinus nihil detrimenti excipit a viro ei ab Archidiacono Canuſino propitiato. pag. 67.
§. VIII. S. Sabinus ſanctiſſime moritur. pag. 69.
CAP. IV. S. Winandus Epiſcopus Canuſinus. pag. 71.
§. I. Principes Longobardi Urbem Canuſinam devaſtant. ibid.
§. II. Eccleſiæ Canuſinæ Viſitator conſtituitur Epiſ. Sipontinus. pag. 74.
§. III. Corpus S. Sabini reperitur; & a Duciſſa Theodora in Regia Capella reconditur. pag. 78.
CAP. V. Epiſcopi Eccleſiæ Canuſinæ, qui floruerunt VII. & VIII. Seculo. pag. 86.
§. I. Epiſcopus Canuſinus Tranum pergit S. Leucii Epiſcopi Brunduſini Corpus ibidem collocaturus: pag. 89.
§. II. Sub Burſa Epiſcopo Canuſino quidam Aquitaneus ante S. Sabini aram inſanabili morbo liberatur. pag. 91.
CAP. VI. S. Petrus Epiſcopus Canuſinus: ejuſque Succeſſores qui floruerunt IX. ſeculo. pag. 98.
§. I. Translatio Corporis S. Sabini a vetere Cathedrali ad aliam Eccleſiam illi ſubrogatam. pag. 99.
§. II. Anonymus S. Sabini acta ſcribit juſſu Sancti Petri Epiſcopi Canuſini. pag. 102.

Digitized by Google

§. III. S. Petri Epiſcopi Canuſini auctoritate SS. Martyrum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ Corpora in Polymniani Eccleſia conduntur. 109.
CAP. VII. Petrus hujus nominis Secundus in Epiſcopum Canuſinum electus Primus ejusdem Eccleſiæ Archiepiſcopus renunciatur. pag. 113.
§. I. Petrus a Romano Pontifice I. Archiepiſcopus Canuſinus inſtitutus, deinde Eccleſiæ Salernitanæ Adminiſtrator tantum fuit. pag. 114.
§. II. Irruptio Saracenorum in Apuliam. pag. 120.
CAP. VIII. Angelarius Archiepiſcopus Canuſinus. pag. 124.
§. I. Angelarius Archiepiſcopus Canuſinus fuit Commendatarius Eccleſiæ Suffraganeæ Barenſis. pag. 125.
§. II. Jacobus Archiepiſcopus Canuſinus, & Dominicus eodem tempore Epiſcopus Barenſis. pag. 129.
§. III. Joannes Archiepiſcopus Canuſinus, & Brunduſinæ Eccleſiæ Commendatarius. pag. 130.
CAP. IX. Joannes II. aut III. Archiepiſcopus Canuſinus Commendatarius Epiſcopalis Eccleſiæ Barenſis. pag. 132.
§. I. Ob calamitates a Græcis Bario importatas Joannes Archiepiſcopus Canuſinus Commendatarius Eccleſiæ Baren. deputatur. pag. 133.
§. II. Joannis Canuſini Archiepiſcopi in rejiciendo Conſtantinopolitani Patriarchæ de Græci Ritus in Apuliam introductione edicto Conſtantia. pag. 137.
§. III. Paulus, & Chryſoſtomus ambo Canuſini Archiepiſcopi, ambo Baren. Commendatarii. pag. 139.
§. IV. Joann. III. aut IV. Archiepiſcopus Canuſinus, & Baren. Eccleſiæ Commendatarius. pag. 142.
CAP. X. Biſantius Archiepiſcopus Eccleſiæ Canuſinæ, & Commendatarius Barenſis, ejuſque Succeſſores labente XI. Seculo. pag. 145.
§. I. Executio Bullæ Joannis XIX. ab Archiepiſcopo Biſantio peracta. p. 146.
§. II. Nicolaus Archiepiſcopus Canuſinus, & Comm. Barenſ. pag. 148.
§. III. Andreas Archiepiſcopus Canuſinus, & Commendatarius Barenſis Eccleſiæ: & Normannorum in Civitatem Barii ingreſſus. p. 150.
§. IV. Urſus Archiepiſcopus Canuſinus, & Commendatarius Eccleſiæ Barenſis. pag. 152.
CAP. XI. Præpoſitus Eccleſiæ Canuſinæ, ac univerſæ illius Diœceſis Adminiſtrator. pag. 156.
§. I. Origo Præpoſituræ Eccleſiæ Canuſinæ, & ejus uſque ad præſens uſus. pag. 157.
§. II. Urbanus PP. II. in Archiepiſcopatum elevat Eccleſiam Barenſem: & litem reſtitutionis Archiepiſcopatus Eccleſiæ Canuſinæ indeciſam remanere declaravit, cum clauſula: Abſque præjudicio Juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum. pag. 162.
§. III. Boamundus arma in Infideles convertit: declaratur primus Antiochiæ Princeps, utpote præcipuus Paleſtinæ debellator. pag. 164.
§. IV. Controverſiæ ab Elia Archiepiſcopo Canuſinos inter, & Barenſes excitatæ in ſcandalum proruperunt. pag. 167.
CAP. XII. Paſchalis II. controverſias Canuſinos inter, & Barenſes dirempturus Canuſium pergit. pag. 170.
§. I. Eccleſiæ Canuſinæ Regimen in Præpoſito a Paſchali PP. II. fuit confirmatum. pag. 171.

§. II.

§. II. Exiſtentia Corporis S. Sabini in Eccleſia Canuſina, ejusque Identitas a Paſchali II. approbata. pag. 172.
§. III. Boamundus Antiochiæ Princeps uxorem ducit Conſtantiam Franciæ Regis filiam. Nova in Paleſtina edit præclara facinora. Demum obit. Ejus Cadaver Canuſium transfertur, & prope S. Sabini Baſilicam tumulatur. pag. 180.
CAP. XIII. Willelmus Apuliæ Dux pluribus reditibus Eccleſiam Canuſinam auget, & ditat. pag. 184.
§. I. Riſo Archiepiſcopus Baren. in Eccleſia Canuſina ſe immiſcere tentavit. Finis ejus vitæ. Iterum a Gelaſio PP. II. Jurisdictio Præpoſito Canuſino confirmatur.. pag. 185.
§. II. Robertus Neap. Rex, ut Eccleſiæ Canuſinæ reſtituantur Rura eidem uſurpata, mandavit. pag. 188.
§. III. Ferdinandus Neap. Rex donationem Rurum Eccleſiæ Canuſinæ factam renovat, & confirmat. pag. 192.
CAP. XIV. Venerabilis Servus Dei Cæſar Cardinalis Baronius Præpoſitus Canuſinus, & inſignis ejusdem Eccleſiæ Benefactor. 195.
§. I. Canuſina Præpoſitura declarata, & redintegrata fuit reſidentialis a Clemente PP. VIII. pag. 197.
§. II. Sacra Rom. Rota Eccleſiam Canuſinam liberam omnino eſſe declarat, & Archiepiſcopum Barenſem ab omni prorſus jurisdictionis actu excludit. pag. 201.
§. III. Eccleſia Canuſina omnino libera a legibus Vicinioris Epiſcopi, etiam poſt litem a Cannarum, & Minerbini Epiſcopis motam, quæ adhuc pendet indeciſa. pag. 204.
CAP. XV., & ULTIMUM. Inſtantiæ ab Archiepiſcopo Nazareno porrectæ, ut ſuæ Eccleſiæ uniatur Canuſina; pag. 215.
§. I. Referuntur Canuſinorum ſententiæ, & ſermones ſuper inſtantia Archiepiſcopi Nazareni. pag. 217.
§. II. Inſtantia Archiepiſcopi Tranenſis occaſione unionis Eccleſiæ Canuſinæ. pag. 223.
§. III. Oppoſitiones Archiepiſcopi Barenſis, & Antiſtitis Minerbinenſis, ne Eccleſiarum Canuſinæ, & Nazarenæ Unio ſequatur. pag. 230.
§. IV. ET FINALIS. Modus, quo fieri poſſet Unio, proponitur. p. 234.

INDEX

MONUMENTORUM IN APPENDICE.

I. *Bulla Joannis PP. XIX., qua teſtatur, ſe conſecraſſe Biſantium in Sanctæ Canuſinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, in eaque deſcribuntur Suffraganeorum Eccleſiæ, ac nonnulla Oppida Diœceſis Canuſinæ.* Pag. 243.
II. *Bulla Urbani II. conſecrationis Eliæ in Archiepiſcopum Barenſem; abſque præjudicio juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum, Canuſinæ videlicet, & Barenſis.* pag. 244.
III. *Inſtrumentum Joannis Archidiaconi Baren., plura ſcitu utilia continens quoad præten. Inventionem Reliquiarum S. Sabini: Jurisdictionem Præpoſiti Canuſini, & electionem Urſonis Archiep. ex voluntate Ducis Roberti Guiſcardi.* pag. 246. IV. Paſ-

Digitized by Google

IV. Paſchalis PP. II. Diploma, quo conteſtatur, Dedicationem Cathedralis Eccleſiæ Canuſinæ Deo in honorem S. Sabini, pluribus aſtantibus diverſarum Eccleſiarum Prælatis ad hujuſmodi effectum Invitatis, fuiſſe ab eo peractam. pag. 249.

V. Regium Diploma donationis duorum Rurum Eccleſiæ Canuſinæ, in eoque teſtificatur RR. PP. Paſchalem II., & Gelaſium II. confirmaſſe Juriſdictionem Præpoſiti in Eccleſia Canuſina, eamdemque illam eſſe, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini. ibid.

VI. Deciſio S. Rom. Rotæ, qua judicatum fuit, quod Archiepiſcopus Barenſis non valeat elevare Crucem, neque Benedictionem impertire in Eccleſia Canuſina, reſervato prætenſo jure Metropolitico in alio judicio. pag. 252.

VII. Litteræ Sacr. Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium Congregat. negotiis, & Conſultat. Epiſcop., & Regular. præpoſit., & Concilii Tridentini Interpretum, in quibus denominatur noſtra Eccleſia Cathedralis Nullius Canuſii. pag. 253.

VIII. Bulla proviſionis Archiepiſcopatus Nazareni, nulla facta menſione Eccleſiarum Cannen., & Montis Viridis unitarum. pag. 254.

IX. Supplex Libellus moderni Archiepiſcopi Nazareni Sanctiſſimo porrectus; quo petitur, ut, Dimiſſa Eccleſia Montis Viridis ſuæ Eccleſiæ unita, in ejus locum uniatur Eccleſia Canuſina; ſuper quo Summus Pontifex decrevit fieri Unionem, accedente conſenſu moderni Præpoſiti Canuſini. pag. 255.

X. Regia Diplomata ſuper Unione Eccleſiæ Canuſinæ. pag. 259.

PROTESTATIO AUCTORIS.

IN tota hujuſce Relationis ſerie ſæpius nominare quoſdam vitæ ſanctimonia præſtantes Viros, eoſque vel titulo Beati, vel Sancti indigitare, atque inſimul plura ab eis patrata Signa commemorare debui. Cum vero nec illos, ut tales publice veneretur Eccleſia, nec iſta ab ipſa probata ſint; idcirco, ut Decreto a s. m. Urbano PP. VIII. 5. Junii 1631. lato paream, Profiteor, *quod his nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantum ſit penes auctores*, a quibus illa deſumpſi. Quinimo, ſi alio quocumque nomine ac titulo, eadem opella nota aliqua inuri poſſet, eam Sanctæ Apoſtolicæ Romanæ Sedis, (cujus filius ſum obſequentiſſimus,) judicio, & cenſuræ ſubjicere teſtor: a qua proinde, ſi quid damnandum erit, hoc idem in anteceſſum libens meritoque damno, atque rejicio.

RELA-

RELATIO
STATUS
S. PRIMATIALIS
ECCLESIÆ CANUSINÆ
CAPUT I.
Civitas & Eccleſia Canuſii à Veteribus inſignis ſemper, & valdè illuſtris, à Recentioribus tamen Scriptoribus nimiùm depreſſa reputatur.

1. UBI primum in animum induxi, (ut officio munerique meo *Præpoſiti*, & *Adminiſtratoris Metropolitanæ, ac Primatialis* Eccleſiæ Canuſinæ ſuo jamdiu viduatæ Paſtore facerem ſatis) accuratam de rebus maxime præſentibus ad eamdem pertinentibus inſtituere Narrationem: non admodum difficile prima fronte mihi videbatur hujuſmodi aggredi opus ex eo potiſſimum, quod plurimi, iique celeberrimi Scriptores ſpartam hanc adornarint, illiuſque ſingularia merita decora & ornamenta præ cæteris Fideliſſimi Neapolitani Regni Eccleſiis, & Civitatibus ſummis laudibus extulerint. Verum, (ſi quod res eſt fateri volumus) laudati doctiſſimi Viri in eo præſertim inſudarunt, ut egregia facta, & monumenta immortalitate digniſſima ad venerandam tum Eccleſiæ, tum Civitatis Canuſinæ antiquitatem ſpectantia perquirerent, & illuſtrarent juxtà *Plinii* monitum: *Reverere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in Vrbibus* SACRA EST: & inſuper: *Recordare quid quæque Civitas fuerit*, *Plinii Cæcilii lib. 8. ep. 24.*

non

non ut deſpicias, quod eſſe deſierit. Parum porro, aut uihil ſolliciti & curioſi ſeſe exhibentes, ut recentes res ſcrutarentur, bonoque in lumine collocarent: ut merito exprobationem *Taciti* Romanis ſua tempeſtate factam Tacit. Annal. lib. 2. effugere non poſſint: *Romani, dùm vetera extollunt, recentium ſunt incurioſi*.

2. Recentiores verò Scriptores, qui res ad Eccleſiam Canuſinam pertinentes pertractant, ea in opinione verſantur, ut eam luculentiſſimis ſolummodo monumentis abundè refertam & glorioſam autument. Cæterùm ipſam ſuppreſſam exiſtimantes, priſtina ſua omnia decora & inſignia ornamenta amiſiſſe, & ad alteram Eccleſiam translata & addicta fuiſſe putant: eademque fere ratione de moderna Civitate ſcribunt & ſentiunt; quippe qui eo redactam rentur, ut nonniſi cujuſdam infimi Pagi ſpeciem referat, cum reverà inter illuſtriores *Apuliæ* Civitates Cathedris Epiſcopalibus condecoratas omni procul dubio merito numeranda ſit. Eapropter operæ pretium me facturum eſſe arbitror, ſi depulſis disjectiſque tenebris, quas æmuli veritati offundere omni ope conantur, hiſtoriam hujuſce celeberrimæ Eccleſiæ exponere ſatagam, ut omnibus meridiana luce clarius conſtet, eam nunquam è *ſtatu veræ Metropolitanæ Eccleſiæ* fuiſſe delapſam, ſed ſemper in eodem perſeveraſſe. Atque ita ſpero, fore nimirùm, ut illa fax denuò rutilet & coruſcet, quæ tantum ſemper luminis & ſplendoris emiſit; non ſecus ac Sacerdoti *Nehemiæ* evenit, qui cum vidiſſet ſacrum ignem ab Hieremìa Propheta in putei profundo abditum planè extinctum eſſe, locoque illius *Aquam craſſam* inveniſſet, juſſit, ut hæc ſupra rogum Sacrificio paratum diffunderetur, & ſtatim hæc ipſa, nebulis expulſis & Sole irradiante, in lucidiſſimam rutilantemque flammam erupit; quemadmodum *Sa-*
II. Machab. 1.21. *cræ Literæ* teſtantur: *Juſſit Sacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, quæ erant ſuperpoſita. Utque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo ſol refulſit, qui priùs erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mirarentur*.

3. Itaque ſi aliorum, qui hoc ipſum argumentum eruditè copioſèque tractarunt, veſtigiis inſiſtere vellem, ſatis ſuperque intelligo, mihi quædam de Civitatis Canuſinæ *Origine* omninò eſſe delibanda & in anteceſſum præmittenda. Verum cum hanc provinciam jam alii & ſuſceperint, & præclarè geſſerint, nec is Ego ſim, qui alienis laboribus & gloria me cohoneſtari velim, præterquamquod in immenſum propemodum excreſceret opus: idcircò optimum factu duxi, huc ſolummodo referre, quæ *Abbas Damadenus* oblata ſibi, quam mox eſpoſiturus ſum, occaſione, hac de re literis conſignavit.

4. Superiori labente ſæculo, dùm terra effoderetur, inter Canuſina rudeta, & parietinas *Tabulam æneam literis inciſam* repererunt quidam Villici. Hi ſtatim ipſam *Barulum* aſportarunt, ubi plurimi docti literatique viri convenerunt, ut eam interpretarentur. Quo à Canuſinis cognito, agere & inſiſtere minime prætermiſerunt, ut tabula, quemadmodum par erat, ipſis cederet & adjudicaretur. Ex quo factum eſt, ut illico per ſummam injuriam *Venetias* deveheretur. Hujus meminit & accuratè deſcribit cl. *P.*
Montfaucon Itiner. Ital. pag. 63. *Bernardus Moutfaucon B. C. S. Mauri* in ſuo *Itinerario Italico* dum de magnificentiſſimo *Antonii Capelli* Patritii Veneti Muſæo verba facit „ Hic illa Tabula ænea antiqua Tripedalis quaqua verſum inſculpta nominibus „ multis Romanorum, quæ paucis hinc annis Canuſii effoſſa eſt; Eam ty-

„ pis

„ pis dedit Vir ampliſſimus, & exemplum ejus nobis obtulit, cum germa- „ na caracterum forma eamdem publicavit *Sponius* in Miſcellaneis eru- „ ditæ antiquitatis.

5. Sed inter quamplurimos, qui inſigne iſtud monumentum illuſtrarunt, eminet quam maximè laudatus *Abbas Damadenus*, qui nomen ſuum immortalitati conſecravit Opuſculo inſcripto = *ÆS REDIVIVUM CANUSINUM* = quod editum modo videmus inter Opera *Jo. Georgii Grævii* = *Theſaur. antiquitat. Ital. Lugdunii 1723. Tom. 9. part. 5.* = Proinde rem ſanè oppido gratam lectoribus me facturum arbitror, ſi hìc, ex Capitibus *Triginta* quibus opus conſtat, *Tria* tantum *integra* exhibeam. Ex quo illud certè aſſequar, ut ipſi tædio & labore ſolvantur, ſi tertio quoque verbo librum illum adire deberent. Et me etiam plurimùm juvabit, cum frequentiſſimè in tota hac hiſtorica Narratione eodem uti debeam. Illud vero in primis juſti æquique lectores ex illo colligent, quam aliena quam abſona a vero ſcripſerit de rebus præſentibus Eccleſiæ Canuſinæ tractans *Antonius Beatillus* S. J. doctus cæteroquin hiſtoricus, ſed patriæ ſuæ amore abreptus, nimium *Barenſi Eccleſiæ* favens, quam, nemo non novit, nonniſi opimis *Eccleſiæ Canuſinæ exuviis* ditatam tantopere modo effulgere.

§. I.

Canuſium Apuliæ Civitas.

6. „ PErfecta ex Ptolomæo, Plinio, & Strabone ſupraeitatis Scripto- „ ribus Canuſii Civitatis deducenda deſcriptio. Ejus fundamen- „ ta jecit una cum *Arpi Diomedes*. Utræque, inquit Strabo, à *Diomede* „ conditæ dicuntur. In Dauniorum Apulorum regione Canuſium obtinere „ ſitum, Ptolomæus affirmat *Dauniorum*, ait *Salapia*, *Sipus*, *Apeneſte*, „ *Garganus Mons*, *Hyrium* indè *Fiternus*, *illorum mediterranea Venuſia* „ *Cælia*, *Horum Teanum cognomine Apulum*, *Luceria*, *Vidarnum*, *Ar-* „ *pi*, *Canuſium*. Opportuno ſane loco *Aufidi* aquis urbem lambentibus. „ *Aufidus*, Plinii eſt teſtimonium ex Hyrpinis montibus Canuſium præ- „ fluens. Jam Diomedes ſitum elegerat, jam Urbem ædificarat, jam Ci- „ vium copia Civitatem formarat: ſitus opportunitas, loci commodum, & „ aquarum uſus Canuſium Emporium fecit. *E Bario ad amnem Aufidum*, „ *ad quem Canuſiorum emporium*, *ſtadia ſunt* CCCC. allegat Strabo, jun- „ gitque: *ad emporium autem ſuperior navigatio* (en commodum ingens) „ *Stadiorum* LXXXX. *Haud enim multum à mari duæ Italicarum Urbium* „ (ſcribit una de Arpi) *maximè quondam* (en opportunitas multiplex) *in* „ *plano ſitæ ſunt*, *ſicut documento ſunt circuitus earum*; *Canuſium vide-* „ *licet*, *& Argyrippa*, *poſtrò autem Arpi nunc vocata eſt*.

Damadenus cap. II. ap. Grevii Antiq. Ital. tom. 9. par. 5.
Strabo lib. 6.
Ptolomeus in Geograph.
Plinius in Hiſt.
Strabo lib. 6.

7. „ Canuſium ergo Urbs, & emporium non ignobile, dudum ante Ro- „ mam conditum, inter totius Apuliæ Civitates nominatiſſimum & præſtan- „ tiſſimum extitit. *Canuſium* (ſcribit Abraham Ortelius) καθόριον *Apu-* „ *lorum Dauniorum Oppidum Ptolomæo ad Aufidum fluvium*, *Plinio*, „ *& Pomponio Teſtibus*. *Item Straboni*, *ex quo Stephanus*, κανύσιον *eſt*. „ *Nomen Canoſa quidam retinere putant*. Idem eſſe cum *Cannarum* „ vico, Romanorum clade nobili, aſſerit *Leander*. Cui, quo minus aſſen-

Abraham Ortelius in Theſaur. Geograph.
Plinius
Ptolomæus
Pompon. Mela
Strabo
Stephanus
Leander

„ tiar faciunt Livius, Strabo, Plinius & Plutarchus, qui utriuſque memi-
„ nere. Procopius item ſcribit, *Canuſium diſtare à Cannarum vico 25. ſta-*
„ *diis*: *Circa Barlettam fuiſſe aliqui exiſtimant*. Hujus *Canuſii* quoque
„ meminit Philoſtratus in Herode.

8. „ Verba Pomponii Melæ ſupra citati ſunt: *Extra Sypuntum (vel, ut*
„ *Graii dixere, Sypus), & flumen, quod Canuſium attingens, Aufidum*
„ *appellant. Aufidum, inquam, quem olim, cruentum ex Cannenſi Ro-*
„ *manorum clade, aliquamdiù fuiſſe Florus aſſerit*.

9. „ His accedunt, quæ in Geographia Blaeuwianâ de *Canuſio* allegantur.
„ *Ad eandem*, ſcribit, *Aufidi Ripam XXXV. Stadia ſupra Cannas, ſi-*
„ *tum eſt Canuſium, vulgò nunc Canoſa dictum. Urbem fuiſſe mœnibus*
„ *cinctam patet ex Livii XXII, ex quibus etiam manifeſtum eſt, in quan-*
„ *tum errent illi, qui Cannas Canuſiumque, unum eundemque locum fuiſſe*
„ *volunt*. Nec piget adjungere, quæ Philippus Faber de Canuſio profert:
„ *Canuſium*, inquit, *Livio Canoſa, Urbs Apuliæ Peucetiæ* (errat, *Dau-*
„ *niæ* dici debet) *apud Aufidum flumen, à Cannis exciſis 3. millibus paſ-*
„ *ſuum diſtans à Barolo 8. in Auſtrum, inter Barium ad ortum, & Aſcu-*
„ *lum ad occidentem 35. mill. paſſ. circiter diſſitum*. Ab hoc enatum deri-
„ vativum *Canuſinus, de quo Martialis*.

Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima Mulſo

Nec ab eo diſſentit Horatius.

Verba foris malis Canuſini more Bilinguis (a).

10. „ Dum hæc ſcribo, occurrit illud Svetonii de Nerone: *nunquam Car-*
„ *rucis*, inquit, *minus M. feciſſe iter traditur, ſoleis Mularum argen-*
„ *teis, Canuſinatis mulionibus*. Hujus itaque Vocabuli *Canuſinatis* expli-
„ cationem trado. *Canuſinatum dicimus*, inquit Beroaldus, *indutum veſte*
„ *ex lanâ Canuſina confecta, cujus color eſt, ut Græci dicunt* ἐρυθρὸς,
„ *ut latini interpretantur, Rutilus*, Canuſinatis ergo mulionibus, eſt Ca-
„ nuſino indumento coopertis. Quapropter Torrentius: *Jam diximus de*
„ *mulis carrucariis, ergo & muliones carrucarios intelligo, qui carrucas una*
„ *cum jumentis regerent. Canuſinatos verò, Canuſina indutos veſte vocat,*
„ (*quæ & ob lanæ Canuſinæ nobilitatem, & ob colorem, quem rutilum*
„ *fuiſſe volunt, conſpicua*) *lecticarios, ac muliones ſuos veſtiebant*. Canu-
„ ſina lana laudatiſſima fuit, teſte Plinio, circa Canuſium Apuliæ. Hinc
„ *Martialis*:

Ut Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

„ Flavius memorat birros Canuſinos ſcenicis donatos fuiſſe, ſignificans
„ veſtimenta ex lanâ Canuſinâ. *Fuit ea lana in ſummo pretio, ob idque*
„ *apud Juvenalem, ovem ſibi Canuſinam emi à Marito flagitat ſum-*
„ *ptuoſa mulier*.

11. „ Sed nimis per agrum Canuſinum evagatus, ad Canuſium rever-
„ tor. Illud ſitum obtinuit ſuum in declivi Collis ab utraque parte, nem-
„ pè ad occidentem, & meridiem: hic erat tota veteris Emporii moles;
„ nam Civitas tortuoſum illic fluminis alveum reſpiciebat. Altis pluri-
„ buſque magnificis ſplendebat ædificiis, quæ veſtigia in hodiernum diem
„ demonſtrant perinſignia. Teſtimonium effert Porta Civitatis, olim &
„ etiamnum hodie Romana vocata, quæ ad milliarium Italicum à recen-
„ tiore

Livius *Strabo* *Plinius* *Plutarcus* *Procopius* *Philoſtratus in Herode* *Pomponius Mela in Geographia l. 2.* *Joachim. Vadianus in Comm. Pompon. Melæ.* *Blaeuvv. in Geographia, vulgo Atlas vocata in Deſcript. Apuliæ.* *Livius l. 22.* *Philipp. Faber in ſuo Lexic.* *Martial. lib. 14. Epig. 127.* *Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 10.* *Svetonius in Nerone.* *Philipp. Beroald. in Comm. in Sveton. loc. citat. Levin. Torrent. in Sveton. loc. citat.* *Plinius in Hiſt. Martial. Epig.* *Flavius. Vopiſcus. M. Ant. Sabellicus. in Svet. loc. citat.* *Ex relatione accollarum, & inſpectione mea Canuſii.*

(a) Canuſini dicebantur *bilingues*, quia utebantur Græco & Latino Sermone: *Scoliaſt. ibid.*

Digitized by Google

,, tiore Canuſio ſtat inconcuſſà, Civitatem non claudit, quia undique ad-
,, ſtant rudera, ſed veterem olim clauſam fuiſſe oſtentat. Romana vo-
,, cabatur, quia civitatem exeuntes Romam ducebat, ſed & Roma ve-
,, nientes multiplicatâ viâ ex vivo lapide complanatâ, recipiebat; artificio
,, ſane magno hæc via erecta fuit, &, ut hodiè conſpicitur, ſtructura quaſi
,, teſſellata: induſtria antiquitatem ſuperavit, cum onuſtis rhedis ac car-
,, ris per tot ſæcula reſiſtat. *Porta* ex opere lateritio confecta, ſumptuo-
,, ſam Canuſii ætatem exhibet. Eidem adſtat *Portula*, qua peditibus *Ca-*
,, *nuſii* introitus, & exitus patebat, utraque ad flumen deflectit, Ro-
,, mam versùs admiranda.

12. ,, Aliæ veteris Canuſii undique * intuentur ruinæ, quæ Civitatis ma- * Forte videntur.
,, gnitudinem, extenſumque circuitum [hunc ad *ſedecim* imò plura
,, *milliaria Italica* exploratum eſſe, auſim dicere] demonſtrant. Ex cir-
,, cuitu multitudo, & præſtantia ædificiorum, tàm publicorum quàm pri-
,, vatorum [quibus Civitas erat exornata] dijudicantur. Sed hæc omnia
,, cineribus obruta, ut infra dicetur, ſolum ſuperſtitem *veteris Canuſii*
,, memoriam ad noſtra ſæcula tranſmiſerunt.

§. II.

Populatio Canuſii, & Amiſſio Tabulæ.

13. ,, JAM *fuimus Troes*, de exciſa Troja deploranda voce canit *Poe-* Damaden. cap. XI.
,, *ta*. Jam fuimus Canuſini, intonare poſſunt Canuſii incolæ, &
,, antiquæ populatæ Civitatis ſtatum deplorare. Canuſium fuit, & am-
,, pliùs non extat: Canuſium fuit, & quod fuerit, ſola memoria cele-
,, bratur; Canuſium fuit, & quod fuerit, ingentia ruinarum rudera de-
,, monſtrant. Canuſium ſanè fuit & præſtantiſſima Civitas, ac inter Ita-
,, licas urbes Maxima, *Strabone* teſte, jacet deſolata. Sed unde, & quan- Strabo lib. 6.
,, do tantæ ruinæ? Variam, & multiplicem Canuſium ſuſtinuit fortu-
,, nam. Urbs maxima, Emporium famoſum, facilè aduenarum Gen-
,, tium iram rabiemque in ſe contraxit, illìc erant *divitiæ*, & ubi *divi-*
,, *tiæ* [irritamenta malorum] non deſunt *contentiones*; contentiones *in-*
,, *vidias*; invidiæ *odia*; odia *bella* parturiunt. *Apulia* fertiliſſima regio,
,, ſæpius pugnæ theatrum, & Canuſium orcheſtra fuit, ſed orcheſtra in-
,, dè violata, hoſtibus in ſedem, & una in prædam ceſſit.

14. ,, Romani primùm regionem explorantes, accolas illatis damnis Sigonius de Antiq. Jur. Ital. lib. 1. cap. 3. ex Livio.
,, fatigati ſunt, *Canuſini populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio Conſu-*
,, *li datis in deditionem venerunt*. Parumper per id tempus ſplendori de-
,, tractum eſt: & quamvis Civitas Romanis fæderata conſiſteret, pactum A. U. C.
,, fædus Hannibali inimicum, magnæ ſtragis cauſſam dedit. Romano ſo- CDXXXV.
,, lidata imperio, dum Roma ſubſtitit, intrepida ſemper permanſit, at-
,, tamen, cum ſubdita fuit, aliquam imminutionem paſſa eſt; hinc eam
,, Strabo ſuo tempore deletam aſſerit. *Vixit* autem *Strabo ſub id tem-* Strabo lib. 6.
,, *pus, quo Jeſus Chriſtus noſtræ ſalutis reparandæ cauſſa in terris di-* Guiliel. Xylander in vita. & præfat. ad Strabon.
,, *gnatus eſt degere*. Deletam affirmare nequeo, ſed à priſtino decore
,, aliquo modo declinatam reor.

15. ,, In Coloniam redacta floruit ſub Cæſaribus, & anno U. Cond.
,, DCCCCLXXVI.

„ DCCCCLXXVI. hoc eſt Anno Chriſti 255. plures viros inſignes aluit,
„ & ut *Ærea Tabula* præfert, conſervavit. Igitur poſterior ætas Canu-
„ ſinæ populationis inquirenda. Barbarorum in Italiam irruptio Civitati
„ cladem intulit: ea non una ſola, ſed varia fuit. *Genſericus Vandalo-*
„ *rum*, & *Herulorum* in *Africa* Rex, ab *Eudoxia II. Theodoſii II.* Im-
„ peratoris filia, poſt *Valentiniani III.* Auguſti mariti obitum, in Ita-
„ liam evocatus, cum ingenti exercitu Campaniam & *Apuliam* devaſta-
„ vit, Civitates diripuit, & ruinis involuit.

Henninges in Vita Genſeric. Ann. Ch. 459.

16. „ Canuſium Barbarorum rabiem ſenſit, & omnium ruinam ſuſti-
„ nuit: nam quod unius furori defuit, alterius ſupplevit, donec tandem
„ Totilas Ghothorum Rex, *dirutis Neapolis mœnibus*, quod reliquum
„ fuit, cruore populatione conſumeret: Is enim Bucelino teſte, *Bene-*
„ *ventum Neapolimque occupat*, *Apulia & Calabria potitur*, omneſque
„ Civitates vaſtat.

Procop. Goth. Hiſt. lib. 3. Gabr. Bucceliu. in Nuclæo An. 543.

17. „ Nec ſatis: ex tot ruinis deplorandus Italiæ ſtatus nullatenus
„ Narſetem, *odio metuque exagitatum*, movit, quominus aliam Gentem
„ Barbaram, *Longobardam* nuncupatam, e Pannonia accerſeret. Hujus
„ Gentis Rex III. *Flavius Antharis*, ſive *Antarius* nominatus, ſimula-
„ ta religione, *Iſtriam*, *Etruriam*, *Beneventum*, *Apuliam*, *& Cala-*
„ *briam*, *ſibi ſubjecit*, *& tanta ſtrages de Francorum exercitu* [nam il-
„ los in auxilium ac fœdus accedere juſſerat] *facta eſt*, *quanta nuſquam*
„ *alibi memoratur*.

Paul. Diacon. l. 2. c. 5.

Valerian. Caſtilione in Com. in Theſaur. Reg. ex Paul. Diacon. lib. 3. cap. 30.

18. „ Hæc accidere *Gregorii* Magni Pontificis ætate, qui proindè mi-
„ ſerandam Canuſii Civitatis faciem intuens, calamitatemque expendens,
„ Felici Epiſcopo Sipontino, Eccleſiam deſolatam commendans, ſequen-
„ tem Epiſtolam exaravit:

19. *GREGORIUS Magnus Felici Epiſcopo Sipontino Canoſinam Ec-*
cleſiam commendat.

S. Gregorius PP. Epiſt. 51. lib. 1.

Pervenit ad nos; quod Canoſina Eccleſia ita ſit Sacerdotii Officio deſti-
tuta, ut nec Pœnitentia ibidem decedentibus, nec Baptiſma præſtari poſſit
infantibus. Hujus igitur tàm piæ rei, tamque neceſſariæ mole permoti, ju-
bemus dilectioni tuæ, ut hujus præceptionis anctoritate commonitus, memo-
ratæ Eccleſiæ Viſitator accedas, & vel duos parochiales Presbyteros debeas
ordinare, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ, & morum
gravitate prævideris, & quibus in nullo obvient conſtituta Canonicæ diſci-
plinæ, ut ſanctæ, cum digna cautela, provideatur Eccleſiæ.

Ferdinandus Ughellus in Italia ſacr. in deſcript. Apuliæ, & præfatione ad Eccleſiam Metrop. Barenſem.

20. „ Hactenus Canuſium magnæ deſolationi involutum, & Sacerdo-
„ tio ſpoliatum exhibui, ſupereſt ut undique dirutum ac funditus exciſum
„ demonſtrem. Currebat annus poſt Chriſtum natum 800. quo Petrus Lon-
„ gobardus Eccleſiæ Canuſinæ fuit præfectus Epiſcopus, *ſuitque primus Ca-*
„ *nuſinæ Sedis Archiepiſcopus*, *ad eam dignitatem ſublimatus Anno* 818.
„ *paulo poſt Canuſinæ Civitatis à Saracenis captæ*, *excidium propriis vi-*
„ *dit oculis.*

Idem Ughellus in Vita Angelarii Archiep. Barenſ.

21. „ His adjungit Ughellus in vita Angelarii ſecundi & ultimi Ca-
„ nuſini Archiepiſcopi, ſcribens de Anno 845. quo ad Barenſem Metro-
„ politanam fuit promotus. *Diruta tunc erat ex Saracenorum incurſione*
„ *Canuſina Civitas*, *& præter Cathedralem*, *Sanctorumque Epiſcoporum*
„ *Sabini*, *Ruphini*, *& Memoris pretioſa corpora*, *omnia ruderibus & ſqual-*
„ *lore obruta jacebant.*

22. „ Hæc

Digitized by Google

22. „ Hæc eſt illa ruina & deſolatio, quam S.Sabinus Canuſinus Epiſcopus (Anno 514. electus, & anno 566. mortuus) in vita prædixit. De Sabino enarrat Ughellus: *Inter hæc illis ventura hoc modo prophetavit*: Eumque hoc Sermone loquentem inducit: *Ego, inquiens, cum de corporis ergaſtulis exiens Domino gregem, quem mihi ad paſcendum tradidit, commendo. A luporum ſcio vos poſt funeris mei tempora graviter dentibus lacerandos, nam gentium invaſione Italia non paucis temporum curriculis premetur, ità ut rura abſque agricolis ob gentium terrorem relicta videantur. Qua cauſſa membrorum meorum tumbam incognitam relinquo. Diuturno etiam tempore abſque adminiculo paſtorum Eccleſia inculta retinebitur: nullus clangor laudantium ſive canentium ſonora in ea voce audietur. Relicta ab hominibus loca hæc tantummodo beſtiæ tenebunt.*

Ughellus in Vita S. Sabini Archiepiſc. inter Barenſ.

23. „ Quæ omnia ex ordine evenere: Lupi enim rapaces aliqui Longobardorum Reges eccleſiaſticis proventibus nimium inhiantes extitere: variarum Barbararum gentium invaſione miſera Italia non uno tempore agitata, ſæpius ſuccubuit: & tandem Apuliam totam [tranſeo Siciliam Inſulam, Calabriam, aliaque ejuſdem Climatis loca] Saraceni ab Euphemio genere Græco, viro militia & nobilitate inſigni, ſub Imperio Michaelis Balbi & Teophili Imperatorum, ex Africa vocati devaſtarunt, & Canuſium everterunt, interea Canuſina Eccleſia adminiculo paſtorum inculta jacuit; ipſamque Civitatem, [ut poſtea evenit, & adhuc videtur] tantummodo beſtiæ tenuere.

Henninger in Familiis, qui Siciliam, Neapolim, Apuliam & Calabriam tenuerunt.

24. „ In tanta Canuſii populatione ubinam Ærea Tabula remanſit? Conſervari illa non potuit, dum Civitas ſpoliata muris, ipſas domus Saracenis hoſtibus in ſpolia ceſſit; dum orbata præſidio amicorum, inſidias inimicorum ſuſtinere coacta eſt. Cecidere domus, cecidere ædificia, cecidit & ipſa Tabula, ac ruinis tecta per tot ſæcula in ſinu terræ latuit admiranda; de terra venerat, & iterum ſub terram reverſa eſt: ſed eo glorioſior reverſa, quod igne ſolidata, de matre-Terra triumphans, in pulverem reſolvi nequiverit.

25. „ Ad *Canuſium* depopulatum revertor: video ibidem *Matricem Eccleſiam Barbarorum ac Saracenorum rabiem effugiſſe*, & *Petræ ſuæ conſtantia perſtitiſſe*. Video plures inferiores Eccleſias ruinis ſepultas, & demolitionibus obrutas, video inter illas duas ſuper antiqua fundamenta innovatas, quibus inde *Monaſteria* extra muros novi Canuſii adjuncta ſunt, a *Fratribus Montis Carmeli*, & *S. Franciſci Minoribus Conventualibus* inhabitata: Video tandem veteris ſepta [ubi olim ingentia Palatia & ſumptuoſæ extabant fabricæ] aratro nunc obedire. Sic omnia ad principium redeunt: aratrum quondam ad Canuſii Coloniam adductum, nunc Canuſium ad aratrum reductum. Poſt inductum aratrum, olim in Colonia nummi figurabantur, nunc per aratrum percuſſi nummi effodiuntur: Quæ proinde veteres Canuſini in ædibus cara tenebant, recentiores Canuſii incolæ de terra eruta, rara conſervant, ſic ſpolia antiquitatis cedunt in pretia novitati.

§. III.

§. III.

Deſcriptio Hodiernæ Conſtitutionis Canuſii.

Damadenus Cap. XII.

Strabo lib. 6.

26. „ Canuſii veteris ruinas illuſtravi, nunc recentioris Canuſii ſtatum
„ dabo. Ruinæ, quæ undique videntur, magnitudinem, cele-
„ bremque præſtantiſſimæ Civitatis molem oſtentant, & novam circum-
„ ſtant. *In plano* olim *ſitam*, Strabo tradidit, *ſicut documento eſt ejuſ-*
„ *dem circuitus*, nunc in Colle nova repoſita, non illius, ut antiqua, ex-
„ tenſionis, ſed ad medium milliare Italicum dimenſionis. Colli, hoc eſt
„ veteris Canuſii ruinis, quæ collem formarunt impoſita cernitur. Collis
„ agnoſcitur, dum novæ ædes ſtruuntur, dum novæ veteribus ſolidantur.
„ Collis agnoſcitur, dum venerandæ antiquitatis plurima ſubminiſtrat
„ munimenta.

27. „ Civitas trecentas forſan ædes habet, quas undique murus cingit,
„ hæc quamvis aliquando locupletes, agrorumque poſſeſſionibus opulen-
„ tos, in ſinu ſuo conſervavit, nihilominus hac ætate miſeranda jacet.
„ *Arcem* habet & ſitu loci, & ſtructuræ induſtria non inconcinnam, ve-
„ teris Caſtri veſtigiis nobilitatam: cui ſi ars & expenſæ accederent, in mu-
„ nitiſſimum *Fortalitium* adverſus quoſcumque potentis exercitus inſultus
„ evadere poſſet. Magnam fabricæ molem continet, quam quidam, ſu-
„ premi Principis familiæ ſufficere, autumant.

28. „ Nullam in Nea-civitate Eccleſiam, niſi Sacellum quoddam in-
„ venies. Triginta aut plures Presbyteros numerabis, qui omnes Clerum
„ formant, & Matrici Eccleſiæ, extra Muros poſitæ, inſerviunt.

29. „ Cives habet non contemnendos, qui Communitatis nomine gau-
„ dent, ac Judici, & duodecim ad regimen Civitatis politicum Deputatis
„ ſubſunt. His omnibus præeſt Urbis Prætor in Civili & Criminali cauſ-
„ ſa, qui Gentis more Doctorali laurea inſignitus *Gubernator* appellatur.

30. „ Fuit olim *Canuſina Civitas*, amandatis Ethnicorum moribus &
„ religione, *Fidei Catholicæ fervens æmulatrix*. *S. Sabinum* inter alios au-
„ divit, & Epiſcopum habuit, omnes reliquos alibi dabo. *Eccleſiam ha-*
„ *bet in antiquæ Civitatis ambitu* ſitam, nunc *hodiernæ muris imminen-*
„ *tem*. In Urbis plano olim poſita fuit, nunc quaſi ſubterranea videtur,
„ etenim ædium ruinæ terram undique elevarunt, hinc ex altiori loco
„ per decem, aut duodecim gradus ad Eccleſiam deſcenditur. Sub ipſa
„ Eccleſia, ſecretiori recondito loco, Sacellum S. Sabino inſcriptum
Ughellus in Vita S. Sabini sub Archiep. Barenſib. „ invenitur: hic S. Epiſcopi corpus, ut ipſe ſtatuerat, *Membrorum meo-*
„ *rum tumbam incognitam relinquo*, tumulatum fuit. Quod quamvis ſæ-
„ pius tentatum erui, nunquam Veſpillones, voti compotes, [ut conſtans
„ eſt traditio] fuere effecti, ſtudium quidem adhibuere, ſed vel ſubita-
„ nea morte oppreſſi, vel immani fulgure, aut horrida tempeſtate per-
„ culſi, inane ſtudium reddidere, ſic à labore ceſſatum, & S. Corpori
„ quies relicta.

31. „ Eccleſia itaque, vaſtata Urbe tota, ſtat inconcuſſa, marmoribus
„ ſcatet, & veteri cultu ſplendet. Duplici Regali tumba, ut rumor eſt,
„ exornatur, quæ introeunti per portam principem ad latus dexterum in
„ Sacel-

,, Sacello, reliquo Eccleſiæ Corpori juncto, conſpicitur. Una (a) *Manfre-*
,, *di* Regis Arca, opere erecta magnifico, varioque ditata marmore, in
,, aerem elevatur. Altera, alterius Regis [ut creditur] in eodem loco
,, priori contigua, ſed inferiori parumper ornata inſignita conſiſtit.

32. ,, Matricis Eccleſiæ titulo honorata olim Cathedralis fuit Epiſco-
,, porum tempore, quorum nomenclaturam ex vetuſtis mumumentis hìc
,, adjungo: *Primum, de quo extet memoria, Stercorium fuiſſe ex Anto-*
,, *nio Beatillo* tradit Ughellus, qui *Sardicenſi Concilio interfuit anno* 347.
,, *Poſt hunc. Probum in Oriente Apoſtolicæ Sedis Legatum, ad Leonem*
,, *Imperatorem, à Simplicio Papa miſſum anno* 467. *Sanctum Ruphinum*
,, *anno* 501. *S. Memorem in Concilio Romano ſub Symmacho Papa* 502. *cia-*
,, *rum S. Sabinum electum anno* 514. *defunctum verò die* 9. *Februarii an-*
,, *no* 566. *cujus vitam idem Antonius Beatillus ſcripſit. Marcum, Ju-*
,, *lium, Stephanum, Palumbum, Urſum, Tranſmundum, Rodecantum,*
,, *Burſum, Maurentianum, Andream, Averaldum, Ludiperium, Pe-*
,, *trum Longobardum, Grimoaldi Salernitani Principis affinem, electum*
,, *Anno* 800. Hic fuit creatus anno 818. primus Canuſinæ Sedis Archie-
,, piſcopus, ſed paulò poſt diruta, per Saracenos Civitate, *Salernum fu-*
,, *git; anno* 834. *Salernitanus evaſit Epiſcopus, ibidemque diem ſuum obiit*
,, *anno* 844. *Angelarius ſucceſſit Petro anno* 834. *qui poſt decem annos fa-*
,, *ctus eſt Barenſis Archiepiſcopus anno* 845. *Tunc Canuſinæ dignitas Ba-*
,, *rium translata eſt & unita; qui primus Barenſis, & Canuſinus dictus*
,, *eſt Archipræſul*, & in vita Angelarii, *qui deinceps ex perpetua utra-*
,, *rumque Eccleſiarum unione in ſucceſſores tranſiit uſque in hodiernum diem.*

Ferdinan. Ughellus in Ital. Sacr. ſub Archiepiſcop. Barenſ. ex Anton. Beatillo.

Ughellus ibid.

Ughellus ibid. in Vita Angelarii.

33. ,, Deficiente ergo Canuſino Epiſcopo, Cathedralis Eccleſia ſupre-
,, ma Pontificia auctoritate in Collegiatam inſignem Præpoſito & Canoni-
,, corum Capitulo decoratam, imò à Romana immediate dependentem,
,, immutata fuit: Hinc *Barenſis*, cum *Canuſinæ Sedis aſſumit dignitatem,*
,, *clandeſtine & invitis Canuſinis ſumit poſſeſſionem*, titulo *quidem gaudet,*
,, & quibusdam exiguis proventibus, *nullam tamen juriſdictionem exerce-*
,, *re præſumit. Habet* tamen *Barenſis* (ut opinatur Ughellus) *Melfecti,*
,, *Canuſii, Tirlitii, & Rutiliani cauſſarum appellationem Apoſtolicæ Se-*
,, *dis auctoritate conceſſam.*

Ughellus in Archiepiſc. Barenſ.

34. ,, Jungo tandem Eccleſias à *S.* Sabino Canuſii extructas: *pulchro*
,, *ſiquidem opere in Canuſina Civitate* (inquit de S. Sabino Ughellus) *in ho-*
,, *norem Beatorum Coſmæ & Damiani Martyrum Baſilicam extruxit, ean-*
,, *demque diverſis coloribus, ac muſivo decoravit, nec non & ad honorem*
,, *B. Joannis Baptiſtæ, ac Præcurſoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti, excel-*
,, *ſo culmine Cameram juxta Eccleſiam Beatiſſimæ ſemper Virginis Dei Ge-*
,, *nitricis Mariæ condidit. Sed & ante Eccleſiam prædicti Præcurſoris,*
,, *Domine Salvatori templum magno decore inſtituit.* Quæ omnia hodier-
,, no tempore antiquata, immutata, aut extirpata templa videntur.

Ughellus ut ſupra in Vita S. Sabini Epiſcop.

35. ,, Controverſiam autem *de S. Sabini corpore inter Canuſinos & in-*
,, *ter Barenſes animoſe agitatam, indeciſam relinquo;* utrique ſacrum cor-
,, pus habere contendunt, *Canuſinorum fundamenta* ſupra dedi, *Barenſium*
,, argumenta ex *Ughello* petenda ſunt. Hæc *Damadenus*.

(a) Boamundus, non Manfredus fuit ſepultus Canuſii, immo iſte caret Eccleſiaſtica ſepultura *Summontius; Hiſt. Neap. lib.* 3. *tom.* 2. *pag.* 439. *Auctor hiſt. Civil. Neap. lib.* 19. *cap.* 3. *tom.* 2. *pag.* 517.

CAPUT II.

Epiſcopi, qui a primo ad ſextum æræ Chriſtianæ Sæculum Canuſinam Eccleſiam rexerunt.

1. INter tot tantoſque honores, ad quos graviſſimorum auctorum teſtimoniis ſuperiori capite relatis Civitatem Canuſinam evectam fuiſſe demonſtravimus; ille profecto principem ſibi jure vindicat locum, qui inde ei advenit, quod, vix oborta Evangelii luce, ſtatim *Catholicam* ſuſceperit *Religionem*, quam deinde turbulentiſſimis etiam temporibus Sanctiſſimi, qui in ea præfuerunt, *Epiſcopi* intactam illibatamque ſervare jugiter contenderunt. Unde quemadmodum magnus ille Eccleſiæ Doctor D. *Johannes Chryſoſtomus* nihil magnificentiſſima ædificia, nihil ſplendidiſſima ſpectacula, quibus ſemper Urbs Romana omnes gentes in ſui admirationem pertraxit, moratus: hac ſolum de cauſa Civitatem illam tantopere admirari & ſuſpicere profeſſus eſt, quod in ea glorioſiſſimorum Apoſtolorum Principum, (quibus veluti duabus firmiſſimis columnis nititur Chriſtiana Religio) ſacra pignora conderentur: *Propterea*, verba ejus ſunt, *admiror hanc Urbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam quamcumque rerum ſpeciem, ſed propter columnas illas Eccleſiæ &c.* Ita etiam Canuſini, neglectis quibuſcumque ſuæ Patriæ prophanis ornamentis, admirari & concelebrare nunquam deſiſtent Sanctiſſimos illos Epiſcopos, qui longo tot ſæculorum ſpatio eorum Eccleſiam adminiſtrarunt, quique ipſis maximam omnium gloriam & utilitatem attulerunt. Divino igitur Eccleſiaſtici conſilio inhærentes: *Laudemus Viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua a ſæculo... Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.*

S. Joh. Chryſ. Ep. ad Rom. Serm. 32.

Eccleſiaſt. cap. 44.

§. I.

S. Felix Primus Canuſinus Epiſcopus & Martyr.

2. ANtiquiſſima & conſtans fert traditio, *S. Petrum* Apoſtolorum Coryphæum, Italiam primum appulſum, in Tarentinorum fines veniſſe, & eum in locum præſertim, quem nunc *S. Petrum* in *Galatina* vulgo appellant, quemadmodum fuſe probat & oſtendit *Joh. Juvenis* de *fortuna Tarentinorum*. Quamplurimæ vero Apuliæ Civitates in hoc maxime gloriantur, quod ex ipſius Petri ore Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſuſceperint: Hac proinde prærogativa ſe guadere merito exiſtimant, & Cives *Andrienſes*, ſicut ex actis *S. Riccardi a Sixto V.* approbatis colligitur: & Cives *Sipontini*, quorum Epiſcopum *S. Juſtinum* anno Domini 44. conſtitutum fuiſſe evincere admititur *Sarnellus* Vigiliarum Præſul *in Catalogo Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Ipuntinorum anno* 1680. *typis impreſſo*. Cum igitur haſce duas Civitates Andriam nempe & Sipontum intermedia jaceat *Urbs Canuſina*, communis iis honor minime eidem

Juvenis de fortun. Tarantin. cap. 1. apud Grevii tom. 9. part. 5.

dem denegari debet ex eo præſertim, quod jam inde *Apuliæ* caput & princeps extabat & habebatur. Quamobrem facilius ipſi is honor obtingere poterat, ut Petrum hoſpitio exciperet, qui Evangelio in ea promulgato, aggregatoque Jeſu Chriſti caulæ parvo grege, ut veroſimillimum videri debet, proprium ipſi paſtorem præfecerit.

3. Primum hunc Epiſcopum fuiſſe *Felicem* Martyrem Canuſini aſſerunt, perpetuaque apud ipſos adhuc vigente traditione confirmant. Extat enim in Cathedrali Eccleſia vetuſtiſſimum Altare Deo in ejuſdem Sancti Martyris honorem dicatum, ejuſque Feſtum quotannis maxima ſolemnitate concelebrant hanc ipſam ob cauſam, quod eum primum eorum Epiſcopum æquè ac Patronum venerentur. Quod cum ab immemorabili obſervetur, minime notiſſimæ *S. Pii V.* Conſtitutioni & Decretis Urbani VIII. repugnare ſatis compertum eſt & exploratum.

4. Etſi vero hujus Sancti Epiſcopi, & Martyris acta nequaquam extent, tamen ex actis *S. Liberalis* clare evidenterque colligitur, labente nimirum *primo Eccleſiæ* ſæculo *Epiſcopum Canuſii*, jam extitiſſe, a quo idem S. Liberalis chriſtianis ſacris edoctus fuit, & inſtructus, quemadmodum in *ſequenti §.* uberius conſtabit. Ac proinde non immerito exiſtimatur, laudatum S. Felicem, quem primum Epiſcopum perhibent, *Trajano* imperante, martyrio fuiſſe coronatum. Quod ut facilius demonſtremus, atque validis, quoad fieri poterit, argumentis, conjecturiſque fulciamus, non abs re viſum nobis eſt, ſi hiſtoriæ hujus Sancti Præſulis filum aliquantulum interrumpentes, opportuna facta digreſſiuncula, quædam de *Trajano*, cjuſque collatis in Canuſium beneficiis, aliiſque rebus geſtis ſubnectamus, quæ maximam profecto rebus, quas proſecuturi ſumus, lucem affundent, magnoque in progreſſu operis uſui nobis erunt & emolumento.

5. In primis vero ſatis ſuperque conſtat, Trajanum Imperatorem maximè propenſum & beneficentiſſimum ſe ſemper exhibuiſſe in Civitatem Canuſinam, in qua ſuos habuit *Adminiſtros*. Deinde extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, eumdem Imperatorem ſummam in reſtaurandis ornandiſque viis atque itineribus, quà *Brunduſium* [portum tunc temporis Romanorum] aditur, laudem gloriamque fuiſſe conſecutum. Porro duæ omnino erant viæ, quæ Roma Brunduſium collimabant; una *Numicia*, aut *Minucia*; *Appia* altera vocabatur, ut autem *Horatius* innuit, quænam earum magis obvia minuſque difficilis eſſet in dubium revocans hiſce verbis: *Horat. lib. I. Epiſt. 17.*

Brunduſium Minuci melius via ducat, an Appi.

Attamen Cæſar teſtatur, Pompejum per iter Canuſinum Brunduſium perrexiſſe: *Pompejus*, inquit, *bis rebus cognitis, quæ erant ad Corfinium geſta, Luceria proficiſcitur Canuſium, atque inde Brunduſium, copias undique omnes ex novis delectibus ad ſe cogi jubet;* Atque Ciceroni Auctor fuit, ut per idem Canuſinum iter ad memoratum Romanorum portum expeditiùs ſeſe conferret: *Tuas litteras libenter legi. Recognovi enim tuam priſtinam virtutem etiam in ſalute communi. Coſſ. ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor, pro tuo ſingulari perpetuoque ſtudio in remp. ut te ad nos conferas, ut communi conſilio reipublicæ afflictæ opem, atque auxilium feramus. Cenſeo, via Appia iter facias, & celeriter Brunduſium venias. Cura ut valeas:* Cui Cicero ita reſpondit Epiſt. 15.: *Cum ad te literas miſiſſem, quæ tibi CANUSII reddita ſunt, ſuſpicionem nullam* *Cæſar de bello Civili l. I.* *Cic. ad Atticum lib. 8. Epiſt. 14.*

habebam, te Reip. cauſa mare tranſiturum: eramque in ſpe magna, fore, ut in Italia poſſemus aut concordiam conſtituere &c.; Hujuſce etiam *Viæ Appiæ* meminit *Horatius*, dum facetè de more deſcribit iter ſuum Roma Brunduſium uſque Satyra V.

Horatius Satyr. lib. 1. Satyr. 5.

Tendimus hinc rectà Beneventum, ubi ſedulus hoſpes
Pene arſit, macros dum turdos verſat in igne.
Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum.
Convivas avidos cœnam, ſervoſque timentes,
Tum rapere, atque omnes reſtinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet, lacrymoſo non ſine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Quatuor hinc rapimur, viginti & millia, rhedis,
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt,
Signis perfacile eſt. Vænit viliſſima rerum
Hic aqua: ſed panis longè pulcherrimus: ultrò
Callidus ut ſoleat humeris portare viator.
Nam Canuſi *lapidoſus: aquæ non ditior urna;*
Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim.
Flentibus hinc Varius diſcedit mæſtus amicis.
Inde Rubos feſſi pervenimus, utpotè longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior: via pejor, aduſque
Bari mœnia piſcoſi. Dehinc Gnatia, lymphis
Iratis extructa, dedit riſuſque, jocoſque:
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. Credat Judæus Apella,
Non ego: namque Deos didici ſecurum agere ævum;
Nec, ſi quid miri faciat natura, Deos id
Triſtes ex alto Cœli demittere tecto.
Brunduſium longæ finis chartæque, viæque.

6. Hinc eſt, quod paſſim Geographi Canuſium inter magnificas Civitates ſecus *Viam Appiam* conſtructas collocent. Inter quos præſtat audire *Cellarium*: *Præcipuæ Urbes in Appia erant*, poſt Capuam *Caudium*, *Beneventum*, *Equotuticum*, *Herdonia*, *Canuſium*, *Barium*, *Egnatia*, *Brundiſium*. Quoniam vero Civitas Canuſina a Plinio deſcribitur: *Urbs eſt Apuliæ maxima, quam præterfluit Aufidus amnis*: omnino ponte opus erat, qui magnificentiæ Civitati reſponderet, commodiſque ſerviret. Eam ob rem Trajanus Imperator eodem planè tempore, quo viam Appiam reſtauravit ornavitque, magnificentiſſimum ſupra flumen Aufidum conſtruxit Pontem in Vita S. Sabini, de quo Sermo infra redibit, accurate deſcriptum hiſce verbis: *Dum ad Pontem, qui à Trajano Auguſto paratus ſuper fluenta eſt Aufidi, veniſſet &c.* Celeberrimum hoc Trajani magnificentiæ monumentum etiam nunc perſeverat. Noviſſime vero a *Regis noſtri* (quem diutiſſime ſervare pergat incolumem D. O. M.) munificentia *reſtauratum* ſplendidiſſime fuit, ut publico conſuleret commercio, cum nihil laboris, nihil ſumptus, nihil

Cellarius Geograf. lib. 2. cap. 9. pag. 934.

Plin. 3. 11.

hil Induſtriæ, ac diligentiæ ſibi reliqui faciat, quod ad ſibi propoſitam uniceque intentam fideliſſimorum Subditorum utilitatem Regnorumque ſuorum felicitatem conducere poſſe arbitretur: digniſſimus proinde, qui ſummis laudibus ubique gentium ad Cælum uſque efferatur.

7. Plura ſanè de hac nobiliſſima via *Appia*, ſive *Trajana* nobis dicenda forent, ſed cum hac de re peculiare omnigenaque eruditione refertum conſcripſerit opus cl. *Franciſcus Maria Pratilli* Neapoli editum anno 1745. nec non Diſſertationem cl. *Joh. de Vita* Canonicus Beneventanæ Eccleſiæ in ſuo vere locupletiſſimo *Antiquitatum Beneventanarum theſauro*: idcirco nihil prorſus nobis addendum ſupereſt, ſed tantum Lectores monemus, ut illos adeant, & in eis quidem ſitim abundè explere poterunt.

Pratill. Via Appia lib. 4. cap. 13. pag. 519.

Can. de Vita Theſaur. Antiq. Beneven. Diſſert. 6.

8. Aliud demum tum Trajani, tum Hadriani Romanorum Imperatorum in Canuſinam Civitatem benevolentiæ liberalitatiſque monumentum paſſim à Scriptoribus refertur, quod melius enunciare & explicare non poſſumus, quam ſubjectis *Damadeni* verbis „ Sub Imperio Trajani, & Ha-„ driani Principum hæc Colonia magno honore floruit, quod licet pluribus „ comprobare documentis valeam, unum vetuſtum marmor ſufficiet addu-„ xiſſe, quo C. Octavius.

Damadenus c. 4. pag. 14.

C. OCTAVIO. C. F.
PAL. MODESTO
AVGVR. II VIR. I. D. QVAESTOR. II
PRAEF. FABR. ROMAE. PRAEF
COH. II. PANNONIOR. PRAEF
COH. III. ITYREOS. TRIB. MIL
LEG. IIII. SCYTHIC. CVRAT. REI
P. AECANOR. ITEM. HONORA
TO. AD. CVRAM. KALENDARI
REIP. CANVSINOR. A. DIVO. TRA
IANO. PARTHICO. ET. AB. IMP. HA
DRIANO. AVG. HIC. OPVS. QVA
DRIGAE. CVM. EFFIGIE. IMP. HADRI
ANI. AVG. CITRA. VLLIVS. POSTV
LATION. *CVM. A. MVNICIPIBVS
SVIS. OBLATVM. EX. ARGENTI
LIBRIS. DXVII. ═ LIBRIS. ∞. AD
IECTIS. AMPLIVS. VIRITIM. PO
PVLO. ✱. SING. DISTRIBVTIS
DEDICARI. CVRAVIT.
P. D. D.

Gruterus pag. 444. 5.

A Metello & Pighio Smetius.

* Cum: à lapide delendum hoc cenſet Gronov. lib. 1. de pecun. vet. c. 7.

„ Modeſtus, Trib. Mil. Legionis IIII. a præfatis Cæſaribus exhibetur „ honoratus ad Curam Kalendarii *Reipublicæ Canuſinorum*, qui etiam ibi-„ dem

„ dem opus quadrigæ, cum effigie Imperatoris Hadriani Auguſti à mu-
„ nicipibus ſuis, citra ullius poſtulationem, ex argenti Libris quingentis
„ & ſeptemdecim oblatum, de ſuo adjectis Librarum quatuor millibus,
„ remunerationis cauſſà, erigendum curavit. In dedicatione vero viritim,
„ ſive ſingulis de populo, denarium diſtribuere juſſit. Tanti honoris,
„ ac munificentiæ ſplendorem redivivus lapis ſupra deſcriptus indicat.
Hunc eumdem lapidem exſcripſit laudatus Canonicus *De Vita* in *Diſſert.9.* & inter Inſcriptiones Beneventanas *claſſe* 4. ubi multa ad eumdem pertinentia congerit & enucleate explicat.

Can. de Vita Theſaur. Antiquit. Benevent. p. 232.

9. Sed ut, unde digreſſi ſumus, revertamur, finemque S. Felicis hiſtoriæ imponamus, cum Trajanus ſuos jugiter Canuſii adminiſtros haberet, ut ſupra demonſtratum eſt, mirari minime ſubit, quin illis denunciantibus, ipſiſque prodeuntibus, nullo certe negotio Sanctum detegerit Antiſtitem, eumque ſtatim morti adjudicaverit, ſacrificium ſe gratum Diis ſuis præſtare non ambigens, eis hominem immolando, quem veram ſapientiam nempe Chriſtum ſequentem, *ſtultitiam* tamen ipſe profiteri putabat juxta Apoſtoli effatum, quod Religionem Chriſtianam Judæi *ſcandalum*, Gentes *ſtultitiam* reputarent.

10. Quoniam autem ea ſemper fuit perpetua Tyrannorum perſecutorumque Eccleſiæ impia & nefaria conſuetudo, ut Epiſcopos primum conquirerent ad necem, ut paſtore percuſſo, facilius diſpergerentur & oves: ideo Trajanus, ut naſcentem Canuſii Chriſtianam Religionem veluti in ſuis incunabulis præfocaret, nihil curavit impenſius, quam ut Sanctus Præſul in primis mactaretur ob id præſertim, quod ad Chriſtianam Religionem penitus deſtruendam eliminandamque Romanorum legibus, quæ novas & contrarias ſuæ, Religiones omnes ſevere vetabant, ſe adigi exiſtimabat. Quod luculentiſſimè comprobat *Baronius*, ubi de Martyrio Sancti *Clementis* Papæ his verbis: *Cæterum nequaquam morte Clementis perſecutio in Chriſtianos excitata quievit: Nam cum alii Martyres, tum Succeſſor Clementis Anacletus ſub ejuſdem Trajani Imperio (ut ſuo loco dicemus) martyrio coronati ſunt. Licet enim Trajanus bellis, quæ adverſus barbaros parabat, evocaretur ab Urbe; qui tamen præfecturam Urbanam gerebant (quod moris ſit, magiſtratus gerentes obſecundare animis Principum) haud ſegniter rem geſſerunt. In reliquis autem, quod ad politicum regimen ſpectat, hoc præſertim anno, quo idem Imperator conſulatum tertium geſſit, adeò ſe æquum præbuit, (ut quod ſcribit Plinius) abiturus è Conſulatu, juravit*, nihil ſe contra legem feciſſe: *quippe qui licet Chriſtianos ſit iniquiſſime perſecutus, tamen quod legibus Romanorum peregrina Religio vetaretur, in Chriſtianos lege agere, qui non tantum peregrinam, ſed & novam ſuperinduceret, qui & ipſos Romanorum Deos deteſtarentur, ſanctum piumque cenſeret.*

Baron. ad an. 102. §. 25.

11. Miſeram vero luctuoſamque illorum temporum conditionem deſcribere, & lectorum oculis ſubiicere vividius non poſſumus, quam eloquentiſſimis D. Joah. Cryſoſtomi ſenſibus, quibus & noſtra aſſerta confirmabimus, & inſtitutam de *S. Felice* narrationem abſolvemus: *Tempus animadvertite, quo dignitatem Epiſcopalem eſt aſſecutus . . . . neque enim eadem nunc, quæ tunc erat, Eccleſiam gubernandi conditio. Tunc autem quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnæ, & pericula; Imperatores, & Reges, & Populi, & Civitates, & Gentes, & domeſtici, & alieni credentibus inſidias tendebant..... Neque verò id ſolum*

Chryſoſtomus de S. Ignat. ſerm. tom. 5.

Digitized by Google

lum diabolus, ſed & aliud non minus grave machinabatur: nam cum Urbium Præfectos ad trucidandos Epiſcopos impellebat; tum etiam operam dabat, ut in externas Civitates abſtracti, de medio tollerentur. Id autem agebat, ſimul ut neceſſariis rebus ſpoliarentur, ſimul ut itineris labore confecti, redderentur imbecilliores. Hæc Chryſoſtomus.

§. II.

S Liberalis Canuſinus Epiſcopus & Martyr.

12. Quiſquis tandem fuerit primus Canuſinus Epiſcopus in medium relinquentes, illud certò affirmare poſſumus, quod qui ei proxime & immediate ſucceſſit, *Liberalis* appellabatur. Id quod ex ſinceris ejuſdem actis, quæ infra ſubiiciemus, apertiſſime liquet. Hic autem, ut ſupra innuimus, ab ſuo Anteceſſore Catholicis præceptis inſtitutiſque eruditus fuit, & informatus: nec ſolum verba tanti Magiſtri audire, verum etiam dignitatem conſequi & exempla imitari promeruit. Quippe qui in ejus locum ſtatim ſuffectus, Sacerdotali Thiaræ Martyri palmam intexuit, ſacraſque veſtes ſuo cruore rigavit. Paſſus eſt ſub Hadriano Imperatore, qui Anno Chriſti 120. Trajano ſucceſſit, regnavitque uſque ad annum 140. Acta hujus S. Præſulis referuntur a *Philippo Ferrario in Catalog. Sanctor. Ital.*, quæ proinde ad majorem legentium comoditatem hic exſcribere non pigebit.

DIE XXX. DECEMBRIS

13. *De S. LIBERALE Epiſcopo Canuſino & Martyre.*

„ *Liberalis*, qui & Liberius Eleuterio Senatore Romano, & Evantia Matre *Ferrarius cath. SS. Italia.*
„ natus traditur, qui ſacris literis eruditus à *quodam Epiſcopo*, ab eodem Dia-
„ conus, deindè Sacerdos ordinatus, nec multo poſt cum Sanctitate, & Mira-
„ culis coruſcaret *Epiſcopus Canuſii* conſecratur. Cujus fama ad *Hadria-*
„ *num* Imperatorem perlata, juſſu ipſius Romam perducitur; ubi inauditis,
„ & exquiſitiſſimis tormentis affectus eſt. Nam cum lectum ferreum, &
„ craticulam ignitam ſartaginem, caminum ardentem, feras, & alia tor-
„ menta, non ſine multorum Gentilium converſione ſuperaſſet; denique, cum
„ Imperator ipſe ſuperatus videretur, nec quid in Martyrem crudelitatis
„ exercere haberet, ejuſdem juſſu capite plexus, Martyrium conſummavit
„ 3. Kalendas Januarii cujus Corpus ad ſuam Sedem à Chriſtianis delatum, ibi
„ conditum fuit: *Ex Paſſ. ejuſdem M. S. & Pet. in Catalog. lib. 2. cap. 20.*

14. Circa verò hujus S. Præſulis acta grave hic exoritur dubium, quod enodemus oportet. *Petrus* namque de *Natalibus* ſcribit, *Sanctum Liberalem Cannarum Epiſcopum* extitiſſe. Verum Philippus Ferrarius, qui incredibili ſolertia, ac induſtria ſummoque adhibito ſtudio ac labore, omnia ad hanc quæſtionem pertinentia ſcrutatus eſt, aſſerit, ſe ex authenticis Codicibus eruiſſe, quod *S. Liberalis Canuſii* revera, nunquam *Cannarum* Epiſcopus fuerit. Huic ſententiæ firmiter & nos adhæremus, cum coſtanti quoque minimeque interrupta Eccleſiæ Canuſinæ traditione fulciatur & roboretur.

15. Locus hic poſtulat, ut alium errorem è medio tollamus, è quo fortaſſe ſuperior emanavit. Plurimi enim Scriptores in hoc hallucinati turpiter ſunt, ut *Canuſium & Cannas* confunderent adeo, ut unam eamdemque Civitatem reputarent; quod quam alienum a vero ſit abundè demonſtravit

Dama-

Digitized by Google

Damadenus ſup. num. 7. pag. 3. & ſeq. *Damadenus*. Falſa hac itaque perſuaſione adductus in memoratum confutatumque errorem forſan prolapſus eſt *Petrus de Natalibus*, niſi potius errorem hunc *Amanuenſium* oſcitantiæ & imperitiæ velimus adſcribere, cum menda, quæ eorum cauſa in operibus obrepunt, nec rara ſint, nec levia.

16. Sed præter adducta hactenus firma argumenta traditionis pondere & auctoritate munita aliæ non deſunt conjecturæ nullatenus contemnendæ, quibus omninò evincitur, *S. Liberalem Canuſii*, minimè verò *Cannarum Epiſcopum* extitiſſe. *Idem cap. 4. pag. 12.* In primis enim nemo eſt, qui ignoret (dummodo in Romana hiſtoria non ſit planè hoſpes & peregrinus) quod anno ante, quam *Hannibal* in Apuliam veniret, jam à Romanis Cannarum Civitas ſolo æquata *Polib. lib. 3.* fuerat, ut tradit Polibius ajens ,, *Ubi novorum frugum tempus advenit, Caſtra,*
,, *quæ ante Gerundium habebat, movit Hannibal, qui expedire ſuis rebus judi-*
,, *cans, ut omnibus artibus Hoſtem pugnare cogeret, Arcem Cannarum occu-*
,, *pat*. Eo enim Romani & frumentum, & reliquos commeatus *à Canuſio*
,, convexerunt: atque inde neceſſaria ad uſum exercitibus deferebant. *Urbs*
,, *quidem ipſa, anno prius, ſolo æquata fuerat*. Tunc vero belli apparatibus ſi-
,, mul cum arce amiſſis, non mediocriter Romanus exercitus ea re eſt per-
,, turbatus. Non ſolum enim propter commeatus magnis eo difficultatibus
,, afficiebatur, quod is locus in poteſtatem hoſtis veniſſet, verum eo etiam
,, nomine, quod *vicino tractui* (*adeoque Canuſio*) arx illa opportune immi-
,, nebat. Subſtitit in fide *Canuſium* uſque ad tempus victoriæ *Pœni*. Nam
Terentius ſcribit Terentius Conſul, *L. Æmilium Coſ. exercitumque cæſum, Canuſiique ſe eſſe reliquias tantæ cladis, velut ex naufragio, colligentem*.

17. Nihilotamenſecius Hannibal nihil prorſus intentatum reliquit, ut Canuſinos ad defectionem a Romanis, frangendamque ipſis datam fidem im- *Liv. lib. 27. cap. 14.* pelleret, uti a Livio refertur = *Ubi primum in agris pabuli copia fuit, ex hybernis profectus ad Canuſium Hannibal occurrit. Sollicitabat ad defectio-* *Damadenus Æs rediviv. Canuſin. cap. 4. ap. Grævj tom. 9. p. 5. pag. 13.* *nem Canuſinos Pœnus* = *Suſpicandum ſanè eſt*, inquit Damadenus ,, Ca-
,, nuſium animo, viribuſque ſollicitatione inclinatis, Pœnis adhæſiſſe, &
,, amicam, ac opportunam manum Hannibali victori præſtitiſſe, ea propter
,, Romanæ Gentis indignationem promeruiſſe, ac in Coloniam fuiſſe re-
,, dactum..... hoc tempore Militaris effecta eſt, non abſimili modo, ut Ve-
,, nuſiana Colonia mutationem accepit. *Canuſium ergo Colonia fuit Milita-*
,, *ris*, & emeritis ac veteranis aſſignata, quæ tractu temporis in filiis po-
,, ſteriſque eorum, Canuſinis Colonis, quaſi civilis effecta dignoſcitur; cum
,, hi plures urbicos Magiſtratus, tempore inciſionis Tabulæ, & ante, ac poſt
,, (ut infra dicetur) Romæ elegerint, & obiverint. Immo hoc eſt, quod
,, ex ſupra poſitis Svetonii verbis colligitur, ut hæ *Coloniæ Romam ſuffragia*
,, *mitterent, de Magiſtratibus Urbicis*, ſtatuit. Proinde *Canuſina Colonia*,
,, non jus Latii, ſed *Quiritum*, non jus Latinæ Coloniæ, *ſed Civium Ro-*
,, *manorum*, promeruit.

18. Cum autem in hujus *Sancti* actis legamus, cum *Eleutherii Senatoris Romani filium* fuiſſe: clare exinde patet, & omninò inferri debet, ipſum ſuam ducere originem ab illis Romanis Senatoribus, qui ad nobiliſſimam *Militarem Coloniam Canuſinam* incolendam miſſi fuerunt. Nec mirum cuique videri debet, quod ad hanc Coloniam primarii Ordinis Patritii, & Senatorii Viri deducerentur, cum ſatis conſtet, Canuſinam Coloniam imperantibus præſertim *Trajano & Hadriano* illuſtrem maxime & glorioſam extitiſſe. Unde par æquumque viſum fuit, ut tàm inſignis & magnifica Urbs pro-

proprio decoraretur Epiſcopo, qui quidem nullo pacto *Cannis* convenire poterat, cum hæ a *Floro* deſcribantur = *Quartum, ideſt pæne ultimum vulnus Imperii CANNÆ, IGNOBILIS APULIÆ VICUS, ſed magnitudine cladis emerſit, & quadraginta millium cæde parta nobilitas.*

Lucius Florus lib. 2. c. 6.

§. III.

Stercorius Epiſcopus Canuſinus,

19. QUarto labente Eccleſiæ ſæculo glorioſum evaſit nomen *Epiſcopi Canuſini*, qui tunc erat *Stercorius*. Hic enim Sacroſancto Œcumenico generali Concilio *Sardicenſi* interfuit, atque una cum cæteris illis Sanctiſſimis Patribus & Epiſcopis, qui ad ipſum convenerunt, conſtantia & fortitudine vere Apoſtolica ejus acta ſubſcripſit, prout ſequitur = STERCORIUS AB APULIA DE CANUSIO = Sacrum hoc Concilium quamplurimis, quæ inter Theologos Dogmaticos & Hiſtoricos Eccleſiaſticos agitantur, diſputationibus occaſionem & anſam præbuit: quippe, etſi hujus Synodi celebrationis *Epocha anno* 347. communiter tribuatur & aſſignetur; tamen *P. Manſi in ſuppl. ad Concil. Lab. de Epocha Sardic. Concil.* bene longam adornavit diſſertationem, in qua totus eſt, ut evincat, hujuſmodi celebrationem *anno* 344. fuiſſe peractam. Præterea pariter controvertitur, utrum Concilium hoc fuerit *Œcumenicum*, nec ne? cum in eo nihil ad *fidem* ſpectans fuerit definitum. Verum quo ad hoc omnes Theologi conſentiunt, fuiſſe revera *Œcumenicum*, *Magni Concilii Nicæni* veluti *appendicem*. Undè *Labbeus* hujus Sardicenſis Concilii Acta integra exhibens, hanc ipſis epigraphen præfigit = *Concilium Sardicenſe Generale, quod eſt Nicæni appendix.* =

Manſi Concil. tom. 1. pag. 174.

Labbei Concil. tom. 2. col. 654.

20. Huic autem *Sardicenſis* Synodi convocationi occaſionem ſuppeditavit pertinacia quorundam *Arianorum* Epiſcoporum ab *Euſebio* Nicomedienſi eorum duce & vexillifero *Euſebianorum* nuncupatorum. Hi namque zelum pro Catholica Religione ſimulantes, omni ope artificioque curabant, ut Concilii *Nicæni* ſub *S. Sylveſtro* PP. & *Conſtantino Magno* Imp. *anno* 325. congregati auctoritatem omnino deprimerent & eliminarent. Quamobrem præcipue ipſi *S. Athanaſium*, utpote *Verbi divinitatis* & vocis HOMOUSION acerrimum, invictumque propugnatorem inſectabantur, tantumque ſuis malis artibus, fallaciis, calumniiſque perfecerunt, ut tandem S. Antiſtitem ê ſua Sede *Alexandrina* expulerint. Confugit inde *Athanaſius* ad *Julium* Romanum Pontificem, qui, habita *Romæ Synodo*, ipſum ſuoſque Collegas & aſſeclas innoxios ſuprema ſua Apoſtolica auctoritate, & poteſtate pronunciavit, & aſſeruit.

21. Romanum ea tempeſtate Imperium moderabantur *Conſtantius* & *Conſtans* germani fratres, *Conſtantinique Magni* Filii. Ita verò omnes Provinciæ partiebantur, ut *Orientales Conſtantius*, *Occidentales Conſtans* regeret & procuraret. *Conſtantius* autem Epiſcopis *Euſebianis* mirificè favebat. Quapropter Summus Pontifex *Julius* apud *Conſtantem* Occidentis Imperatorem, (qui revera conſtantiſſimus erat in profitenda aſſerendaque Catholica & *Nicæna* Fide) agere, & inſiſtere ſtuduit, ut Fratrem ſuum *Conſtantium* Orientis Imperatorem ad patrocinandam, ac defendendam Catholicam Religionem adduceret. Id ut facilius impetraretur, Pontifex Imperatoribus pro-

poſuit, ut Concilium in Civitate neutri ſuſpecta indici, & celebrari ſinerent. Conſilio Pontificis Imperatores acquieſcentes, ſtatuerunt, ut Concilium hujuſmodi in *Civitate Sardicenſi* in *Illyrico* poſita, & ad Imperium Occidentale ſpectante haberetur. Illuc igitur Legati Apoſtolici profecti atque inter hos Magnus ille *Oſius Cordubenſis Epiſcopus*, qui ſumma cum laude & gloria *Nicæno* interfuerat, nomine *Julii Summi Pontificis Sardicenſi Synodo* præfuerunt. Porro una cum Catholicis totius Orbis Antiſtitibus, qui ad 300. uſque numerantur, illuc etiam convenerunt *Euſebiani*, qui ut turbas excitarent, in primis etiam atque etiam inſtarunt, ut *S. Athanaſius*, *Marcellus Ancyranus*, *Aſclepas Gazæ*, aliique ab ipſis jam damnati in *Romana Synodo* abſoluti, a Concilio pellerentur. Quod cum obtinere nequiviſſent, a Concilio diſcedentes *Philippopolim* perrexerunt: ubi *Conciliabulum* egerunt, ementito nomine *Concilii Sardicenſis*, *probris* in Catholicos Epiſcopos, ipſumque Summum Pontificem *S. Julium* Primum, refertum.

Cl. Bartholi Epiſc. Feltrienſis Inſtit. Can. cap. 34. pag. 271.

22. Interea Epiſcopi in legitimo Concilio *Sardicenſi* congregati hæc in primis ſtatuerunt = *Ne quid ulterius de Fide ſcriberetur: ſeſe contentos eſſe Nicæna Fide, ne illa, quæ Nicææ ſcripta eſt, imperfecta crederetur: neve illis occaſio hujuſmodi ſuppeditaretur, qui ſæpenumero volunt de Fide definire, & ſcribere*. Tum de Epiſcopis, quos Euſebiani inique dejecerunt, Concilium ita pronunciavit: *Perſeverent Marcellus, Athanaſius, & Aſclepas in noſtra communione: quia obeſſe eis non poterit iniquum judicium, & fuga & tergiverſatio eorum, qui ad judicium omnium Epiſcoporum, qui convenimus, venire noluerunt*. Deinde Euſebianorum principibus *anathema* dictum fuit. *Canones* denique ad Eccleſiaſticam diſciplinam moderandam utiliſſimi *alter* & *viginti* ſanciti fuere: ex quibus *tres*, nimirum *tertius*, *quartus*, & *ſeptimus*, de *Appellationibus* ad *Apoſtolicam Sedem* ſcripti ſunt; quos cum nonnulli calumnia quadam, & malitioſa interpretatione explicare conati fuerint, illos expendere neceſſarium duxit. *Chriſtianus Lupus Synodorum Generalium Æditionis Venetæ* 1724. *Tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 285. *ad* 329.

Chriſtianus Lupus tom. 1. part. 1. p. 285. ad 329.

Natal. ab Alexand. Hiſt. Eccleſ. edit. Lucæ 1750. tom. 4. pag. 525.

23. Poſtremis tamen hiſce temporibus non defuit *P. Natalis Alexander* peculiarem de induſtria diſſertationem emittere, ut quædam in Concilio *Sardicenſi* cenſoria virgula notaret. Ad quæ cum jam egregie reſponderit *P. Manſi* in ſuis *notis*, illuc lectores ablegamus. Hic ſolum obiter nobis admonere ſufficiat, nimirum, quod ſicut Canones Concilii *Sardicenſis* inter *Nicænos* inſerti reperiuntur, & *Sancti Auguſtini* tempeſtate Canones Conciliabuli *Philippopolitani* nomine *Sardicenſis* Concilii paſſim in Africa circumferebantur: hinc mirum profecto nequaquam cuique videri debet, ſi Canones memorati Conciliabuli cum illis in laudato legitimo Concilio conditis aliqui Scriptores confuderint, & quoſdam vero Concilio tribuerint, qui nonniſi Conciliabulo adſcribi debent. In hunc errorem prolapſus eſt *S. Auguſtinus epiſt.* 44. = *Sardicenſis Concilii*, (ideſt Conciliabuli Philippopolitani) *ſtatuta conſideravi legi, Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum Catholicum, & Julium Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum in Concilio Sardicenſi fuiſſe improbatos. Unde apud nos conſtitit, Arianorum fuiſſe Concilium*: Eadem habet in *lib.* 3. contrà *Creſcon. cap.* 34. *Diſce*, inquit, *quod neſcis, Sardicenſe Concilium Arianorum fuit*, & *lib.* 4. contrà eundem *cap.* 44. *Concilium Sardicenſe, ne te lateat, Arianorum eſt*. Itaque cum *Afris* perſuaſum eſſet, unicum Sardicenſe Concilium fuiſſe, & Acta percurrerint Philippopolitani Conciliabuli, Sardicenſe Concilium execrabantur: ac ſi quis illis Canones Concilii Sardicenſis indi-

S. Auguſtin. Epiſt. 44.

Digitized by Google

indicaſſet, continuo cum S. Auguſtino reſpondiſſent: *apud nos conſtitit, Arianorum fuiſſe Concilium.*

24. Notat Severinus *Binii* ad Conc. Sardicenſe *Rmus & Illmus Cardinalis Bellarm. cap. 7. lib. 1. de Conciliis, & Eccleſia, ſcribit; hoc Concilium partim confirmatum, partim reprobatum eſſe: quia ex 376. Epiſcopis, Sardicæ congregatis, pars major fidem Catholicam & Orthodoxam Nicæni Concilii confirmaverit, eaque quæ Nicæna Synodo obſcurius conſtituta erant, explicaverit; ex iiſdem vero ſeptuaginta ſex reliqui orientales Epiſcopi Arianam fidem ſcripſerint, novamque a quatuor ſupra poſitis fidei formulis diverſam iterum ediderint, ac promulgarint. Verum eſt, quod lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 21. & 25. ipſe Bellarm.*, & *poſt eum Rmus & Illmus Cardinalis Baronius an. 347. num. 62. tradunt, Sardicenſium Conciliorum duo fuiſſe, unum legitimum ex Orthodoxis dumtaxat Epiſcopis 376. congregatum: alterum Spurium & illegitimum ab Arianis Philippopoli celebratum, ementito nomine SARDICENSE appellatum. Illud Catholicum univerſale, totoque Orbe jure receptum, hoc autem poſterius ARIANORUM dumtaxat malignantium conventum, illegitimum, atque ideò merito reprobatum fuiſſe.* Binii apud Labbei edit. Venet. 1728. tom. 2. col. 717.

25. Magnus Annalium Eccleſiaſticorum Parens *Baronius* mirum in modum, ut cætera, hujus Sacri Concilii hiſtoriam deſcribit ad *an.* 347., ubi, ut evincat ad ipſum omnes Catholici Orbis Antiſtites conveniſſe, in medium affert luculentiſſimum *S. Athanaſii* teſtimonium, qui merito gloriabatur, tot Epiſcoporum judicio & approbatione ſe omninò innoxium fuiſſe declaratum *Tertio iterum*, verba ejuſdem S. Doctoris ſunt, *in magno Sardicenſi Concilio ad edictum Religioſiſſimorum Principum Coſtantii, & Conſtantis, in quo judicio ita ceciderunt adverſarii, ut habiti pro calumniatoribus, depoſitionem exauctorationemque ordinis ſui retulerint, noſtram vero innocentiam plures quam trecenti Epiſcopi ſuis calculis comprobarint, qui ex multis Provinciis Ægypti, Libyæ, Pentapoleos, Paleſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Liciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epyri, Theſſaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Sciſciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Thuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, APULIÆ, Brutiorum, Siciliæ, Africæ univerſæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britanniarum ſe eo ad Concilium contulerunt.* Baron. ad ann. 347. §. 6.

26. Verum attentè perluſtrato & accuratè perpenſo Epiſcoporum, qui hujus Concilii *Acta* ſubſcripſerunt, elenco; ſolum *Stercorium Canuſinum Epiſcopum*, præterea neminem vaſtæ Apuliæ provinciæ, quæ Regnum conſtituit, invenio, qui eidem Concilio interfuerit. Immò S. Doctor *Athanaſius* unum *Stercorium* ſingillatim nominat, quem illuc ab Apulia veniſſe teſtatur: Ex quo ſubdit & infert cl. *Franc. Nicolai*: *Vetuſtatem Canuſinæ Civitatis probant ſubſcriptiones Sardicenſis Concilii, ubi legimus*: Stercorius ab Apulia Epiſcopus de Canuſia. *Quod nobis erit argumentum, ut deducamus, in noſtris de eadem Sede commentariis, prioribus Chriſtianis ſæculis, eam vel unicam fuiſſe, vel primariam Apuliæ Sedem.* = Archiep. Nicolai de Epiſ. Viſit. pag. 5.

Digitized by Google

§. IV.

S. Laurentius Epiſcopus Canuſinus.

27. ANno Domini circiter 440. devolvente ad *Canuſinam* Cathedram evectus eſt patritii ordinis Vir LAURENTIUS nomine, qui non ſolum generis nobilitate, verum etiam doctrina & ſanctitate inſignis fuit, à *S. Leone* Magno impensè exoptabatur ob decus & utilitatem, quæ ab ipſo in *Canuſinam Eccleſiam* derivabat, & in totam Vineam Domini redundare poterat. *Acta* hujus Sancti Præſulis minimè extant, ideo accuratam de ipſius egregiis factis narrationem ſubnectere nequimus. Illud tantum ex *Actis Sancti Marciani Epiſcopi Frequentini* ab *Ughellio* relatis erui poſſumus, quod magna, ut innuimus, gratia & auctoritate apud *Leonem PP. I. Laurentius* floreret; Nam cum ipſe Romam veniens, ut è Pontificis manu Epiſcopalem Infulam acciperet *Frequentum* pertranſiſſet, abſtractoque ab ſuo Eremo *Marciano* illuc ſecum contuliſſet; Pontifici *auctor* fuit, ut eumdem *Primum Epiſcopum Frequentinæ Eccleſiæ* præficeret; Quod *Leo M.* nulla interpoſita mora; magno utique illius Eccleſiæ bono præſtitit, quippe optimo ſimul Paſtore, & præpotenti apud Deum *Patrono* Civitatem illam providit, itaut quem ipſa tunc mortalitatis exuviis adhuc indutum *Paſtorem* habuit, nunc Cælites inter Cives adſcriptum *Tutelarem* agnoſcit, & veneratur; Sed omnia plenius innoteſcent ex ipſius *S. Marciani Actis*, quæ ex *Bollando* exſcripta hic attexere optimum factu duxi.

Ughell. de Epiſc. Frequent. tom. 8. col. 285.

28. *De S. MARCIANO Epiſcopo Frequentin.. Vita* ex vetuſtiſſimo *M. S.* Codice Eccleſiæ Frequentin.

Bullan die 14. Jul. tom. 3. ejuſdem menſis pag. 654.

„ Beatus *Marcianus Græcorum* Genere oriundus fuit, & ex Nobilibus parentibus, nimiumque Deum timentibus, originem duxit. Cujus parentes...... Divino, ut arbitramur reperto conſilio Græciam patriam relinquens, navemque conſcendens, in *Italiam* properavit, & pervenit in finibus Samnii juxta Civitatem nomine *Frequenti*, habitareque ibi cæpit, & ſolitariam peragere vitam...... Factum eſt autem, ut LAURENTIUS *vir Canuſinæ Eccleſiæ electus*, Romam properare cupiens, ut Paſtoralem infulam à *Romano Pontifice* accipere mereretur, venire ad *B. Marcianum*, quem ſuppliciter rogare cæpit, ut cum eo pariter pergeret *Romam*. Cujus precibus *Marcianus* obediens *ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli*, pariter pervenerunt. Tunc temporis *Leo Sanctiſſimus* Apoſtolicam Sedem tenebat, qui cognoſcens per *Spiritum Sanctum*, *Morcianum*, una cum *Laurentio* Romam eſſe ingreſſos, occurrit cum magno gaudio, & obſequio clericorum; qui invenit *Laurentium*, & honorificè ſalutans, atque deoſculatus benedixit eum; *Marcianus* autem interea ad *Eccleſiam Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ* perrexit. Interrogavitque Papa de *Marciano* Viro Beatiſſimo, quia cum magno deſiderio eum videre cupiebat, & univerſa, quæ audierat de illo, *Laurentio* inſinuavit, quoniam a Domino ei fuerant revelata. Quo audito electus Dei *Laurentius* præ nimio gaudio cæpit flere de ſocio ſuo *Marciano*, cujus nomen, & ſanctitatem, atque beatitudinem Cælitus cognoverat revelatam, triſtarique cæpit nimium, ne beatiſſimus *Marcianus Leoni Papæ* adhæreret, & *Romæ* detineretur, ac ſe

deſe-

,, deſereret. Quod cognoſcens *Leo Apoſtolicus Pontifex*, electo inquit: No-
,, li turbari, nec metuas, ut famulus Chriſti *Marcianus* te deſerat, & mihi
,, adhæreat, quia Charitas Chriſti, quæ eum cum tua Societate univit, non
,, patietur, te a tanto ſocio ſeparari, quia videlicet Dominus meus *Jeſus Chri-*
,, *ſtus* ea hora, qua eſtis Romam ingreſſi, mihi per revelationem dignatus
,, eſt nomina veſtra, ſocietatem, atque beatitudinem indicare.

29. ,, De Beatiſſimo *Marciano* ſocio tuo mihi Spiritus Sanctus affatus eſt
,, ita: Scito, *Leo Papa*, quia duo Famuli mei Romam ingreſſi ſunt, unus
,, vocatur *Laurentius*, alter *Marcianus*, qui *Laurentius* Epiſcopalem Cathe-
,, dram ſuæ Civitatis, in qua electionem a cuncto Clero adeptus eſt, a te cu-
,, pit accipere; *Marcianum* autem pro ſolo amore intimo, & ob reveren-
,, tiam *Apoſtolorum*, atque aliorum Sanctorum Romam properavit, cujus
,, vitam, & actus ſanctiſſimos, mihi placita eſſe cognoſcas: Unde moneo te,
,, atque præcipio, ut citius ſurgas, eiſque obviam eas, & percuncteris no-
,, mina illorum, uſque dum invenias; cum autem inventi fuerint, honori-
,, fice eos, & cum charitatis amore ſuſcipias; *Laurentio Canuſinæ Civitatis*,
,, de qua electus eſt, Eccleſiæ Cathedram trade; *Marciano* vero, viro per
,, omnia Apoſtolico, *Frequentinam Eccleſiam* regendam, & gubernandam
,, committas; Scito enim per illum non ſolum vicinas, ſed etiam longe po-
,, ſitas *Provincias*, atque Eccleſias, meritis ejus, atque exemplo, eſſe ſalvan-
,, das. Inter hæc *Laurentius* ſupradictus electus, cum ſe jam à tanto ſocio
,, deſerendum minime dubitaret, cum fiducia magna Papæ reſpondit: Cre-
,, de mihi, venerabilis Pater, *Marcianum*, quem quæris, & quo tanta tibi
,, divina revelavit clementia, hic non eſt, ſed ad Eccleſiam *Beatæ Dei Geni-*
,, *tricis* oraturus acceſſit. Tunc *Papa* una cum populo, & *Laurentio* qui ade-
,, rat, ingreſſus eſt Eccleſiam, in qua *B. Marcianum* ſolo proſtratum oran-
,, tem invenerunt.

30. ,, Surrexit autem *Marcianus* à terra, & ſalutavit Papam, qui illum
,, ſimiliter reſalutans, & deoſculans dixit ei: Gratulamur adveniſſe te huc,
,, frater, & fili, *Marciane*. Qui reſpondit. Divina majeſtas protegat te
,, *Sanctiſſime Pater*. Tunc *Papa* narravit ei omnia, quæ illi de eo à *Domi-*
,, *no fuerant revelata*. *Marcianus* autem hæc audiens cæpit flere, & indignum
,, clamitare ad Epiſcopalem honorem aſcendere. *Papa* autem dixit ad eum;
,, *Audi fili*, *Dominum Jeſum Chriſtum* dicentem: *Petre ſi diligis me;*
,, *paſce oves meas*, ideo te non convenit illius juſſa poſtponere, ſed ejus
,, mandata explere, ejuſque oves paſcendas, atque gubernandas ſuſcipere,
,, quia qui *gregem Dei renunciat paſcere*, *paſtorem ſummum renuit*, *& con-*
,, *vincitur non amare*. Ad hæc *Marcianus* reſpondit; Servus contradicere
,, Domino non poteſt, ideo voluntati Dei non abnuo, non reſiſto. Tunc
,, *Leo* Papa Sanctiſſimus vocavit Epiſcopos, cunctumque clerum, & *Marcia-*
,, *num*, & *Laurentium conſecravit Epiſcopos*: quos apud ſe aliquantis diebus
,, *Romæ* detinuit, gratiaſque Domino Salvatori referens, miſit eos ad propria.

31. ,, Dum autem egreſſi eſſent *Roma*, & pergere cæpiſſent, multas
,, *virtutes* & miracula, ſigna, atque prodigia *Dominus Jeſus Chriſtus* in eo-
,, dem itinere per B. *Marcianum* operari dignatus eſt: plagatos enim, & in-
,, firmos curabat, leproſos mundabat, paralyticos ſanabat, dæmones ex-
,, pellebat, & effugabat. Cumque Civitatem *Terracinam* eſſent ingreſſi, ec-
,, ce *Defunctus*..... Cum autem perveniſſent in finibus *Samnii*, ecce qui-
,, dem *Demoniacus*..... Poſt hæc autem *Præſul Civitatis Canuſinæ* com-

men-

„ mendans ſe Sanctiſſimo Viro, amplexantes, & deoſculantes ſe in amore
„ Fraternitatis, *remiſit eum a ſe &c.*

§. V.

S. Probus Epiſcopus Canuſinus.

32. Opportuno tempore *S. PROBUS* in Epiſcopali Sede *Canuſina* collocatus eſt, tum ut Catholicam fidem ſtrenue propugnaret, tùm ut inconcuſſa *Romanæ Sedis* jura coſtanter aſſereret & vindicaret. Tunc enim temporis [nempe Pontificatum maximum gerente *S. Simplicio*, qui ab *anno* 467. *uſque ad anno* 483. illum ſanctiſſime adminiſtravit] ſummopere laborabat & periclitabatur Catholica Religio, & maxime propria Romani Pontificis privilegia impetebantur, eo quod & *Principes* bene multi inſimul imperantes omnia ſuſdeque miſcebant, & ipſi Eccleſiarum *Antiſtites* nihil intentatum relinquebant, quominus ſupremam S. Romanæ Sedis auctoritatem infringerent atque deprimerent. Satis quippe ſuperque notum eſt, illius luctuoſiſſimi temporis hiſtorias percurrenti, *Auguſtulo* poſtremo Occidentis Imperatore impie nefarieque trucidato, *Odoacrem* Herulorum *Regem*, & perfidum *Arianum* Italiæ regnum invaſiſſe. *Gothos* pariter *Arianos* ampliſſima & potentiſſima *Galliarum*, *Hiſpaniarumque* regna occupaſſe: *Genſeri um* & ipſum perfidum *Arianum* Catholicorumque perditum Tyrannum *Africam* in ſuam redegiſſe poteſtatem. Demum ſatis etiam conſtat poſt *Leonis* Orientis Imperatoris obitum illi ſuffectum fuiſſe *Zenonem* Hæreticum *Eutychianum* & acerrimum Eccleſiæ perſecutorem.

Baronius ad ann. 476. & ſeq.

33. Tot tantiſque ærumnis & calamitatibus circumſæptus, & tantum non obrutus *Romanus Pontifex*, animum minime deſpond.t, ſed tanquam *murum* æneum *pro Domo Dei* Iſrael ſeſe oppoſuit, ut Catholicæ *Fidei* depoſitum ſibi a *Chriſto* concreditum ſartum tectum cuſtodiret, & Pontificiam ſuam dignitatem tueretur. Quod ut facilius perficeret *S. Probi Epiſcopi Canuſini* inprimis conſiliis opera & miniſterio uſus eſt in omnibus, ſed potiſſimum in maximo, & periculoſiſſimo illo diſcrimine, in quo *Conſtantinopolitani Patriarchæ* inexplebilis ambitionis, & inauditæ temeritatis cauſa Romana Eccleſia ea tempeſtate verſabatur. Jamdiù enim erat, ex quo *Conſtantinopolitanus Antiſtites* præ cæteris ſeſe nimis protervè efferebat, & magnopere in dies intumeſcebat ob prætenſum *Primatum*, quem, utpote Imperialis Civitatis *Novæ Romæ* appellatæ Epiſcopus ſupra reliquas Orientales Eccleſias uſurpaverat innixus adulterino *Canone*, quem in magna *Calcedonenſi Synodo* promulgatum fuiſſe autumabat.

34. Celeberrimum hoc Concilium inſtantibus *Marciano* Imperatore, & *S. Ælia Pulcheria Arcadii filio, & Theodoſii Sorore*, convocatum celebratumque fuit *Calcedone* a *S. Leone M.* R. P. (qui ipſi per ſuos Apoſtolicos Legatos præfuit) ut errores ab *Eutychete* Monaſterii C.Politani Archimandrita circa *Divini Verbi Incarnationem & divinam Beatiſſimæ Virginis Mariæ Maternitatem* diſſeminati confutarentur. Præſidentibus igitur memoratis *Apoſtolicis Legatis atque* 600. *Epiſcopis* congregatis Concilium haberi cæptum eſt 8. *Octobris anno* 451. In *ſeſſ.*4. Patres ad unum omnes unanimi conſenſu & maxima approbatione celebratiſſimam *S. Leonis epiſtolam* ſubſcripſerunt: Inde aliquot

contro-

controverſias inter Epiſcopos exortas diremerunt, ibi ſinguli ſubſiſtentes uſque ad *Seſſ.* 14. Qua habita, *Legati Apoſtolici* è *Calcedone* diſceſſerunt. Poſt eorum diſceſſum [Concilio illegitimo evadente] aliquot Epiſcopi ibidem conſiſtentes 15. *Seſſ.* habere auſi ſunt, in qua 28. Canones promulgarunt in quorum *poſtremo Epiſcopum Conſtantinopolitanum* omnium Eccleſiarum Imperii *Primatem* conſtituerunt ac declararunt, ut omnia uberius edocent Acta ejuſdem *Concil.* apud *Labbei* æditionis *Venet.* 1738. *tom.* 4. *col.* 762. *ad* 1074.

Labbei tom. 4.

35. Nullibi dubium, quin *S. Leo* omnia *fidei Dogmata* in memorato *Concilio* definita, ac deciſa ſuprema ſua Apoſtolica auctoritate approbaverit & confirmaverit: indicatos vero *Canones* ad *unum omnes* penitus reprobaverit. Progreſſu tamen temporis 27. Canonibus Eccleſia Rom. receptis & approbatis, *vigeſimum octavum* conſtanter repudiavit & exploſit, ut tradit Card. *Bellarminus*. *At Natalis Alexander* contendit, *S. Leonem* 27. *Canones* tacite approbaſſe, verum cum omnibus conſentit, nunquam 28. admiſiſſe. Idem auctor *Liberati* auctoritatem ſequens, addit, *Conſtantinop. Epiſcopos* Imperatorum patrocinio ſuffultos laudatum *Can.* 28. ſemper ſubſtinuiſſe, ibi „ *Liberatus* de Privilegio Sedis Regiæ Urbis: De confirmato *Canone* 28. Synodi *Calcedonenſis* loquens ait „ *Et licet Sedes Apoſtolica nunc uſque contradicat, quod a Synodo firmatum eſt, Imperatoris patrocinio permanet quoque modo; „ Jure igitur ſibi delato non ceſſerunt Conſtantinopolitani Antiſtites*.

Bellarminus de R. P. lib. 2. *cap.* 22.

Natalis ſæc. 5. *diſſert.* 15. *art.* 3. 4.

36. In locum *S. Leonis anno* 460. humanis rebus exempti ſuffectus eſt *Hilarus*, qui ad an. uſque 467. Eccleſiam rexit. Hic autem æque, ac ſuus glorioſiſſimus Prædeceſſor conſtantiſſimus ſe præbuit in repudiando *Pſeudo-Canonem illum* 28., neglectis omnino *Leonis* Secundi Imper. ſtudiis, qui *Conſtantinopolitanos* Epiſcopos eorumque aſſeclas patrocinabatur. Interim *Hilaro* è vivis ſublato, *Simplicioque* ad Pontificatum anno 467. aſſumpto, ratus Imperator, illum ſuis Anteceſſoribus imbecilliorem invenire: hæc, quæ a *Baronio* narrantur, effecit *Quo verò ad Simplicium Papam ſpectat, quæ ipſo Pontificatus exordio contigerunt, hic dicamus. Simul ac enim Conſtantinopoli auditum eſt in locum Hilari Papæ ſubrogatum fuiſſe Simplicium, Leo Imperator quod obtinere non valuit a Leone Romano Pontifice, nec ab Hilaro Succeſſore, a Simplicio Papa impetrare ſategit, ut rata haberentur Decreta ab Epiſcopis Synodi Chalcedonenſis, quæ pertinebant ad privilegia Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Verum & ipſe Simplicius vehementius reſtitit, obſtititque ejus conatui, miſſo ad hoc PROBO Epiſcopo Canuſino Legato Conſtantinopolim*.

Baron. ad an. 467. 9. 19. & Benedict. XIV. *de* Canoniz. lib. 3. *cap.* 32. *n.* 12.

37. Probus igitur *Legati* Pontificis *S. Simplicii* charactere ornatus Imperialem aulam petiit. Nobis etiam tacentibus quiſque ex ſe facile conjicere poterit, quantam eloquentiam dexteritatemque adhibuerit, ut ſuum expleret munus apud Imperatorem adminiſtris vel hæreſi vel Schiſmate infectis undique ſeptum. Nullum tamen monumentum invenire potui, ex quo inferri quiverim, utrum voti compos abierit, nec ne? Hac una nihilominus conjectura adducor, ut credam, *Probum* ab inceptis removiſſe ſaltem eo tempore Imperatorem, eumque ad delendum *Can.* 28. impuliſſe, ex quo *Dionyſius Exiguus*, qui *Canones* illos de anno circiter 526. è *Græco in Latinum* convertit, minime *Can* 28. in ſua *verſione* inſeruit. Verum ad CPnum Epiſcopatum *an.* 472. aſſumpto *impio Acacio*, ſtatim *Primatum* affectare cæpit non minus ac *Flavianus*, qui eidem *an.* 488. ſucceſſit. Hinc illa denuo recruduit quæſtio & perſecutio exorta, quam per *plura ſæcula Eccleſia Romana* perpeſſa eſt, quemadmodum in progreſſu hujuſce meæ narrationis luculentius patebit: minimè

Ap. Labbei tom. 4. *col.* 1710.

Digitized by Google

nimè interim affirmare veritus, quod *Eccleſia Canuſina* in eo veluti *decretorio ſtatu*, in quo nunc eſt, redacta fuerit hujus maximæ controverſiæ cauſa, cum in ea ſemper *plurimum partis & impendii* habuerit.

38. Itaque ut inſtitutum de *S. Probo* ſermonem abſolvamus, reliquum eſt, ut quædam ad ipſum pertinentia ex Epiſtola Encyclica a *S. Gelaſio ad Epiſcopos Dardaniæ* tranſmiſſa excerpta huc referamus. In ea igitur Summus Pontifex honorificam & glorioſam facit mentionem *de S. Antiſtite Probo* exiſtimans, eumdem in ſua *Legatione* effeciſſe, ut prætenſi *Primatus* controverſia hac potiſſimum de cauſa finiretur, quod *Epiſcopi minorem aut majorem juriſdictionem* minime adipiſcantur ex eo quod *minoribus vel majoribus Civitatibus* præſint, ſed tantam ſemper habeant, quantam eis *S. Sedes Apoſtolica ſua benignitate conceſſerit*, ac *indulſerit*. *Epiſtola* vero hujuſmodi apud *Labbei* edita hæc habet.

S. Gelaſius PP. Epiſt. 13. apud Labbei Conc. tom. 5. col. 324. & 333.

39. *GELASIUS Epiſcopus Urbis Romæ ad Dardanos.*

„ Valde mirati ſumus, quod veſtra dilectio quaſi novam veluti difficilem quæſtionem, & adhuc tanquam inauditum quippiam noſſe deſiderat, „ quod *Eutychianæ* peſtilentiæ Communicatores, non habentes quod pro ſuæ „ perditionis obſtinatione reſpondeant, frequenti jam ratione convicti, miſera contentione ſubmurmurant, non quia ſit alicujus momenti quod garriunt, ſed quia non inveniunt penitus quid loquantur......... Riſimus „ autem, quod prærogativam volunt *Acacio* comparari, quia *Epiſcopus fuerit Regiæ Civitatis*. Numquid apud *Ravennam*, apud *Mediolanum*, *Sirmium*, apud *Treviros*, multis temporibus non conſtitit *Imperator*? Num „ quidnam harum Urbium Sacerdotes ultra menſuram ſibimet antiquitus deputatam, quippiam ſuis dignitatibus uſurparunt? Numquid *Acacius*, ut „ *Johannem* qualemlibet hominem catholicum, tamen a catholicis ordinatum, de *Alexandria* excluderet, *Petrumque* in hæreſi jam detectum, atque „ damnatum, abſque *Sedis Apoſtolicæ* conſultatione reciperet, aliqua *Synodo* ſaltim illic habita, hoc audacter arripuit, ut *Calendionem* de *Antiochia* pelleret; hæreticumque *Petrum*, quem ipſe quoque damnaverat, „ abſque notitia Sedis Apoſtolicæ rurſus admitteret, aliqua Synodo id feciſſe monſtratur? Si certe de *dignitate* agitur *Civitatum*, *ſecundæ ſedis & tertiæ, major eſt dignitas* Sacerdotum, quam ejus *Civitatis*, quæ non ſolum inter Sedes minime numeratur, ſed nec inter *Metropolitanorum* jura „ cenſetur: nam quod dicitis, *alia poteſtas eſt regni ſæcularis*, alia *eccleſiaſticarum diſtributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva Civitas prærogativam præſentis regni non minuit, ſic imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat*. Sit clara *Urbs* illa *poteſtate præſentis Imperii*, „ religio tunc ſub eadem firma, tunc libera, tunc provecta conſiſtit, ſi potius hoc præſente propriam teneat ſine ulla perturbatione menſuram. (Poſtremo, ſi ſibi de *Imperatoris præſentia* blandiuntur, & inde putant *Conſtantinopolitanæ Civitatis Epiſcopi* potiorem fieri poſſe perſonam; audiant *Marcianum* ejuſdem principem Civitatis, poſteaquam pro augmento *Urbis* ipſius Sacerdotis interceſſor accedens, contra regulas obtinere nihil potuit, „ *ſanctæ memoriæ Papam Leonem* ſummis laudibus proſecutum quod canonum regulas violari nulla fuerit ratione perpeſſus. Audiant *Anatolium* „ ejuſdem ſedis antiſtitem, clerum potius Conſtantinopolitanum quam ſe „ tentaſſe talia confitentem, atque in *Apoſtolici Præſulis* totum dicentem „ poſitum poteſtate. Ipſum beatum Papam *Leonem* Sedis Apoſtolicæ Præſulem,

Digitized by Google

„ lem, cujus *Synodus Chalcedonenſis auctoritate firmata eſt*, quidquid ultra „ quam ab eodem pro fide & communione catholica atque apoſtolica illic „ agendum, conſtaret eſſe delegatum, per occaſionem congregationis il- „ lius, *præter Nicænos canones* nova videretur actione tentatum, compe- „ tenti refutatione vacuaſſe. Eaque nihilominus etiam *ſub ſanctæ memoriæ* „ *Papa Simplicio Legatum Sedis Apoſtolicæ ſanctæ memoriæ PROBUM* „ *CANUSINÆ URBIS EPISCOPUM Leone principe tunc petente* „ *præſente* docuiſſe nullatenus poſſe tentari, neque his prorſus præbuiſſe con- „ ſenſum, atque ideo non ad *Civitatis cujuslibet reſpiciant qualitatem*, *ſed* „ *modum diſpenſationis eccleſiaſticæ*, *paterna traditione firmatum*, *convenienter* „ *obſervent*)...... Datum *Kalendis Februarii*, *Victore viro clariſſimo Con-* „ *ſule* (*qui anno Chriſti* 495. *Conſulatum geſſit*, ut not. *Labbei*)

§. VI.

S. Rufinus Epiſcopus Canuſinus.

40. S. Probo ſuffectus eſt *S. Rufinus*, qui ſuum Prædeceſſorem æmulans Eccleſiam Canuſinam mirificè illuſtravit, atque illud præſertim ef- *Bollan tom. 2. men. Febr. col. 300.* fecit, ut omnes intelligerent. *Conſtantiam in ſupremis Apoſtolicæ Sedis prærogativis tutandis in Paſtores Canuſinos veluti hæreditario jure tranſire*. Exorta proinde nova in *S. Sedem* perſecutione, prompto alacrique animo *Rufinus* ad eamdem propugnandam ſe præbuit, & protinus *Synodo* ad eam ſedandam a S. *Symmacho* Pontifice *Romæ* coacta adfuit. Sed rem altius repetamus oportet. *Italiæ* Regnum invaſerat, & adminiſtrabat *Theodoricus* natione *Gothus*, Secta *Arianus*, qui *Zenone* Orientis Imper. conſentiente huc venerat, peremptoque Rege *Odoacre*, an. 493. ſumma rerum potitus Rex ſolus ſalutatus & inauguratus fuit, ut *Caſſiodorus* refert: *Hoc anno Dominus noſter Rex Theo-* *Caſſiodorus Chronic. pag. 701.* *doricus Ravennam ingreſſus Odoacrem molientem ſibi inſidias interemit*.

41. Anno igitur 498. in Oriente imperante Anaſtaſio, & in Italia regnante *Theodorico* è vivis exceſſit Pontifex *Anaſtaſius*, qui *S. Gelaſio* ſucceſſerat. Occaſione vero electionis novi Pontificis adeo tetrum erupit Schiſma, ut nunquam antea. Etenim *Feſtus* Patritius & *Zenonis* Imper. miniſter, qui Romam venerat, ut malis artibus a Romano Pontifice ejuſdem Imper. Zenonis *Enotici* approbationem extorqueret, mortuo *Anaſtaſio*,, cum *Laurentio* Cardinale convenit, ſe, ut Pontifex Maximus crearetur, curaturum, dummodo talis effectus, memoratum *Enoticum* ipſe approbaret. Ea propter canonice in Baſilica *Conſtantiniana* decreto *Kal. Decembris* a Clero Romano in Summum Pontificem electo *S. Symmacho*, *eadem die* in Eccleſia *S. Mariæ* *Laurentius* ſchiſmatice Pontifex electus fuit. Hæ igitur electiones non minus Clerum, quam Senatum Romanum, & totam Eccleſiam maximopere perturbarunt, eo vel magis quod *Paſchaſius* Diaconus Cardinalis ſanctitate & doctrina illuſtris *Laurèntio* favebat, & adhærebat. Quem, òb culpæ reatum in *Purgatorio detineri & torqueri eumdem poſt obitum viſum fuiſſe* narrat *S. Gregorius M.* Interea cum partium ſtudia & factiones propter memoratas *S. Gregor. M. Dial. lib. 4. cap. 40.* electiones Romæ excitatas minimè ſedari & tolli poſſent, id demum conſilii cæptum eſt, ut ad regem *Theodoricum Ravennam* confugeretur, eumque

enixè obteſtarentur, ut interpoſita ſua auctoritate perniciosa diſſidia componeret. *Theodoricus* etſi *Arianus*, *artis tamen politicæ callentiſſimus* neutram factionem cupiens ſibi indignari, decrevit, illum verum Pontificem fore agnoſcendum, quem primum electum conſecratumque fuiſſe conſtabat, ut refert *Anaſtaſius Biblioth.* = *Facta contentione, hoc conſtruxerunt partes, ut ambo Ravennam pergerent ad judicium Regis Theodorici. Qui dum ambo introiſſent Ravennam, hoc judicium æquitatis invenerunt. Ut qui primo ordinatus fuiſſet, vel ubi pars maxima cognoſceretur, ipſe ſederet in Sede Apoſtolica: quod tandem æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis & factus eſt Præſul Symmachus.*

Anaſtaſius in Symmacho.

42. Inita itaque adeptaque Pontificatus poſſeſſione *Symmachus* optimum factu duxit, *Romæ Synodum* convocare, in qua ut verus Pontifex ab omnibus agnoſceretur, & *Canones* pro futuris Pontificum electionibus ſancirentur, & conderentur. Inter omnes Epiſcopos, nemo citius *Rufino* ad illam venit, nemo efficacius in eadem ſeſe geſſit, ut omnia in utilitatem, & commodum Romanæ Eccleſiæ cederent, & in commune bonum & pacem diſponerentur. Quapropter idem S. Epiſcopus, ut pote primas in Synodo partes agens, ſtatim poſt Pontificem, & tres Epiſcopos, qui, ut tradit *Lucentius*, Cardinales erant, & a latere ipſius aſſidebant, ſubſcriptus reperitur in actis à *Labbei* relatis, prout reperiuntur apud *Dionyſium Exiguum*

Lucentius ad Ughell. de Epiſcop. Hoſtien. in Bonifacio

Labbei tom. 5. col. 442. ad 448.

Cælius Symmachus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ catholicæ Urbis Romæ bis conſtitutis Synodalibus a me probatis, atque firmatis conſentiens ſubſcripſi.

Cœlius Ruſticus Epiſcopus Civitatis Meturnenſis ſubſcripſi, & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Cœlius Bonifacius Epiſcopus Eccleſiæ Veliternenſis ſubſcripſi & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Cœlius Miſenus Epiſcopus Civitatis Cumanæ ſubſcripſi & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

RUFINUS EPISCOPUS ECCLESIÆ CANUSINÆ SUBSCRIPSI.

43. Illud profectò in laudatis Concilii actis animadverſione dignum occurrit, quod *Laurentius* Antipapa, depoſitis tamen Pontificalibus Infulis eadem acta ante Cardinales Presbyteros ita ſubſcripſerit.

Cœlius Laurentius Archipresbyter tituli Praxidæ bis ſubſcripſi & conſenſi Synodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Baronius affirmat, hunc eumdem eſſe *Laurentium*, quem paulo ante cum *Symmacho* de Papatu certabat: *Muratorius* vero negat, aut ſaltem dubitat, tam facile hoc evenire potuiſſe: illud certum, quod tandem *Laurentius* præſumpto ſuo juri ceſſerit, ut ſcribit *Bibliothecarius*. *Eo tempore Papa Symmachus congregavit Synodum, & conſtituit Laurentium in Nucerina Civitate Epiſcopum intuitu miſericordiæ.*

Murat. Ann. Ital. ad an. 449.

Anaſtaſius ibidem.

44. Quamquam vero *Synodus* proſpere & feliciter peracta fuerit, minimè tamen perſecutiones ceſſarunt contra Epiſcopos præſertim, qui Synodo interfuerant, & alios è Clero & Populo, qui *Symmacho*, uti par erat, obtemperabant. Mirificè huc faciunt verba *Anaſtaſii*. *Eodem tempore* [*nempe ſchiſmatis*] *Feſtus caput Senatus exconſul, & Probinus exconſul cæperunt intrà Urbem Romanam pugnare cum aliis Senatoribus & maximè cum Fauſto exconſule, & cædes & homicidia in Clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant beato Symmacho juſtè, publice qui inventi fuiſſent intrà Urbem, gladio occi-*

Anaſtaſius relat. a Bollan. in V. S. Symmachi die 19. Julii n. 27.

Digitized by Google

occidebantur. Etiam & Sanctimoniales Mulieres & Virgines deponentes de Monaſteriis, vel de habitaculis ſuis, denudantes ſexum fœmineum, cædibus plagarum afflictas vulnerabant, & omni die pugnas contra Eccleſiam in medio Civitatis gerebant. Ea propter haud inveriſimile mihi videtur, quod *Ruſinus*, qui ut fortior cæteris *Athleta* Schiſmaticorum conatibus ſeſe oppoſuerat, *male ab his habitus* exceptuſque, vix *Canuſium redux*, *eodem anno* meritis *onuſtus ex hac vita migravit, & ad immarceſcibilem gloriæ coronam in Cælis pervenit.*

§. VII.

S. Memor Epiſcopus Canuſinus.

45. MOleſtia, quam ex ſui paſtoris jactura excepit Eccleſia Canuſina, brevi evanuit. Is enim è ſuo Clero ad eam regendam aſſumptus eſt, qui *Ruſino* impar minimè fuit. Huic nomen *MEMOR*, qui unanimi conſenſu electus ſtatim Romam petiit, ut a Pontifice *Symmacho* conſecrationem acciperet. Quantis procellis tunc jactaretur Eccleſia, lacrymis potius, quàm verbis commemorandum eſſet. Etenim jam ab *anno* ſuperiore ut affirmat *Boronius*, & confirmat *Muratorius* contra *Pagium*, *Manſium*, & *Bollandum*, Schiſmatici, poſtquam *Laurentium* Antipapam in Sedem *S. Petri* denuo collocarunt, *Ravennam* ad Regem *Theodoricum* confugerunt, ab eoque petierunt *Viſitatorem*, qui facta *Symmachi*, cui multa falſa crimina objectabant, exploraret. *Petro Aldinæ Epiſcopo Viſitatore conſtituto* ipſi mandavit Rex, ut obſervantiſſimus in Pontificem ſeſe gereret; Quod ille minimè præſtitit, cum Schiſmaticis enim ſeſe agglomerans Pontifici inſidias ſtruebat. Id quod cognoſcens Pontifex, tamque male ab his habitum ſe intelligens, narrat *Anaſtaſius*. *Eodem tempore B. Symmachus congregavit Epiſcopos centumquindecim, & facta Synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Altinas Invaſor Sedis Apoſtolicæ, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho Epiſcopo pervaſerunt Sedem ejus. Tunc ab omnibus Epiſcopis, & Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero, & Plebe redintegratus Sedi Apoſtolicæ B. Symmachus cum gloria apud B. Petrum ſedere Præſul*: Acta hujus *Synodi Rom. II.* celebratæ de *anno* 500. perierunt, vel ſaltem lucem nondum aſpexerunt. Ea propter cum Hiſtorici circa ipſa in varias abeant opiniones; idcircò ſententiam amplector *Labbei*, quem Lectores conſulere poſſunt.

Bollan. 9. Febr. tom. 2. ejuſd. menſ. pag. 300.

Murat. Annal. Ital. ad ann. 500.

Anaſtaſius in Symmacho Labbei to. 5. col. 455.

46. Hoc eodem anno Romam *Theodoricus* veniens, Schiſmaticos coercuit, & Senatum Populumque humanitate & liberalitate ſibi devinxit, ut teſtis eſt eloquentiſſimus *Caſſiodorus* his verbis: *Rex Theodoricus Romam cunctorum voto expetitus advenit, & Senatum ſuum mira affabilitate tractans, Romanæ Plebi donavit annonas; atque murandis mænibus deputata per annos ſingulos pecuniæ quantitate, ſubvenit. Sub cujus felici Imperio plurimæ renovantur Urbes, munitiſſima caſtella conduntur, conſurgunt admiranda palatia, magniſque ejus operibus antiqua miracula ſuperantur.* Hac occaſione nova indicta fuit *Synodus anno* D. 501. celebrata. In eaque unanimi Patrum conſenſu & ſuffragio calumniæ, quas S. Pontifici Symmacho Schiſmatici affinxerant, exſufflatæ & penitus dilutæ fuerunt; uti habetur in actis apud *Labbei*. Hac in Synodo interfuit etiam mira alacritate noſter *Memor*, ejuſque acta ita ſubſcripſit = *MEMOR CANUSINUS* =

Caſſiodorus Cronic.

Labbei to. 5. col. 452.

D 2 47. Schi-

47. Schiſmatici nihilominus nondum viribus deficientes, nova in dies in Pontificem ejuſque fautores ſcelera patrabant. Qua de re nova indicta & peracta Synodus *an.* 502. *PALMARIS* appellata, quæ juxta *Labbei* collectionem *Quarta* fuit inter eas, quæ tempore *Symmachi* celebratæ fuere. In hujuſce actis ſubſcriptus reperitur *Memor* poſt *Aprilem Epiſcopum Nucerinum*, prout ſequitur

Labbei to. 5. *col.* 472.

Aprilis Nucerinus
Memor Canuſinus.

Idem Epiſcopus *Aprilis* ſubſcriptus etiam reperitur in præcedenti *Synodo III.*, ſed hoc modo

Aprilius Lateranenſis.

Exiſtimo, eumdem *Aprilem Laurentio* Antipapæ ſubſtitutum fuiſſe poſtquam a *Symmacho Laurentius in ordinem redactus fuit* & in exilium pulſus, ut auctor eſt *Theodorus* Diac. *Symmachus Papa Laurentium iterum intruſum deponi & iterum in exilium mitti curavit: quo facto, quievit ſeditio.*

Theodorus Diac.

Baron. ad an. 502. §. 28.

48. Animadvertit Baronius hac in Synodo conveniſſe *Non vulgares homines, ſed eximiæ ſanctitatis viros, veri amantiſſimos, & conſtantiſſimos defenſores pro Symmacho ſtetiſſe adverſus turbam Schiſmaticorum. Omittimus de reliquis dicere, quos Deus veluti erectas fidei columnas his temporibus regnantium Arianorum Italiæ Eccleſiis voluit bene præeſſe, ut inter alios, qui eiſdem interfuit Synodis, noſtræ Soranæ Eccleſiæ Sebaſtianum*: Inter hos Sanctiſſimos Epiſcopos adfuit quoque *MEMOR Epiſcopus Canuſinus.*

Baron. ad an. 502. §. 31.

49. *His igitur*, ut ait Baronius, *quatuor recenſitis actionibus abſolutam habes Synodum Palmarem nuncupatam, à loco eo nomine dictam & effectu talem eſſe probatam: Ex ea enim venerandiſſimi Antiſtites palmam conſecuti ſunt de Schiſmaticis ſuperatis, & reſtituto in priſtinum Summo Pontifice Symmacho, ac juribus Eccleſiæ vindicatis. Quibus abſolutis, ſinguli in ſuas Eccleſias regreſſi ſunt triumphantes, exceptique a ſuis ob omnium Paſtorem conſervatum illæſum & redditum Catholicæ Eccleſiæ ſumma lætitia.* Atque ita etiam Memor palmam veluti manu geſtans gloriaque onuſtus *Roma* primum *Canuſium* rediit, ubi magno plauſu lætitiaque, uti decebat, exceptus fuit.

50. Verum diuturna tàm *Rufini* quàm *Memoris* abſentia, & tumultibus in omnibus fere Eccleſiis, Schiſmatis cauſa ortis, non parum detrimenti ceperat Eccleſia Canuſina. Quamobrem *Memor* in ſuis Eccleſiæ rebus componendis occupatus, nequaquam *Synodo V.* a *Symmacho ann.* 503. celebratæ adeſſe potuit; Sed negotiis Sponſæ ſuæ rite ſancteque diſpoſitis, *VI.* & poſtremæ *Synodo Romanæ* a *Symmacho* convocatæ intereſſe non prætermiſit, uti colligitur ex actis ejuſdem habitæ *die Kalen. Octobris ann.* 504. In hoc Concilio, inter alia, *Cenſuræ contra Invaſores rerum Eccleſiarum* promulgatæ fuerunt, ibidemque inter Antiſtites, qui acta ſubſcripſeruut, recenſetur etiam *MEMOR CANVSINVS*: Abſolutis igitur celeberrimis *ſex Romanis Synodis à Symmacho Pontifice* habitis, *Symmachus* quidem pacificè Eccleſiam adminiſtrare perrexit: *Memor* vero *Canuſinam* ſuam Eccleſiam repetiit, quam ſanctiſſimè rexit *ad an. uſque* 514., in quo *coronam Juſtitiæ* a Juſto remuneratore *Deo* legitimè laborantibus, & fortiter pro Eccleſia ſua certantibus *in Cœlis* repoſitam promeruit.

Beatill. Vita S. Sabini cap. 4. *pag.* 30.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT III.

S. Sabinus Epiſcopus Canuſinus & Civitatis Patronus Principalis.

1. ETSI allata huc uſque tum prophana, tum ſacra monumenta Civitatem Canuſinam mirifice commendent & exornent, fateri nihilominus debemus, præcipuam ac præſtantiorem ejuſdem gloriam & felicitatem exinde manaſſe, quod ſingulari D. O. M. munere S. Sabinum in Epiſcopum ipſi habere contigerit. Adeo enim ille ſuis præclaris rebus geſtis, ac ſtupendis prorſus factis per *totos 52. Præſulatus ſui annos* editis eam illuſtravit, tantiſque cumulavit beneficiis, ut merito Canuſini omnia ſe ipſi debere agnoſcant & profiteantur. Quo circa in ſempiternum debitumque grati animi argumentum illum modo in cœlis cum Deo regnantem in perpetuas æternitates, *Primarium* eorum apud Altiſſimum *Patronum* colunt, & venerantur, ejuſque feſtum quotannis maxima celebritate peragunt eadem plane die, qua ejus glorioſam memoriam recolit Eccleſia univerſalis, nempe 9. *Februarii*, quæ de ipſo in ſuo Martyrologio canit: CANUSII IN APULIA SANCTI SABINI EPISCOPI ET CONFESSORIS (ubi notat Cardinalis Baronius.) *Baronius in not. ad Martyrol. 9. Feb.* Agit pluribus de Sabino *Epiſcopo Canuſino* Sanctus Gregorius Papa lib. 2. Dialog. cap. 15. & lib. 3. cap. 5. *Porro integra Acta ejus habemus in antiq. manuſcrip. codic. noſtræ* Bibliothecæ, *ac in fine eorum plura ſubduntur miracula, ab eo facta poſt obitum. Eſt vitæ exordium*: Voluntati tuæ, Summe Pontifex &c. *Habetur ibidem, eum ſediſſe annis quinquaginta duobus, atque hac die ex hac vita migraſſe. Conſentiunt his, quæ de longæva ætate ejus ibidem leguntur, ea, quæ ſcribit* Sanctus Gregorius *cum ait, eundem poſt longum ſenium, oculorum lumine orbatum eſſe*. Fuit *quidem non tantum vitæ ſanctitate ſpectatiſſimus, ac barbaris ipſis hoſtibus reverendus, ſed in obeundis muneribus Eccleſiaſticis vigilantiſſimus: ſiquidem functus eſt* legatione Apoſtolica Conſtantinopoli *adverſus* Anthimum hæreticum Patriarcham Conſtantinopolitanum, *poſt Conſulatum* Beliſarii, Indic. 14. anno 536. *ut apparet ex Actione I.* Quintæ Œcumenicæ Synodi. *Mentio habetur de eodem* Sancto Sabino *in Actis* Sancti Placidi *Martyris, quæ ſcripta* a Gordiano *feruntur*.

2. Non ſolum celeberrima Bibliotheca *Vallicellana* Congregationis Oratorii Romani, (cui nunquam ſatis laudatos ſuos Annales *a Baronio* dignitate & doctrina vere Eminentiſſimo ſub Magni ſui Parentis & Magiſtri D. PHILIPPI NERII ductu digeſtos, & adornatos Eccleſia Catholica refert acceptos,) ſed quamplurimæ etiam aliæ Bibliothecæ *Acta S. Sabini* retinere & aſſervare gloriantur. Horum etiam exemplar reperitur in Tabulario Metropolitanæ Eccleſiæ *Barenſis*, ex quo occaſionem deſumpſit *Antonius Beatillus* ejuſdem Civitatis S. J. *Vitæ, Obitus, Miraculorum, & Translationis S. Sabini Epiſcopi Canuſini, & Barii quoque Patroni hiſtoriam* concinnandi. *Cui in calce attexuit Cathalogum Archiepiſcoporum Barenſium Italo ſermone conſcriptum, editum Neapoli Typis Ægydii Longi an. 1629.* De hac *Beatilli* Hiſtoria eruditiſſimus

Aſſe-

Aſſeman. de reb. Neap. & Siculis Tom. 2. pag. 563.

Aſſemanus Senior quamplurimis editis inſignibus voluminibus in tota Literaria Republica longe clariſſimus hæc habet in ſuo libro *de Rebus Neap. & Sic.* Sereniſſimo REGI Noſtro inſcripto *Romaniſque prælis an.* 1751. impreſſo ,, *Antonius Beatillus Societatis Jeſu Barenſem & Canuſinam Eccleſiam*
,, *editis commentariis illuſtravit, variis Capituli Barenſis inſtrumentis aliiſ-*
,, *que veteribus uſus monumentis, Vitam S. Sabini Canuſini Epiſcopi in pu-*
,, *blicam lucem Neapoli anno 1629. typis Ægidii Longi emittens; ſed*
,, *non ea, qua decuit, diligentia. Ughellus in Italia ſacra Beatillum exſcribit*
,, *ſine ullo examine.*

3. Verum nedum *Ughellus* in hoc opere hallucinatus eſt, ſed ipſi etiam illuminatiſſimi *Socii Bollandiani* in hunc ſcopulum impegerunt; quippe qui bene longum & eruditum *Commentarium in* 12. §. diſtinctum, & difficultates, quas in *S. Sabini* actis offenderunt complectens in lucem emiſerunt, uti videre eſt in eorum laborioſiſſimo & commendatiſſimo Opere *Tom.* 2. m: *Februarii* edit. *Venet.* 1735. *pag.* 310. *cum ſeq.* ubi laudatorum Actorum exemplar e *Codice Capuanæ Eccleſiæ Metropolitanæ* exſcriptum ſe habuiſſe teſtantur. Eapropter præcipuas ſuſcepti a me muneris partes eſſe duxi, primum quidem *Acta Sancti Sabini* ab *Anonymo Canuſino* conſcripta, & a pervetuſto Eccleſiæ Canuſinæ *Codice* Longobardicis notis exarato, *Bononiæque* poſtea apud *Nicolaum Tebaldinum an.* 1623. impreſſo eruta literatorum oculis ſubjicere: deinde vero operam dare, & eniti, ut tenebræ quædam, quæ eorum ſinceritatem, veracitatem, & fidem obumbrare videntur, penitus diſſipentur: eo nimirum conſilio, ut pietas & reverentia in *S. Sabinum* magis magiſque in dies augeatur & amplificetur, atque inſimul illorum barbarorum temporum hiſtoria, quæ a doctis viris jure confuſa, & implexa cenſetur, amplius illuſtretur, & enodetur.

ACTA S. SABINI EPISCOPI CANUSINI

Scripta ab Anonymo.

4. ,, Voluntati tuæ parere, Summe Pontifex, cupio; ſed mens multis
,, refugit gravata peccatis, tanti viri virtutum miracula pandere; tamen ſo-
,, let per teſteam lucernam clarum lumen effici, & in vaſe plumbeo optimum
,, reperiri unguentum. Sed quia præceptis obedio pontificalibus, credo me
,, illius precibus adjuvari. Ego verò ſanctiſſimi viri Sabini miracula in Dialo-
,, gis B. Gregorii dudum jam reperi, quæ & ſanctitati tuæ puto eſſe notiſſi-
,, ma; ſed gratiora ex ſancto ore, quaſi philoſophica carmina, aures demul-
,, centur noſtrorum; prius tamen ſcribenda exiſtimo, quæ in libris invenimus
,, exarata, deinde, quæ noſtris temporibus ſumma virtute poſſunt cognoſci.

5. ,, Juſtiniano Auguſto regnante multi Sancti claruere viri, quibus Deus
,, magnas in terris virtutes operatus eſt, inter quos Beatus, ac Venerabilis
,, SABINUS Canuſinæ Urbis Epiſcopus, cujus ſanctitas quanta fuerit mira
,, ejus facta facile teſtantur; hic enim ſanctiſſimus Vir ab infantia ſua ſoli Deo
,, placere cupiens Mundi omnes voluptates contempſit, animumque ſuum
,, ad Cœleſtia ita direxit, ut hujus vitæ fere oblitus divinarum rerum contem-
,, plationi tantum vacaret. Jejunii abſtinentia, ac cilicio carnem affligebat,
,, in orationibus etiam pernoctabat, cuncta pietatis opera mirifice exercuit,
,, ac denique nullum chriſtianarum virtutum genus de ipſo deſiderandum
,, reliquit.

6. ,, Erat enim pietati intentus, juſtitiæ amator, pauperibus largitor,
,, hoſpitibus gratus, orphanorum levamen, Viduarum certa protectio: quis

„ ad illum triſtis advenit, & non lætus abſceſſerit? quis in illius oculis ira „ agitatus, non eſt illico ſedatus? Quis faſtu ſuperbiæ inflammatus non eſt „ ab eo humiliatus? Ex ejus ore, quaſi ſerotina, & matutina pluvia corda „ audientium eloquia irrigabant; nemo diræ mentis ad illum unquam acceſ- „ ſit, qui deinde ejuſdem doctrina non delectaretur, tanta enim erat ipſius „ ſermonis eloquentia, ut multorum corda Italorum ex gentilium tenebris „ ad verum fidei lumen perduxerit. Et ut ſupra candelabrum lucerna poſita „ omnes illuminaret, ad pontificalem gloriam eſt evectus, at quanto ma- „ gis ſe in ſummo culmine poſitum aſpiciebat, tanto ſeipſum humanitatis „ gubernaculis continebat.

7. „ Quis enim ſcribere poterit quanta in eo erat largitas Conditoris, qui „ ita erat immobilis, ut nullis adverſis moveretur, nulla lætitia ſublimare- „ tur, nullo unquam munere in partem verteretur. Nos ſi omnes vitæ il- „ lius virtutes narrare vellemus, perdifficilem quidem Provinciam, & no- „ ſtris viribus ſatis imparem aggrederemur, atque utinam Auguſtinus, aut „ Doctorum aliquis noſtrorum hiſce temporibus fuiſſet, qui tanti viri faci- „ nora edicere potuiſſet; quamobrem ſi ejuſdem vitæ hiſtoriam texere non „ valemus, ex ipſius tamen miraculis, quæ Divina favente gratia, inferius „ exarabimus, quanta fuerit conſpici poterit, quibus Dei Eccleſia non pa- „ rum illuſtrata eſt.

8. „ Hujus Viri ſanctitate commoti omnes proceres, ac præcipui Prin- „ cipes Italiæ ſuam faciem ſæpe videre, & cum ipſo de cœleſtibus rebus per- „ tractare cupiebant; Unde & cum Germano Capuanæ Eccleſiæ Pontifice „ familiariſſime agebat, ac etiam cum Benedicto Chriſti famulo, ad quem „ idem Canuſinæ Eccleſiæ Antiſtes venire conſueverat, cum pro vitæ ſuæ „ merito ab ipſo valde diligeretur, cum quo dum de ingreſſu Regis Totilæ, „ & Romanæ Urbis perditione colloquium haberet, dixit, per hunc Regem „ Civitas illa deſtruetur, ut jam amplius non inhabitetur, cui vir Domini „ Benedictus reſpondit. Roma à gentibus non exterminabitur, ſed tempe- „ ſtatibus coruſcis, turbinibus, ac terræmotu fatigata in ſemetipſa marce- „ ſcet, ut deindè facto comprobatum eſt, ſicut Gregorius Romanæ Urbis „ Epiſcopus in ſuis Dialogis narrat.

9. „ Et adeo Dei famulus Sabinus ab omnibus venerabatur, ut etiam „ Gelaſius Romæ Urbis Pontifex præ cæteris Epiſcopis ſocium eum haberet, „ ac comparem, nam cum Barolitanam Eccleſiam dedicare in honorem „ beatiſſimi Andreæ Apoſtoli decreviſſet, eundem Gelaſium Papam ad ſe „ adventare rogavit, quod, & factum eſt. Cumque ſupradictam Eccleſiam „ dedicare popoſcit, ſatis de adventu primæ Sedis Epiſcopi gaudet, qua- „ propter alacri animo cum cæteris Epiſcopis, quos ad dedicationem ejuſ- „ dem Eccleſiæ vocaverat, omnipotenti Deo gratias egit, eo quod tantus „ Pontifex ad ſe venire dignatus eſſet, nomina vero Epiſcoporum, qui „ vocati ſunt, hic recenſere exiſtimo. Laurentius ſcilicet Sipontinæ Eccle- „ ſiæ, Palladius Salpitanæ, Eutitius Tranenſis, Johannes Rubeſanæ, Au- „ ſterius Venuſinæ.

10. „ Erat idem venerabilis Vir reſtaurator Eccleſiarum, cui operi omni „ pietate vacabat, & ad regendas animas, quas Deus omnipotens ſuæ curæ „ commiſerat, valde ſtudioſus, & quia talenta Dominica acceperat, an- „ xius, & ſollicitus quærebat illa Domino ſuo cum lucro reddere Gregem „ ſuum verbo Domini uberrime paſcebat, & quod ei predicabat ipſe ſuo

„ ope-

Digitized by Google

„ opere abundantius complebat. Suadebat omnibus Mundi hujus proſpera „ eſſe vaniſſima, & quaſi flumina labentia velocius decurrere, nunquam a „ doctrina linguam, & a reſtauratione venerabilium locorum manus ceſſa„ bat; pulchro ſiquidem opere in honorem beatorum Coſmi, & Damiani „ Martyrum Baſilicam extruxit, ac etiam Beati Joannis Baptiſtæ præcurſoris „ Domini Noſtri Jeſu Chriſti Templum, juxta Eccleſiam Beatiſſimæ Virgi„ nis Dei Genitricis, & prope illud, aliud Domino Salvatori dicatum ma„ gnifice, & eleganter condidit.

11. („ Fuit quidem non ſolum vitæ ſanctitate ſpectatiſſimus, ſed in „ obeundis muneribus Eccleſiaſticis vigilantiſſimus; functus enim eſt Lega„ tione Apoſtolica Conſtantinopoli adverſus Anthimum hæreticum Patriar„ cham Conſtantinopolitanum, poſt conſulatum Beliſarii anno Domini quin„ genteſimo trigeſimo ſexto, ut apparet ex actione prima Quintæ Œcu„ menicæ Synodi.) Deinde cum vir ſanctus longa ſenectute fatigaretur lu„ men oculorum amiſerat, cui tamen Sancti Spiritus gratia mentis oculos „ illuſtraverat; & qui multis fuerat ſpiritualibus donis ornatus, cæpit etiam „ cæcus ſpiritu prophetiæ videre, nec diu id latuit; tota namque Italia eum „ habere donum prophetiæ audivit: quod & ab omni Populo creditum eſt „ fideli, gaudente, quod talem ſibi ſuis diebus Dominus conſtituiſſet Pon„ tificem; cumque Totila Gothorum Rex, quem ſupra meminimus, in „ iiſdem partibus tunc moraretur, hoc idem percepiſſet, de hac re dubius, „ erat enim diræ, & perfidæ mentis, comprobare ſtuduit, quod audierat.

12. „ Cum ergo ad ſervum Dei Sabinum deveniſſet, ab eo ad prandium „ rogatus fuit; cumque jam ventum eſſet ad menſam, Rex diſcumbere no„ luit, ſed ad Sabini venerabilis viri dexteram ſedit; cum vero eidem Patri „ puer ex more poculum vini præberet, Rex ſilenter manum tetendit, cali„ cem abſtulit, eumque per ſe Epiſcopo vice pueri præbuit, ut videret, an „ ſpiritu providente diſcerneret, quis ei poculum præberet. Tunc vir Dei ac„ cipiens calicem, ſed tamen miniſtrum non videns dixit. Vivat ipſa ma„ nus. De quo verbo Rex lætatus erubuit, quia quamvis ipſe deprehenſus „ ſit, in viro tamen Dei, quod quærebat invenit. Unde Rex, & qui cum „ ipſo aderant cæpere tantum Epiſcopum, & Prophetam ſumma veneratio„ ne habere, adeo ut qui totam Apuliam, & Calabriam, jam direptioni„ bus devaſtabat, a Sancti Dei famuli Diœceſi cunctos ſuos compeſceret, ita „ ut nullus minima illius, & abjecta continge e auderet.

13. „ Hujus autem venerabilis viri cum ad exemplum vitæ ſequentium „ in longum ſenium vita traheretur, ejus Archidiaconus ambitione adipiſ„ cendi Epiſcopatum accenſus, eum extinguere veneno molitus eſt. Qui „ cum vini fuſoris animum corrupiſſet, ut mixtum vino veneni ei poculum „ præberet, refectionis hora, cum jam vir Dei ad edendum diſcumberet „ ei, præmiis corruptus puer, hoc quod ab Archidiacono ejus acceperat, „ veneni poculum obtulit, cui ſtatim venerabilis Epiſcopus dixit. Bibe tu „ hoc, quod mihi bibendum præbes; Tremefactus puer deprehenſum ſe eſ„ ſe ſentiens maluit moriturus bibere, quam pœnas pro illa tanti homicidii „ culpa tolerare, cumque ſibi ad os calicem duceret, vir Domini compe„ ſcuit, dicens; Non bibas, da mihi ego bibo, ſed vade dic ei, qui tibi il„ lud dedit: Ego quidem venenum bibo, ſed tu Epiſcopus non eris. Facto „ igitur ſigno Crucis venenum Epiſcopus bibit ſecurus, eademque hora in „ loco alio, in quo erat Archidiaconus ejus defunctus eſt, ac ſi per os Epiſ-

„ copi

Digitized by Google

,, copi ad Archidiaconi viſcera illa venena tranſiiſſent, cui tamen ad inferen-
,, dam mortem venenum quidem corporale defuit, ſed hunc in conſpectu
,, æterni Judicis venenum ſuæ malitiæ occidit.

14. ,, Sic itaque miſer Vindemius, hoc enim appellabatur nomine Ar-
,, chidiaconus, qui in tertio vico tribus milliaribus à Dei famuli diſtabat ha-
,, bitaculo, defunctus eſt, & qui ſancto Viro necem paraverat, ſua malitia
,, peremptus eſt, & dum quærit Epiſcopum veneno necare, ſuæ nequitiæ
,, viro concidit. O infelix, & omnibus deterior Vindemi tibi ſcilicet cre-
,, dita ſunt Domini præcepta, tibi Evangelium datum, ut omnibus evan-
,, gelizares, nunquid non publica voce canere ſolebas, qui parat proximo
,, ſuo foveam, incidit in eam, hoc tibi evenit iterum infelix, quod aliis
,, cavere prædicabas. Statim id quod acciderat, ad Domini famulum perla-
,, tum eſt, qui de illius nece ſatis dolens, eundem ingenti pietate juxta ſe-
,, pulchrum ſuum ſepeliendum præcepit.

15. ,, Nec diuturne Domini Sabinus in hac luce moratus eſt, cuncto nam-
,, que Clero aſtante, ſibi extremum ſui corporis diem prædixit imminere,
,, neque hoc diù dilatum eſt, nam languore correptus, ſuæ mortis appropin-
,, quavit hora, & in ipſo ſui obitus jam articulo poſitus, univerſo Clero,
,, ac numeroſiſſimo populo, quia ad ſanctum Virum ob illius animæ exitum
,, confluxerat, clara prout poterat voce ſic ait. Diſſolutionem mei corporis
,, dilectiſſimi filii jam videtis imminere, quamobrem neceſſarium duxi, ul-
,, timarum mearum prædicationum vobis reliuquere mandata, præcipue pa-
,, cem ſtrictius cunctos doceo tenere, a qua nunquam aliquis recedat, con-
,, tinuo bonum quod poterit operando, ſecundum utique eſt hoc Domini
,, mandatum, duobus namque præceptis, ut ſæpius veſtræ dilectioni inno-
,, tuit Chriſti Eccleſia ſervatur, primum ſcilicet, ut Deus a vobis totis viri-
,, bus diligatur, deinde, ut proximus puro pectore ametur, ab his omnia
,, ſcitote derivari præcepta.

16. ,, Nemo ab unitate fidei recedat, quia niſi quis in Trinitate oculos
,, mentis fixos teneat, in vacuum laborat. A crimine omni cuſtodia ſemper
,, animum refrænat, quod ſi quis letaliter peccaverit, continuo ad ſalutarem
,, pœnitentiam properet. Hoſpitalitate gaudete, pauperum, viduarumque
,, terminos nullus amovere conetur, a Miſſàrum ſolemniis ſuo tempore nun-
,, quam animos revocate, reminiſcentes verbum Domini, ſcilicet, dum
,, tempus habemus operemur bonum, hora namque futura eſt in qua remo
,, poteſt operari. Mundi hujus oblectamenta, quæ cernitis more ſlueutis aquæ
,, decurrere, ſcitote cuncta caduca, & velut fumi vaporem credite evane-
,, ſcere, labantia fugite, ne cum labentibus cadatis.

17. ,, Cruenta illa beſtia quæ hominum ſuis morſibus crudeliter mentes
,, lacerare feſtinat, & lucida famulorum ſuis ſordibus nimium pectora fuſca-
,, re, quod promittit, fallit, ſibique conſenſientibus mentitur, invidia ar-
,, det, & ubi mendax illa ſtare non potuit, inde alios repellere molitur. Ad
,, poli potius cardinem mentis oculos dirigite, ut ita rectorem, & patriam,
,, quam parentes primi obediendo colubro antiquo perdiderant, viſere me-
,, reatis. Inter hæc, illis ventura hoc modo prophetavit, Ego inquit, jam
,, corporis ergaſtulis reſolvor, Domino gregem, quem mihi ad paſcendum
,, tradidit commendo. A luporum ſcio vos poſt funeris mei tempora graviter
,, dentibus lacerandos, nam gentium Italia direptione non paucis tempo-
,, rum curriculis premetur, ità quod ut rura abſque agricolis ob gentium

Digitized by Google

„ terrorem relicta videantur, diuturnè etiam abſque adminiculo paſtorum „ Eccleſia inculta retinebitur; nullus clangor laudantium, ſivè canentium ſonora mea voce audietur, relicta ab hominibus loca hæc tantummodo beſtiæ tenebunt. Quis ignoret Annibalis Carthaginenſis adventu cunctam „ Auſoniam devaſtatam.

18. „ Hæc, & his ſimilia dicente, plangentium vox orta eſt, nullus „ quidem potuit lachrymis temperare, nimis dolens, quod ex ore Pontificis talia audiſſet, cuncta Sacerdotum, omniaque plebis agmina, triſtibus „ vocibus inquiunt. Quem nobis ò Summe Pontifex Paſtorem dimittis, qui „ te ab humanis diſcedente, tuam gubernet Eccleſiam? poteras ſi Chriſtum rogare voluiſſes, noſtrorum adhuc aliquandiu onera ſuſtinere. Quibus ille: hoc mihi cohæredes, & in fide Jeſu Chriſti Dei noſtri participes „ dicere nolite, debitum mei corpuſculi reſolvens Chriſtum toto deſiderio „ anhelo videre, nunc ad patriam protoplaſti vetitam, reducor, nunc duorum faciem, qui cum Domino transfigurato in monte loquebantur, aſpicio, nunc agmina Apoſtolorum, Martyrumque fulgentia gaudens video, „ turbam Virginum candidatam lætus cerno. Cur ergo me tanta dulcedine, „ ſummoque hoc bono frui privare nitimini? Si me toto affectu amatis, ad „ me quam citius venire feſtinate, per ipſum, qui vitam ſe præbet petentibus. Hæc & hujuſmodi populo prædicans, ac prædicens ſanctiſſimus Præſul omni gloria dignus, poſt quinquaginta, & duos annos, quibus ſuam „ ſanctam gubernavit Eccleſiam, quinto idus Februarii ab hac luce migravit „ ad Dominum.

19. „ Omnis igitur Clerus, univerſaque turba, quæ ad ſanctiſſimum obitum confluxerat, multis coruſcans lampadibus, hymnis cœleſtibus beatiſſimi corporis obſequia proſequebatur, quouſque ſepulturæ traderetur, „ cuncti junctis manibus plangebant, lumina verberabant, undè vox lugentium, corda, aureſque deterrebat, virgines ſparſis crinibus oblitæ faciei pudoris, ululatum dabant, ſed & ſenes tremula voce, prout poterant, lacrymas fundebant, infantium ſtridor, cunctis ululantibus ſonabat, ex „ longinquis etiam locis, non tantum ex vicinis omnes convenerant: ut in „ una confuſa voce pſallentium ſimul, & lugentium voces honorarent, en „ patriam parentum ingreditur, en cœleſtibus hymnis honoratur, en Angelicis manibus ſuſcipitur, en quæ ſibi credita fuerant, ergo quod illi Dominus dixit audiamus. Euge Sabine in pauca fidelis agnoſceris, te conſtituam „ ſupra multa, veſte candidiore nive ſtatim induitur, gemmiſque fulgentibus „ coronatur. Prophetis gaudentibus, Angelorum choris exultantibus illic „ inter ſanctos Vir Dei collocatur. De virtute, ac miraculis vitæ prædicti „ Dei famuli, quantum memoriæ occurrit, diximus.

20. „ Nunc autem cujus ſit meriti, & quantis virtutibus illius oſſa floreant, Deo opitulante loquamur, quæ autem dicturus ſum a viro venerabili, & fideli ejuſdem Eccleſiæ Petro Epiſcopo agnovi, qui mihi de ſuo „ prædeceſſore Sabino, quæ a ſenioribus Sacerdotibus multis diligentiſſimis „ inquiſitionibus audierat ſæpius narrare conſuevit, & illa ut fideliter ſcriberem præcepit. Quidam itaque Hiſpanus Gregorius nomine gravi ſui corporis præmebatur languore, hic cum per loca ſanctorum diſcurreret quatenus „ ſui corporis remedium invenire potuiſſet, quadam nocte, dum ſe Domino tota virtute committeret, ejuſdemque miſericordiam multis precibus „ exoraret, ut illi peccata dimitteret, & à periculis corporis velocius liberaret

„ poſt

Digitized by Google

„ poſt orationem factam, & ſtatim ſopore arreptus eſt, ſibique quendam dicentem audivit. Surge Gregorj, ad Italiam propera, ibi per Sabinum Epiſcopum non ſolum tui corporis, ſed & animæ invenies ſanitatem, mox è ſomno evigilans, quod ei fuerat imperatum fecit.

21. „ Veloci igitur curſu, ut poterat, ad Italiam venit, in qua ingreſſus, cœpit ab incolis illius regionis anxius quærere, in quo loco beati Sabini Epiſcopi corpus jaceret, ad quem reſponſum eſt apud Spoletinam Urbem quievit, in ea martyrio tempore, quo Chriſti Eccleſia à gentibus perſequebatur, coronatus eſt. Hæc audiens iter continuo arripiens omni cum gaudio cœpit ambulare, putat eum Sabinum, quem in ſuo ſolo poſitum audierat, itinere ſuſcepto, ut præfati ſumus, Spoletum venit Eccleſiam beatiſſimi Dei martyris citius reperivit, in quam ingreſſus oravit petens, ut Dominus quod promiſerat per ſuum famulum cito largiri dignaretur; Poſt paucos verò dies beatus Martyr ſe ſalutem petenti per viſionem ait: quid me quotidianis lacrymis poſtulas, non ad me miſſus es, ſed ad fratrem, & Coepiſcopum meum Domini Jeſu ſervum Sabinum, quem Dominus Canuſinæ Urbi Apuliæ Antiſtitem dedit? His auditis Apuliam petiit apud Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, ejuſdem Sabini Epiſcopatus, ubi Domino proſtratus ſe multis preci bus commendabat, hæc dicens.

22. „ Domine Jeſu Chriſte paſtor bone, qui Mundi hujus facturam tuo ſanguine reſtauraſti, & quæ diabolica fraude decepta fuerant, ad tuam ſanctam, & veram cognitionem perduxiſti, ut omnia crimina in confeſſione laventur. Peto clementiam tuam, ut mihi peccata dimittas, & ab infirmitate meum corpuſculum tua pietate abſolvas. Aſpice me peregrinantem per longa itinera fatigatum, tuæ ſanctæ promiſſioni credentem, ſpero habere quod mihi promiſſum eſt per te, qui vivis, & regnas cum Patre, & Spiritu Sancto in una ſubſtantia, unaque poteſtate, ac perfecta Trinitate in ſæcula ſæculorum Amen. Finita vero oratione à Clericis ſuſceptus eſt, & cur per tanta terrarum ſpatia ad hæc loca venire voluiſſet, quæſierunt. At ille ſuæ profectionis cauſam narravit. Ad hæc qui audiere dixerunt ſepulchrum illius, quod quæris, uſque hodie hominibus incognitum manet, potens eſt tamen Deus, & hoc in præſens deducere, & ſua promiſſa complere. Quibus præfatus Hiſpanus me precibus adjuvate obſecro, ego quidem miſericordiam expecto.

23. „ Poſt hæc non diù fatigatum eſt, illo namque quieſcente, poſt vigiliam orationis beatiſſimus vir Dei Sabinus apparuit ei, dicens: Gregorj corpus tuum priſtinæ reſtitutum eſt ſanitati, atque etiam animæ ſaluti: & ſubjunxit. Sepulchrum quidem meum, quod per tot tempora latuit illo in loco omnibus innoteſce, & ſuper id, ut Eccleſiam conſtituat Theodoræ dicito; in ipſo enim inveniet, unde quod jubeo valeat abundanter implere. Eo quoque tempore Longobardorum Regni Grimoald gubernacula ſuſtinebat, qui filium ſuum Romualt, dum Beneventi Principem inſtituit, eique Lupi, qui ex nobili proſapia extiterat filiam nomine Theodoram, quam ſupra meminimus, in matrimonium dedit. Romualt defuncto eam ad regendum Samnitum Populum cum parvo filio reliquit.

24. „ Igitur hæc mulier à præfato Hiſpano mandatum audiens, & implere feſtinans ad ſepulchrum Dei famuli læta perduxit, illud aperiri Sacerdotibus omnibus, qui aderant pſallentibus, & hymnos Deo reſe entibus juſſit. Aperuere ſepulchrum, & in eo theſaurum, mirabile viſu, odore am-

 „ bro-

„ broſio cœleſtem reconditum invenerunt; ſed, & quadam parte ſepulchri „ non modicum auri pondus repertum eſt. Quod factum propter gentilium „ inſanam credimus incurſionem, quæ ante hæc, ut Vir prædixit, totam uſ- „ que ad internitionem Italiam vaſtavit, fortaſſe ſimul, & ut ad conſtru- „ ctionem Eccleſiæ ſervaretur. Theodora vero oblita mandati aurum abſtu- „ lit, ſepulchrum reliquit, remeare ſuam ſedem volens, Beneventum feſtina- „ bat, ſed dum ad pontem, qui à Trajano Auguſto paratus ſuper fluenta eſt „ Aufidi veniſſet, omnipotentis Dei judicio, equus in quo ſedebat pede lap- „ ſus eſt; quæ mox in terram corruit, & à terra brachiis famulorum levata, „ quis eſſet, & quantis meritis Sabinus, poſt caſum, agnovit, cujus præ- „ ceptum neſcio, quo ordine eſt oblita. Se itaque ad Dei viri ſepulchrum re- „ ducere fecit, & cum omni feſtinatione quemadmodum ei mandatum fue- „ rat, Eccleſiam conſtruens, altare ſuper virum Dei pulchro marmore in- „ ſtituit, ad cujus opus calicem, & patenam ex auro, quod abſtulerat fieri „ præcepit, nec non, & Altaris tegmina gemmis decoravit.

25. „ Neque hoc ſilentio dandum exiſtimo, quod ab ejuſdem Eccleſiæ „ Primicerio me audiviſſe recordor. Venerabilis agebat Burſæ tempore, qui „ in hac Eccleſia, Deo largiente, extitit Pontifex, cujus Archidiaconus Au- „ doalt fuiſſe commemoratur, qui tertio in loco à præfato venerabili Petro „ Epiſcopo Pontificali gloria functus eſt, cum quidam Aquitaneus ad Dei vi- „ ri Sabini famam cucurrit, qui ita erat omnis ſui compagine corporis ſolu- „ tus, ut nunquam ad os manum ducere, vel ad ambulandum pedes move- „ re valeret, quoniam durius pedes natibus adjuncti tenebantur, nunquam „ illius aures ſonum audire poterant, nec ad mortalium lumen lumina pate- „ bant, utque verius dicam, quaſi in quodam vaſculo quodammodo anima „ manebat, ut per hunc omnipotens Deus virtutes pateſceret, & ad ſalu- „ tem ſuæ animæ eundem undique ligavit exiſtimo; quis etenim dubitet Di- „ vino judicio cuncta diſpoſita permanere? illi enim cura eſt de omnibus; „ unde, & huic debili in ſuo ſolo mandatum eſt, ut quam citius ad ſepul- „ chrum Chriſti famuli veniret, quatenus ſui corporis remedium habere po- „ tuiſſet.

26. „ Nam dum quadam die apud eandem Eccleſiam ſecreto Dominum, „ ut poterat pro membrorum ſuorum ſalute rogaret, contigit, ut Epiſcopus „ ex more in beati Petri Apoſtoli baſilica Miſſarum ſolemnia cum populo ce- „ lebraret, & idem, de quo diximus ad ſepulchrum Sabini ſolus jaceret, „ cum mira, & laudanda noſtris diebus res claruit, dum à Diacono Miſſæ „ finis caneretur, in Camera ubi æger tantum jacebat ſtridor auditus eſt; ad „ hæc aures virorum cunctorum, qui aderant concuſſæ ſunt, & quod hoc „ factum fuiſſet ad videndum cucurrere celeriter; ſed mox ut Cameram in- „ greſſi ſunt, juxta altare Dei, hunc, qui infirmus fuerat ſanum reperc- „ runt, atque cruorem ex junctione membrorum emanantem, interrogan- „ tes eum qualiter id eveniſſet, reſpondens ait: Quidam me excipiens for- „ titer tetendit ita, ut omnia membra, ut mihi videbatur, ſua virtute ſe- „ pararet, qui ſe Sabinum nominari fatebatur, de hoc puto patrio in ſolo „ poſitus mandatum accipiſſe, cujus adventus præcipue oculorum meorum „ cœcitatem funditus fugavit; continuo cunctis mirantibus ingenito Patri „ Genitoque unico, ſimulque Sancto Spiritui per omnem gloriam, laudem- „ que prædicantibus ad populum exivit.

27. „ Quo viſo omnis plebs una cum Epiſcopo, cunctoque Clero infinita

„ læti-

„ lætitia Chriſto gratias reddidere, eo quod per Sabinum ſuum famulum „ quotidianis miraculis ſuam Eccleſiam bearet, poſt ſui vero reſtaurationem „ corporis præfatus Aquitaneus cum animalia cerneret, ſibi circumſtanti- „ bus agebat; Quæ hæc ſint obſecro mihi celerius dicito; nihil prorſus in hac „ vita viderat, niſi poſt divinitus acceptum oculorum lumen; idem cum „ quidam aſellus a quopiam duceretur, ait: huc, quæſo ſocii venite, & quis „ per hanc viam ambulet ſolicite penſate, quo audito, qui aderant ſeſe ma- „ gno riſui pro tali dicto dedere, quibus ille quare obſecro ridetis, & mihi „ potius quid hoc ſit innoteſcere nolitis? at illi relicto riſu ajunt, quid quæris „ ò frater, aſellus nominatur: ad hæc ille, & ad quale opus quæſo hic neceſ- „ ſarium habetur,& illi: ad ferendum onera inter cætera eum animalia omni- „ potens creavit; poſt hæc duobus annis in eadem Eccleſia ſerviens ad locum „ proprium cum omni exultatione Tonantem laudando incolumis remeavit.

28. „ Optimum nunc puto ea, quæ his diebus per beatiſſimum Sabinum „ geſta ſunt etiam poſteris mandare. Præfatus itaque venerabilis Vir, de cu- „ jus ore cuncta, ut narrarem audivi, cœleſti amore agitatus ad Sedem Pon- „ tificalem Canuſinæ Urbis Chriſti famuli Corpus introducere ſtuduit, ubi aſ- „ ſiduis laudibus, frequentiaque Populi, Clericorum pſalmo Dominus ho- „ noraretur, qui à ſede ad quam omnes convenire conſueverant puto mille „ paſſibus diſtabat; bene, & optime cogitans, ut ad laudem ſui Domini, & „ ſalutem plebis palam tantus Pontifex jaceret; hic videlicet in ſolemniis „ ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli cum omni Populo utriuſque ſexus „ ad illud magnum, & laudandum ſpectaculum convenerat, omnes cupien- „ tes Chriſti perennem theſaurum reperire. His vero foris ſtantibus Epiſco- „ pus cum Clero, quaſi Chriſtum ſuſcepturus pſallens ad ſepulchrum ingreſ- „ ſus eſt; remotis igitur marmoribus ad ſanctum, & venerabile corpus per- „ venerunt; ſed tanta fragrantia odoris illico erupit, ut omnium nares, ac „ ſi virentibus diverſis floribus ſatiaret, non tamen eadem hora ſublatum „ eſt, ſed in craſtinum ferendum ſervavit ab omnibus retruſum annulo Epiſ- „ copi ſignatum reliquit.

29. „ Sed dum ad illud ferendum die altera Epiſcopus cum frequentia „ veniſſet populorum, remoto ſigno, cum ad venerabile corpus ingrederetur „ mirabiliter Deus novum ſuis, & ſtupendum Sacerdotibus monſtravit mi- „ raculum: ex marmoribus namque quemadmodum balſamum ſtillare ſo- „ let, inennarrabili odore liquor emanabat; cuncti qui aderant Angelica ibi „ eſſe obſequia credentes, exultatione, pavoreque intenti impenſius ora- „ bant. Quid plura? tulerunt Corpus cum hymnis, & cœleſtibus canticis, „ & omni populo exultante, diviniſque lampadibus refulgens ad locum, „ quem illi ipſe paraverat, venere; aliquandiu tamen in Eccleſia poſitum, „ altare nondum mancipato, quievit; inter hæc dum venerabilis Epiſcopus „ ante tempus orationis in ipſa intempeſta nocte, ut Domino ſolus pſalleret „ Eccleſiam intraret, ſuper Corpus Dei famuli tantum lumen effuſum repe- „ rit, ut omnia illius Eccleſiæ loca, ac ſi meridiano tempore lucerent. Sed „ poſt paululum, lumen quod viderat ſubito extinctum, ac ſi in ea tantam „ claritatem nunquam vidiſſet.

30. „ Igitur poſt hæc prædicto Petro Chriſti famulo ſecundum conſuetu- „ dinem Parochiæ ſuæ Diœceſim ſuam viſitare cupienti languor ſupervenit, „ cumque is graviſſimo æſtu febris vexaretur, vir Dei Sabinus in ipſis ſuis „ anhelantem anguſtiis paulo ſopore congravatum viſitare dignatus eſt, &

„ ait

Digitized by Google

,, ait: quid agis Epiſcope? ad quem ille, ut cernis Domine nimis anguſtiis fa-
,, tigor, cui Sabinus ſanitati te inquit ſcito reſtitutum, hoc tamen corrige,
,, ut ſervi alieni à tuis hominibus, qui male retinentur, ſuis Dominis citius
,, reddantur, hæc quaſi de ſepulchro ſuo vir Dei ea forma, ut pictus erat jam
,, ſenex affatus eſt, & ut ſibi dictum fuerat ſedulo quæſivit, quæſitumque in-
,, venit, & prout mandatum acceperat, diligentiſſime implevit, ſtatim vero
,, ad ſedem propriam reverſus eſt, & virum Domini Sabinum cum magna
,, lætitia in Camera ſubtus altare beatiſſimorum martyrum Johannis, & Pau-
,, li die Kalendarum Auguſtarum collocavit, intus in arca ex auro argento-
,, que linita, ſuper qua diverſa ornamenta etiam induxit. Si omnes vero vir-
,, tutes, quæ ad tumulum ſancti viri fiunt narrare velimus, & manus ſcri-
,, bentis, & aures ſatis fatigarentur auditoris.

31. ,, Quantos noſtris diebus febribus vexatos, diverſiſque infirmitati-
,, bus laborantes à viro Dei ſanatos audivimus, quantis miraculis ex illius oſ-
,, ſibus Apulia fulgeat, quis narrare poterit? è quibus per pauca ſcripſimus
,, ad laudem Domini Jeſu Chriſti, & conſolationem noſtrorum, ipſo tri-
,, buente ſalutem, & perennem lætitiam univerſis Eccleſiis, cum quibus ſe
,, uſque in finem promiſit manſurum, mihi autem, qui beatiſſimi Sabini ſcri-
,, bendas dictavit virtutes Dominus Jeſus divinum illius meritis in ſæcula ſæ-
,, culorum tribuat lumen, & cum ipſo in æterna gloria faciat permanere;
,, hæc Principante Viro Glorioſiſſimo Ermenrich pro Legrimoalt ſcripta
,, ſunt, cujus temporibus multa Samnito populo proſpere cucurrerunt.

§. I.

Geſta S.Sabini nondum Epiſcopi tempore S.Gelaſii Papæ.

32. Anonymus Canuſinus, qui *nono Sæculo* ſcripſit, ea tantum de S. Sabini virtutibus, cultu & veneratione, prodigiiſque tam in vita, quam poſt obitum ab eo patratis referre profitetur, quæ adhibitis a ſe diligentiis, & perquiſitionibus reſcire poterat, & ea, quæ ex *Dialogis S.Gregorii* didicerat, *famaque* acceperat. Quocirca cum minime *Vitam integram S.Sabini* conſcribere & exhibere in animum induxiſſet ſuum, mirari profecto neutiquam debemus, ſi rerum, quas narrat, Cronologiam neglexerit; qua de re poſtquam *Beati* titulo eum nominavit, ſtatim ad *ejus pueritiam & adoleſcentiam*, [quas ætates per omnes excellentiorum virtutum gradus exegit], deſcribendas tranſit. Præcipua vero inter virtutes, quæ in Sabino enitebant, hæc ab *Anonymo* notatur. *Tanta enim erat ipſius ſermonis eloquentia, ut multorum corda Italorum, ex Gentilium tenebris ad verum fidei lumen perduxerit. Et ut ſupra candelabrum lucerna poſita omnes illuminaret, ad pontificalem gloriam eſt evectus.* Verum Sancti Juvenis efficacia in quibuſdam *Gentilitatis* reliquiis adhue ſuperſtitibus extirpandis non in verbis ſolum eluxit, ſed multo magis in operibus effulſit, ita ut bene eidem conveniat illud encomium: *Potens in opere & ſermone.*

Anonym. n.6 pag.31.

Luc.c.24. n.19.

33. Sane in dubium minime revocari poteſt, barbaris illis ſeculis quædam cæcæ Gentilitatis veſtigia adhuc extitiſſe, præſertim *Caſſini*, & *Beneventi*, quemadmodum ex Vitis *SS.Benedicti* & *Barbati* colligitur, Immo Romæ eadem viguiſſe nulla prorſus piorum Imperatorum Legum ipſos ſevere prohi-

ben-

Digitized by Google

bentium habita ratione,& potiſſimum *ludosLupercales* proterve celebratos fuiſſe tempore *S. Gelaſii* conſtat ex epiſtola ejuſdem Pontificis a *Baronio* relata hoc titulo : *Gelaſius Papa adversùs Andromachum Senatorem cæteroſque Romanos , qui Lupercalia ſecundum morem priſtinum colenda conſtituebant : Et* §. 43. *ita* S. Pontifex : *Poſtremò [quod ad me pertinet] nullus baptizatus , nullus Chriſtianus , hoc celebret : ſed ſoli hoc Pagani , quorum ritus eſt , exequantur . Me pronunciare convenit , Chriſtianis iſta pernicioſa , & funeſta indubitanter exiſtere . Quid me incuſas , ſi quod profeſſo nomine inimicum eſt , a conſortibus profeſſionis Chriſtianæ pronuncio ſubmovendum? Ego certè abſolvam conſcientiam meam: ipſi videant , qui juſtis admonitionibus obedire neglexerint . Quod etiam Prædeceſſores meos forſitan feciſſe non ambigo , & apud Imperiales aures hæc ſubmovenda tentaſſe . Et quia auditos eſſe non conſtat , dum hæc mala hodieque perdurant ; ideò hæc ipſa Imperia defecerunt: ideo etiam nomen Romanum , non remotis etiam Lupercalibus , uſque ad extrema quæque pervenit . Et ideo ea nunc removenda ſuadeo,quæ cum nihil profuiſſe cognoſco , tanquam contraria veræ Religioni; noxia potius extitiſſe pronuncio .*

S. Gelaſius apud Card. Baron. ad an.496.§.29.

34. Aliqui igitur ex his ſuperſtitioſis Gentilitatis ritibus in Civitatibus a Chriſtianis quoque obſervabantur: verum quidam tam Gentiles,quam Chriſtiani,ut pœnas evaderent in *Pagos* ſecedebant,inde *Pagani* dicti teſte *S. Auguſtino Deorum falſorum , multorumque cultores , quos uſitato nomine Paganos appellamus* . Theodoſius Imp. tam ſeveras contra hos paganos leges promulgavit , ut jam eliminatos putaret : Sic. enim ait : *Paganos qui ſuperſunt , quamquam jam nullos eſſe credamus* . Quod ut obtineret , efficaciori & opportuniori uſus remedio mandavit , ut eorum Templa illico in Eccleſias converterentur. Hiſce itaque ſic ſe habentibus,mirum profecto nemini accidet , ſi in ampla *Canuſina Civitate* , quam *Militarem Romanorum Coloniam* fuiſſe demonſtravimus , quædam ſuperſtitioſæ Gentilitatis conſuetudines adhuc vigerent , & Gentiles ipſi in ſuis *pagis* & ſuburbiis diverſarentur . Ad hanc igitur peſtem averuncandam totus incubuit S. Juvenis Sabinus qua *voce*, qua *opere* : in primis curans , ut Imperiales exequerentur leges , ideſt , ut vero Deo Eccleſiæ conſtruerentur . Quamobrem noſter Anonymus meritò eum vocat : *Erat Reſtaurator Eccleſiarum* .

S. Auguſt. Retract. lib. 2.43.

L. 22. & ſeq. Cod. Theod. de Paganis 23. 24. ap. Gothofr. tom. 6. p. 1. pag. 272.

35. Verum non ſolum reſtaurator fuit, ſed etiam Ædificator. Prope enim Canuſium famigeratiſſima & antiquiſſima extabat *Pila* , (deinceps reſtaurata ab *Heraclio* Imp. ut fertur) commercii ſecuritatis , & commoditatis cauſa ſuper Adriaticum extructa : In eadem vero Turris erat diverſorio pro viatoribus juncta,ex qua *Laguncula* vulgo (*Bariletta*) in ſignum pendebat . Ex hac denominationem accepit Barulum (Barletta) Civitas ſatis ampla amæna eo loco poſtea ædificata . Hic igitur S. Juvenis Sabinus excitare Templum *Divoque ANDREÆ Apoſtolo* dicare ſtatuit,eo dumtaxat fine , ut viatores Chriſtiani locum haberent , ubi ſacris aſſiſtiterent , & pertranſeuntes etiam ſive Gentiles, ſive Hæretici, qui ex Oriente illuc paſſim appulebant, curioſitate ſaltem allecti Templum ingredientes Catholicas exciperent inſtructiones . Ædificio confecto haud potuit Sabinus efficere , ut Templum ſolemnibus de more cæremoniis conſecraretur,quippe eo adamuſim tempore lege a *Gratiano* relata,cavit Pontifex *Gelaſius* , *Ne ullæ ſine auctoritate Apoſtolica conſecrarentur Eccleſiæ* .

Grimaldi Vita S. Rogerii Ep. Cannen. annot. 18.

36. Sed cum tunc temporis , ut opinor , nomen Sabini , *Probo* referente , jam notum eſſet Pontifici : idcirco Sabini precibus , ut ad conſecrandam Eccleſiam ſe conferret , ſtatim ille annuit . Quod eo libentius præſtitit Pontifex,

Can. Baſilicæ de Conſecrat. diſt. 1. Bull. Rom. Benedict. XIV. Conſtitut. 57. tom. 4. §. 25. pag. 450.

quia

Digitized by Google

quia opportunus & lætiſſimus ad aures ſuas uno fere, eodemque tempore pervenit nuntius, nimirum glorioſiſſimum cæleſtis militiæ Principem S. MICHAELEM ARCHANGELUM in cacumine *Gargani* montis prope Canuſium poſiti apparuiſſe, ſua præſentia cohoneſtaſſe, & dedicaviſſe ejuſdem ſpeluncam, demum ſub ſuam & cæterorum *Angelorum* patrocinium eam eſſe palam ſignificaſſe. Ea propter conſtituit Pontifex in *Apuliam* ſe ſe conferre, ut ad eum pergeret locum. Proinde *via Appia* profectus *Canuſium* venit, ubi nobilis Juvenis Sabinus ſumma, qua par erat demiſſione & obſequio Supremum *Jeſu Chriſti* in terris *Vicarium* excepit, omniaque illi præſtitit; officia, accitis jam antea Sanctiſſimis Epiſcopis ab *Anonymo* deſcriptis aliiſque Viris nobilibus, & Patritiis, qui Pontifici adeſſe & famulari potuiſſent. *Canuſii* igitur agens Pontifex ſolemni ritu conſecravit pervetuſtam *SS.mæ Trinitatis Eccleſiam*: inde ad memoratum *S. Andreæ Templum dedicandum* perrexit: poſtremo ad Sacrum *S. Michaelis Antrum inviſendum* & *venerandum contendit*. Qua occaſione duas quotannis in honorem S. Michaelis Solemnitates, alteram quidem *Apparitionis* dictam 8. *Maii*, alteram vero *Dedicationis* appellatam 29. *Septembris* per univerſam Eccleſiam celebrari præcepit, uti habemus in *Breviario Romano*; atque inſimul Angelicam Indulgentiam in illis verbis: *Ubi Saxa panduntur, ibi peccata hominum dimittuntur* comprehenſam approbavit, uti ſcripſit Sarnellus.

Anonym. n.9. pag. 31.

Sarnelli Chronol. Epiſcop. & Archiep. Sipont. pag. 65.

37. Huic pariter occaſioni referenda eſt celebris illa Apoſtolica Commiſſio, (de qua mentio fit in actis *S. Richardi Epiſcopi Andrienſi*) pluribus Sanctiſſimis Epiſcopis demandata, nempe ut Sacroſanctæ Baſilicæ Garganicæ curam gererent, ejuſque cultui & incremento ſtuderent. Proprio vero experimento cum comperiſſet *Gelaſius*, quantum in Eccleſiis vel ædificandis, vel reparandis laboris, & ſumptus *Sabinus* impendiſſet, ratus nulli melius, quam ipſi hanc provinciam poſſe demandari, Sanctiſſimis illis Epiſcopis accenſuit, qui conjunctis ſtudiis Angelicam Baſilicam adminiſtrare & procurare debebant. Proinde pro certo affirmare poſſumus, Sabinum *Symbolum* & ipſum contuliſſe, ut *tria illa Altaria, ſive Baſilicæ extruerentur*, quæ nimirum (adaucta omnium nationum ad illam confluentium multitudine, nec ſola ſacra Spelunca peregrinorum frequentia capiente) ædificatæ, & ſacræ ſpecui additæ, poſtmodum a *S. Laurentio Epiſcopo Sipontino conſecratæ* fuerunt, uti ex ejus Vita colligitur.

38. Ex hac Apoſtolica commiſſione memoratis Epiſcopis, & Sabino demandata oritur controverſia, utrum *in Eccleſia Canuſina duo Epiſcopi nomine Sabini indigitati præfuerint*, alter quidem *Gelaſio* Pontifice qui ab *an. 492. uſque ad 496.* rexit Petri Cathedram, alter vero imperante *Juſtiniano* floruerit. Rationum momenta, quæ dubitationem gignunt ex *Bollandiſtis* excerpta hic proferam „ *Dubitari* tamen *merito poteſt fuerit ne unicus Canuſinæ Eccleſiæ*
„ *Antiſtes Sabinus, an duo*. Duos fuiſſe cenſet *Silveſter Ajoſſa*, *S. Leucii* in Urbe Capuana Parochus, vir doctiſſimus. Nec facile quadrare in
„ unum omnia poſſunt, quæ de S. Sabino memorantur. Nam, ut infra referemus ex ejus Vita Italicè ab Antonio *Beatillo* ſcripta, in Urbe Barolitana
„ Templum *S. Andreæ Apoſtolo* conſtruxit, atque ab ipſo *S. Gelaſio Papa*
„ impetravit, ut eam dedicaturus in *Apuliam* veniret. Obiit *Gelaſius* 21. *No-*
„ *vembris* anno quinto ſui Pontificatus, Chriſti 496. Atqui poſt eum annum
„ adminiſtravere, quos antea retulimus, Eccleſiam Canuſinam Sancti Epiſ-
„ copi *Ruſinus*, ac *Memor*: & huic, qui anno 514. ſuffectus *Sabinus* fuit,
„ diver-

Bollan. de S. Sabino die 9. Febr. §. 1. n. 3. tom. 2. ejuſd. menſis pag.

Digitized by Google

,, diverſus igitur a *Rufini* deceſſore. Aſſerit *Beatillus* eundem eſſe *Sabinum*,
,, qui *anno* 514. creatus Epiſcopus, geſſit deinde multa ac præclara, & *antea*
,, *ædem illam ſuo ſumptu ædificarat, priuſquam ad illum, aut fortaſſis ullum om-*
,, *nino Eccleſiaſticæ dignitatis gradum pertingeret*.

39. ,, Ejuſdem Gelaſii temporibus adfuit S. Sabinus dedicationi altarium
,, *cryptæ S. Michaelis in Monte Gargano*: itidem *nondum Epiſcopus*. *Beatil-*
,, *lus*. De ea crypta egimus 7. *Februarii* cum de *S. Laurentio* Epiſcopo Si-
,, pontino, agemuſque mox iterum, ex *S. Richardi* Andrienſis Vita. Aſt in
,, hac, poſt memorabile illud tauri e ſpelunca icti prodigium, ſciſcitantibus
,, Sipontinis quid facto opus eſſet, reſpondiſſe *Gelaſius* dicitur, ut, *ſi Sancto*
,, *Dei Archangelo placeret*, *Eccleſiam fundarent in laudem S. Michaelis*, *ubi*
,, *ſuæ voluntatis eſſet*: *idque exequeretur per Sanctos Dei Epiſcopos Lauren-*
,, *tium Sipontinum*, *Sabinum Canuſinum*, *Pelagium Salapitanum*, *Rogerium*
,, *Cannenſem*, *& Richardum Andrienſem*. Cui poſtquam hæc nuntiata fue-
,, runt, ad tale miniſterium exercendum accerſitus, pedibus & Canuſium, &
,, Cannas perrexit, & una cum B. Rogerio Cannenſi, & Sabino Canuſino
,, Epiſcopis, uti pedites erant, ita itineri ſe commiſerunt. Ac poſt multa,
,, B. Richardus cum B. Rogerio & B. Sabino ad ſuas Eccleſias redierunt, hic
,, Canuſium, ille Cannas, Beatus vero Richardus Andriam pervenit. Poſ-
,, ſetne *diſertius exprimi*, *Sabinum tunc Epiſcopum fuiſſe*, *& munia proprii*
,, *Ordinis Epiſcopalis exercuiſſe*? *Diverſus igitur Sabinus* ille ab eo qui de-
,, mum *poſt* 21. *annos Canuſinus Epiſcopus* factus dicitur: atque is *Rufini*, *Pro-*
,, *bi ille ſucceſſor fuit*.

40. Hoc igitur argumento exercendæ ſolum mentis, minime vero indagan-
dæ & ſtabiliendæ veritatis gratia confecto, adducti plurimi docti viri, præſertim
Additor ad *Ugbellum* in Cathal. Epiſc. & Archiep. Canuſinorum *num.* IV. falſo
exiſtimarunt, *duos fuiſſe Sabinos Epiſcopos Canuſinos*, propterea quod in actis
S. Richardi, *EPISCOPUS*, tempore *S. Gelaſii Canaſij* exiſtens nomine *Sabi-*
nus vocitetur: nequaquam interea animadvertentes, quod in eiſdem actis *Ru-*
gerius, *Sabinus*, & *Richardus BEATI titulo* donentur, qui certe neutiquam
ipſis tunc convenire poterat dum ad Sanctuarium Garganicum pergerent mor-
talitatis exuviis induti in terra adhuc peregrinantes. Quapropter omnino di-
cendum eſt, Actorum *S. Richardi* compilatorem, temporis, quo ipſe ſcri-
bebat, habuiſſe rationem: plura namque a pretioſa eorumdem Sanctorum
morte jam effluxerant ſæcula, cum ipſe animum ad ſcribendum applicuit.
Qua de re merito eos *Beati* nomine inſignivit, & jure etiam *Sabinum Epiſ-*
copum, (ut revera extitit,) *Canuſinum* nuncupavit, ut indicaret, eum *unum*
ex *Commiſſariis* a Pontifice pro Baſilicæ Garganicæ cuſtodia conſtitutis fuiſſe.

Ugbellus edit. Venet. 1720. tom. 10. pag. 33.

41. ,, Prædictorum Commiſſariorum acta proſequens *Bollandus* ex Vita
S. Richardi hæc depromſit ,, *Cum Richardus* pluribus annis in tam ſanctis
,, operibus perſeveraſſet, placuit *B. Michaeli Archangelo*, univerſalis Ec-
,, cleſiæ Principi, animarumque receptori, oratorium in Monte Gargano,
,, quod a ſuo nomine appellatur, conſtruere; factaque tauri apparitione illa
,, mirabili, ut in ſua hiſtoria continetur, conceſſaque victoria ejus rei po-
,, pulo Sipontino, per eorum Epiſcopum *Laurentium* miſſum ad *Gelaſium*
,, Pontificem ſciſcitatum, quid fieri deberet in loco a *S. Michaele Archan-*
,, *gelo* electo, reſponſum accepit ab eodem Pontifice, ut, ſi ſancto Dei Archan-
,, gelo placeret, Eccleſiam fundarent in laudem S. Michaelis, ubi ſuæ volun-
,, tatis eſſet: idque exequeretur per *Sanctos Dei Epiſcopos*, *Laurentium Si-*

Bollan. in Vita S. Sabini 9. Febr. §. 4. n. 25. pag. 314.

,, *pontinum*, *Sabinum Canuſinum*, *Pelagium Salapitanum*, *Rogerium Can-*
,, *nenſem*, *& Richardum Andrienſem*. Cui poſtquam hæc nuntiata fuerunt;
,, ad tale miniſterium exercendum accerſitus, pedibus & *Canuſium* & *Cannas*
,, perrexit, & una cum *B Rogerio* Cannenſi, & *Sabino* Canuſino Epiſcopis,
,, uti pedites erant, ita itineri ſe commiſerunt, ut Sipontum pergerent. Qui
,, quoniam aſſiduis jejuniis laboribuſque confecti erant, ac ſolis ardoribus
,, (*erat enim September menſis*) premerentur; cum iter illud ſit (*uti eſt ea*
,, *regio arboribus denudata*) ſolis ardoribus expoſitum; ſummum Deum ora-
,, verunt, ut tanto æſtu aliquid levis auræ eos refrigerantis concedere digna-
,, retur. O rem miram & antea inauditam! O Dei potentiam admirabilem!
,, Hinc manifeſte apparuit, quam ſit propitius Deus diligentibus ſe. Nam non
,, prius finita eſt Servorum Dei oratio, cum ſubito *Aquila* una immenſæ ma-
,, gnitudinis ſuper eorum capita volitans apparuit, & duplex illis ſanctis vi-
,, ris obſequium exhibens: namque ſub umbra alarum aquilæ ambulantes ni-
,, hil æſtivi illius caloris priſtini ſentiebant, & eorum feſſa corpora lenis aura,
,, quæ ex motu alarum oriebatur, refrigerans propenſiores ad iter perficien-
,, dum reddebat.

42. ,, Quo tandem factum eſt, ut Sipontum ad B. Laurentium perveni-
,, rent. Ubi Divino Officio in Veſperis celebrato, quieti reliquo diei & no-
,, ctis ſequentis tempore ſe dedere. Ea nocte *Archangelus Michael B. Lau-*
,, *rentio Sipontino per quietem apparuit, dixitque non eſſe hominis officium*
,, *eccleſiam, quam ſuo nomini ipſe dicaſſet, conſecrare*. Ipſe *enim locum il-*
,, *lum ad oratorium ſibi elegerat, quem ſuo adventu ſacraverat*: quod ut eſ-
,, ſet omnibus notius, ait reliquiſſe ſe, ad tantæ rei fidem, ſuper ſuo vene-
,, rando altari ſuorum pedum plantarum veſtigia marmoreo lapidi impreſſa,
,, ac etiam ante oratorii januam imaginem lapideam ſculptam, & figuram
,, ejus Archangeli, qua poſtea pingeretur. Hæc B. Laurentius ut per viſum ac-
,, ceperat, ita ſanctis Dei Epiſcopis patefecit. Qui læti tanta talique viſio-
,, ne, atque intellectis Sancti Archangeli miniſteriis, & quantum indulgen-
,, tiæ a Deo omnipotenti, interceſſione B. Archangeli Michaelis illi Eccle-
,, ſiæ conceſſum eſt, exhilarati gaudio, gratias Deo immortali, & B. Michae-
,, li egerunt, per quem ea ſuſceperant.

43. ,, Sed cum præ omnium concurſu Eccleſiam illam viſitantium, *unum*
,, *altare* in peragendis Divinis Myſteriis non eſſet ſufficiens; *Tria ibi altaria*
,, *conſecraverunt*, primum in honorem beatæ & glorioſæ *Mariæ Virginis*
,, prope aquam ſacram, quæ vocatur ſtilla; alterum in honorem *B. Joannis*
,, *Baptiſtæ*, tertium vero in honorem beatorum Apoſtolorum *Petri & Pau-*
,, *li*. Quibus rebus peractis, *omnium rerum illi Eccleſiæ attinentium curam*
,, *B. Laurentio Epiſcopo Sipontino demandaverunt*, ac etiam totius Cleri or-
,, dinationem. Hoc facto B. Richardus, cum B. Rogerio & B. Sabino, ad
,, ſuas Eccleſias redierunt, hic Canuſium, ille Cannas, Beatus vero Richar-
,, dus Andriam pervenit. *Hæc ibi*. *Eadem de ſacratis a BB. Laurentio, Sa-*
,, *bino, Rogerio, Richardo altaribus breviter referuntur in Officio S. Richar-*
,, *di, Romæ excuſo an. 1586. Lect. 6. atque a Philippo Ferrario in Catalogo SS.*
,, *Italiæ in Vita S. Richardi 9. Junii, in annotat. ad Vitam S. Rogerii 15.*
,, *Octobr. in Annot. ad dedicationem S. Michaelis 29. Septembris*.

Aſſeman. de rib. Neap., & Siculis cap. 14. §. 14. tom. 1. pag. 409.

44. ,, Eiſdem Actis recitatis cl. Aſſeman. ſic ſubdit. *Quod vero laudati Epiſcopi dicuntur a S. Michaele prohibiti, ne Baſilicam a ſe jam dedicatam conſecrarent, idem narratur & in vita metrica S. Laurentii Sipontini* his verbis:

,, *Cœli*

Cœli aulam dum mandaret Pontifex Gelaſius,
Conſecrari, convenerunt primitus Laurentius
Hic Sabinus Canuſinus, *Salpenſis Palladius,*
Et Joannes Rubeſanus, Tranenſis Eutitius,
Et cum illis Venuſinus affuit Auſterius.
Hoc vetavit Deo miſſus Michael Archangelus,
Dicens: domum iſtam feci, & ſacravi cœlitus.
Quibus viſu dum aſtat Summi Regis nuncius,
Ut ceſſarent ab incœpto monuit Archangelus.

Omittitur Rogerius Cannenſis & Richardus Andrienſis. Nimirum, aut metri neceſſitate, aut quia Auctor iſtius metricæ vitæ exiſtimavit, Sanctos illos Rogerium & Richardum longe poſt Laurentii Sipontini tempora vixiſſe: nomina enim ſunt Normannica, & Normannicam ſapiunt ætatem, quamquam in eorum vitis per Ugbellum editis dicantur Sancti Laurentii æquales.

45. Et pro incomperto habet *Bollandus* in Commentario de S. Richardo Epiſcopo Andrienſi ſub *die 9. Junii* quod: Andria (ejus ſunt verba) ,, *Apu-*
,, *liæ Peucetiæ* Civitas, ab *anno* circiter 1350., multo etiam citius Epiſcopa- Bollan. de S. Richardo die 9. Junii pag. 245. tom 2.
,, li dignitate fuit ornata, fortaſſis a *Gelaſio Papa II.* qui *anno* 1118. ultima Ja-
,, nuarii electus Pontifex Romæ, indeque ſubito compulſus fugere, *Tarraci-*
,, *næ* eſt coronatus *xxiv. Februarii* convenientibus ad eum totius Apuliæ Ca-
,, labriæque Principibus, & Præſulibus; ubi interim, dum Romæ Antipapa
,, *Gregorius* intruditur, ipſe manſit per totam Quadrageſimam uſque poſt
,, Feſta Paſchalia; adeoque facile potuit, inſtitutione quorundam *novorum*
,, *Epiſcopatuum*, auxiſſe numerum fidelium ſibi, contra prædictum Antipa-
,, pam, & *Henrici* Imperatoris tyrannidem. Scio *Andrienſes* initium ſuæ
,, provectionis ad eam dignitatem *Gelaſio I.* adſcribere: ſed cum ipſiuſmet
,, *Urbis* exordium lateat, vel ex antiquitate, vel ex ſcriptorum ſilentio, uti
,, fatetur *Ugbellus*: .... ſed fortuna Regni varie mutata, *anno* denique
,, 1345. concuſſa vehementer (*Civitas Andrien.*) fuit, per mortem *An-*
,, *dreæ Regis*, uxori ejus *Joannæ* imputatam; quam ulturus defuncti frater
,, *Ludovicus Hungbariæ Rex*, univerſum Regnum ferro flammaque vaſta-
,, vit. Eo tempore contigit *Andriam* quoque everti ac ſpoliari: prudens
,, autem *Sacriſta*, ut infra dicetur, *S. Richardi* Epiſcopi & Patroni An-
,, drienſis *Corpus* ſic abſcondit, ut ignotum latuerit uſque ad *annum* 1434.;
,, quando repertum denuo eſt, juxta hiſtoriam ab oculato teſte, ipſomet An-
,, driæ *Duce*, conſcriptam & mox proferendam. *Franciſcus de Baucio*, ſi-
,, ve *Balzio* hic fuit, cujus ſtirpem apud *Sanſovinum*, inter *Origines illu-*
,, *ſtrium familiarum Italiæ pag.* 12. ..... iſte eſt, quem ſupra dixi, ſcrip-
,, ſiſſe *Hiſtoriam Inventionis S. Richardi*. Scripſit autem *anno* poſt rem ge-
,, ſtam *ſeptimo*, interim accurate ſcrutatus quidquid ad illuſtrandam Sancti a ſe
,, inventi memoriam faciebat. Reperiſſe vero ſe ait, primum *Kalendaria*
,, *ſive Necrologia tria*, ex quibus ille intelligebatur obiiſſe *nona die Junii*:
,, item, quod eodem *die novæ Inventionis*, ideſt 23. *Aprilis*, translatio ſuæ
,, Canonizationis erat &c.

46. Hæc a doctiſſimis viris in medium producta in cauſa ſunt, cur in dubium revocetur, an revera S. Richardus S. Sabini ætate floruerit, quo circa el. *Franciſcus Ferrante* modernus *Andrienſis* digniſſimus Antiſtes, in ſua Epiſtola Paſtorali *ſub datum Romæ* 8. *Idus Januarii* 1757. ita amantiſſimum ſuum Clerum & Populum alloquitur. *Civitatem veſtram novimus Chriſto ca-*

Ferrante Epiſcop. Andrien. Epiſt. Paſtoral. ad Clerum & Populum.

riſſimam; eam namque ab ipſis Sacroſanctæ Eccleſiæ primordiis in Deum fide & Religione floruiſſe: tot inſignium qui nos prædeceſſerunt Præſulum pietate doctrina, ſaluberrimis inſtitutis, exemplisque firmatam: poſtea vero quum humanarum rerum ac temporum id poſtulaſſet calamitas, ab Apoſtolorum Principe per admirabilem quamdam arcanamque admonitionem tum GELASIO I.*, uti fama eſt, vel ut alii volunt, II. ſummo Pontifici tum Divo Richardo commendatam; hujuſque Sanctiſſimi Antiſtitis non ſolum prædicatione, exemplis, & miraculis illuſtratam; ſed & venerabilibus quoque etiam reliquiis veluti præſentiſſimæ tutelæ, & perpetui præſidii pignore locupletatam jure, & quidem merito gloriamini.*

47. Cæterum de ann. 1586. cum Clerus *Andrienſis Siſtum V.* P.M. rogaſſet, ut Officium *S. Richardi* cum propriis *Secundi Nocturni* lectionibus recitandum indulgeret, exhibitiſque propterea Papæ Adminiſtris ejuſdem Sancti actis, ex iſtis hæc excerpta approbata fuerunt. *Richardus in Anglia nobili genere natus, a teneris annis ſubditus parentibus pietatem religionemque coluit..... Ea namque tempeſtate, qua Italia ab Attila Hunnorum Rege vaſtabatur, & propterea Apuliæ populi variis Gentilium erroribus inficiebantur, Beatus Apoſtolus Petrus, qui primus Tarenti, & de hinc Andriæ, cum Romam veniret, Fidei fundamenta jecerat, Sanctum Richardum in quiete monet, ut in Italiam ad Andrienſes populos, qui ab antiqua fide deſciverant adjuvandos ſe conferret. At is Apoſtolico juſſus obtemperans ad Urbem, ut viſum Gelaſio ſummo Pontifici referret, profectus eſt, à quo benigne ſuſceptus Andriæ Epiſcopus ex divina voluntate creatur..... Eo autem tempore, quo Sancti Michaelis Archangeli apparitio in Monte Gargano facta eſt, Gelaſii Papæ juſſu à Laurentio Epiſcopo Sipontino accerſitus, ipſe cum Epiſcopis Sabino Canuſino, & Rugerio Cannenſi Altaria illius Eccleſiæ* CONSECRAVIT. Ex his ſaltem luculentiſſime apparet, *Sabinum* minime Altaria illa conſecraviſſe: proptereaque nequaquam *Bollandiſtæ* tam audacter affirmare valent. *Poſſetne diſertius exprimi Sabinum tunc Epiſcopum fuiſſe, & munia proprii Ordinis Epiſcopalis exercuiſſe?*

In Offic. S. Richardi 9. Junii approbato à Sixto V. die 15. Mar. 1586.

48. Unde modo inveſtigemus oportet, quinam potiſſimum *Tria* celebria Altaria ſive Baſilicas dedicaverit. In vita enim *S. Laurentii* Epiſcopi Sipontini leguntur. *Poſt hæc dilectus Deo & hominibus Pontifex Laurentius immenſas Omnipotenti gratias agens quod ſe, ſuumque gregem ab iniquiſſimi Regis nece miſericorditer liberavit, jejuniis, orationibus, & vigiliis inſiſtens.... Dum conſpiceret Garganum montem ob apparitionem Archangelicam ibi factam & per omnes Mundi fines divulgatam, cauſa orationis ab innumero populo ſedulo frequentari, ibidemque manſiones ab eis conſtrui, tres Baſilicas in eodem monte, unam ad honorem B. Mariæ Virginis, aliam ad honorem B. Joannis Baptiſtæ, tertiam in honorem Principis Apoſtolorum ædificavit &* CONSECRAVIT. Quoniam horum Actorum (de quibus ita cl. *Aſſemanus* teſtatur) *Hiſtoriam apparitionis S. Michaelis ejuſque Baſilicæ Dedicationis etiam tempore Adonis; qui circa annum 865. ſcribebat, ſuaque omnia ex illa Hiſtoria hauſit.* Auctor utpote ætati S. Laurentii ſuppar, vel certe proximior fidem omnem meretur; ideo ipſius ſententiam amplectimur & tuemur, *Laurentium* nimirum utpote etiam loci illius ſive *Gargani montis Ordinarium Epiſcopum* memoratas *tres Baſilicas conſecraviſſe*, quas, cum *Bollando* fatemur, nonniſi poſt adauctam populi illuc advenientis frequentiam, longo ab apparitione *S. Archangeli* temporis intervallo elapſo, fuiſſe ædificatas.

Bollan. de S. Laurent. tom. 2. Menſ. Febr. pag. 59.

Aſſeman. loc. cit. pag. 410.

49. Cer-

49. Certo exinde ſequitur Sanctos quidem *Andriæ*, & *Cannarum Epiſcopos* (dummodo hi eodem tempore floruerint) una cum *Sabino in juvenili adbuc ætate* conſtituto ad montem *Garganum* perrexiſſe, ibique nihil aliud egiſſe, quam venerari, uti par erat, curamque *auctoritate Apoſtolica* gerere ſacroſanctæ *Angélicæ Baſilicæ* ab ipſo *S. Michaele* jam conſecratæ; nulla vero *ibi Epiſcopalia munia exercuiſſe*: hoc ſolum deinde præſtiterunt, ut adaucto peregrinorum numero, *tres* laudatas *Baſilicas* deſignarunt, jam perfectas ſolemni ritu idem dedicavit *Laurentius*, juxta antiquiſſimum Eccleſiæ morem, de quo agens cl. *Martene* ex pluribus doctiſſime adductis exemplis, hæc depromit *Luce clarius* (ejus ſunt verba) *patet Epiſcopos qui ad Eccleſiarum Dedicationes convocabantur non ſolum Teſtes, ſed etiam conſecrationis adjutores extitiſſe, quamquam UNUS ex illis principalis conſecrator ſemper extiterit. Is eſſe ſolebat DIŒCESANUS*. Idque mirum in modum conſonat cum verbis indicatorum S. Richardi Actorum: *Quibus rebus peractis omnium rerum illi Eccleſiæ attinentium, Curam B. Laurentio Epiſcopo Sipontino demandaverunt*.

Martene de Antiq. Eccl. ritib. lib. 2. cap. 13. n. 46. tom. 2. col. 673.

Supra n. 43. pag. 42.

50. Admonet *Sarnellus*, S. Gelaſium Pontificem e monte Gargano profectum una cum *iiſdem Epiſcopis Urbem repetiſſe*, ibique *Synodum* celebraſſe, in qua exortas damnavit *Hæreſes*, & *Canonicos S. Bibliæ libros* approbavit. Ego vero, cum nullam aliam Conciliorum collectionem præ manibus habeam, quam illam a doctiſſimo *Labbeo* adornatam, duas a *Gelaſio* e Gargano reduce *Romæ* habitas *Synodus* luſtravi, eiſque Epiſcopos, quos in ſubjectis actis referuntur, interveniſſe reperi „ *Concilium Romanum I. quo a LXX.* Epiſcopis
„ Libri ſacri, & authentici ab Apocryphis ſunt diſcreti, ſub Gelaſio, anno
„ Domini 494. Aſterio atque Præſidio Conſulibus: *In quo nullæ ſunt Epiſ-*
„ *coporum ſubſcriptiones deinde col. 397. ita ſequitur*

Sarnellus de Epiſ. & Arch. Sipontin. pag. 65.

Labbei Conc. tom. 5. pag. 386. & 398.

CONCILIUM ROMANUM II. Quo a *Gelaſio*, & Epiſcopis LV. Miſenus abſolvitur *anno Domini 495. 3. Idus Maii*.

„ Reſidente in Synodo venerabili viro *Papa Gelaſio* una cum Bonifacio, Ma-
„ ximino, Epiphanio, Baſilio, Vitali, Claro, Iræneo, Decio, Aſello, Euplo,
„ Valentino, Martiniano, Baſſo, Benigno, Primitivo, Palladio, Vindemio,
„ Conſtantio, Martyrio, Candido, Laurentio, Deodato, Mercurio, Stephano,
„ Dulcitio, Fortunato, Paſchaſio, Santulo, Innocentio, Chryſogono, Coloni-
„ co, Molenſi, Maximiano, Valentino, Conſtantio, Gaudentio, Felice, Vita-
„ liano, Petro, Sereno, Aucupio, Timotheo, Stephano, *LAURENTIO*,
„ *& PROBO EPISCOPIS*, reſidentibus etiam Caſtino, Laurentio, Canu-
„ ſio, Eugenio, Januario, Martiano, Gordiano, Petro, Urbico, Paulino, Va-
„ lente, Petro, Aſterio, Smaragdo, Bonifacio, Maxentio, Epiphanio, Ju-
„ ſtino, Felice, Redempto, Projectitio, Calliſto, Joanne, Valentino, Se-
„ baſtiano, Martino, Epiphanio, Andrea, Servodei, Apellione, Petro,
„ Servando, Agapito, Abundantio, Marcellino, Litorio, Laurentio,
„ Agathone, Sebaſtiano, Valentino, Anaſtaſio, Geneſio, Dionyſio, Epi-
„ phanio, Acontio, Paulino, Agapito, Adeodato, Benedicto, Domini-
„ co, Redempto, Severo, Juliano, Stephano, Creſcentiano, Septimino,
„ Cypriano, & Epiphanio *PRESBYTERIS* una cum Amandiano viro il-
„ luſtri, & Diogeniano viro ſpectabili: aſtantibus quoque Diaconibus, *Ge-*
„ *laſius* Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Urbis Romæ dixit: Meminit dilectio
„ veſtra ſuperiore conventu oblatum nobis a Miſeno libellum in conſpectu
„ veſtro fuiſſe recitatum: hunc eumdem, ſi placet dilectioni veſtræ denuo
„ recenſendum &c. *Die tertio Idus Maii, Flavio Viatore viro clariſſimo Con-*
„ *ſule* (*anno 495.*)

51. In-

51. Inter Apuliæ Epiſcopos, qui memoratis Conciliis interfuerunt, nemo alius recenſetur, & nomina recitantur, præter *Laurentii* & *Probi*, quorum alterum *Sipontinum*, alterum *Canuſinum* Antiſtitem fuiſſe reor. Sed in eodem elenco haud legere eſt nomen Sabini; reveraque in eo exprimi, & notari nullatenus poterat, quippe quod adhuc in vivis agebat Magnus *Probus*, de quo alibi ſermonem habuimus, adeoque nondum ad Cathedram Canuſinam aſcenderat *Sabinus*.

52. Verum ad ea, quæ hactenus præfati ſumus, illud obiici poteſt, quod magnam quidem difficultatem continere, nec omnino ſolvi poſſe prima fronte videtur. *Supra* enim retulimus, quod *S. Gelaſius* Papa in ſua ad *Dardanos* epiſtola data *Kal.* Februarii *Viatore* ſive *Victore Conſule PROBUM* Epiſcopum Canuſinum, non ſine magno animi ſui affectu nominaverit ſequentibus adjectis verbis nempe: *SANCTÆ MEMORIÆ*. Quo ſane loquendi modo nihil aliud ſignificare, ac indicare voluiſſe videtur, quam *Probum* jam fato conceſſiſſe menſe *Februario*: adeoque fieri nullo modo poterat, ut interfuerit Concilio *Romano II.* menſe *Majo* habito, dum idem *Viator*, ſive *Victor* Conſul erat; Sed objectio hæc nullum vel minimum doctis, eruditiſque viris negotium faceſſit, quippe qui abunde compertum, exploratumque habent pluribus aliis hujuſcemodi exemplis, quæ proſtant apud *Du Cangium* quod verba hæc: *Sanctæ memoriæ*, quæ modo nonniſi *fato* functis tribuere ſolemus, tunc temporis etiam *vivum* agentibus, qui aut *pietate* aut *dignitate* præſtabant, tribuebantur, nihilque aliud ſignificare videbantur (ſi modo hac interpretatione uti liceat) quam *ſanctæ mentionis* Virum cum honore & reverentia, ſive cum laude nominandum, & poſteris tradendum. Si hæc moroſo alicui non arrideant, meminiſſe debet, quod deſignati *Conſules* non ſemper *Kal. Jan.* Conſulatum adhibant, ſed aliquando *TARDIUS*, ut cenſet *Pagius*, eamdem capeſſebant dignitatem. Unde non abs re crederem, quod *Viator*, *ſive Victor* ineunte menſe Februario ad Conſulatum evectus fuerit, ſub quo celebrata fuit *Synodus II. Romana*, præſente adhuc *Probo Epiſcopo Canuſino*, qui deinde paulo poſt ad laborum ſuorum præmium *in Cœlum evolarat*, ſub *die prima Februarii*, non adhuc expirato anno Conſulatus *Viatoris*, idem *Probus ſanctæ memoriæ à Gelaſio* Papa jure fuit nuncupatus.

Cap. 2. §. 5. n. 39. pag. 25.

Du Cange Gloſſar. Latinit. verbo ſanctæ memoriæ tom. 4. pag. 623.

Pagius Critic. Baron. ad ann. 84. §. 2.

53. Quæ hactenus diſputavimus magnum, ni me fallit opinio, lumen afferunt hiſce rebus, quæ a Scriptoribus diverſimode referuntur. Ex quo etiam magis magiſque confirmatur, *S. Gelaſium*, qui magno in honore & exiſtimatione *Probum* habebat, ab eodem reſcire potuiſſe præclaras *Sabini* dotes & virtutes, qui præſertim natalibus conſpicuus erat, uti narat *Beatillus*: *I ſuoi Parenti, s' erano di quei Sabini, che fin dal tempo della guerra di Canne, da Roma con altri principaliſſimi Cavalieri ſi trasferirono ad abitare a Canoſa, furono ſenza dubio di Nobilità molto inſigne: eſſendo nati da sì degna Famiglia, i Clodii, i Claudii, i Neroni, i Druſi, ed altri ſimili, ch' al mondo non pochi Imperatori produſſero.* Inſuper ab eodem *Probo* Pontifex cognoſcere poterat, quantum ingenium, & indoles Sabini proclivis erat ad ditiſſimum ſuum patrimonium in conſtruendis Eccleſiis, & locis piis erogandum ſub ſuo ipſius ductu, qui certo ſperare poterat, de Sabino eventurum, quod inquit Sapiens. *Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Hiſce a Pontifice cognitis rebus incredibile dictu eſt quanto ſuperabundaverit gaudio, quod Sabinus præclara hujuſmodi opera præſtaret, quæ quidem ipſius genio adamuſſim reſpondebant, cum *Annales* nos edoceant plurimas Romæ eum-

Beatillo Vita S. Sabini c. 1.

Proverb. 22. 6.

dem

dem ædificaſſe *Eccleſias*. Ea propter Sabino gratificaturus Canuſium venit, Romæ interim *S. Probum* Epiſcopum relinquens, ut Congregationi pro librorum vel approbandorum, vel reprobandorum examine deputatæ adeſſet. A qua omnia diſcuſſa,& parata invenit ex Apulia redux, ita ut ſtatim memorata Concilia coegerit, & habuerit.

54. Sed Canuſium Pontifex appulſus, quamquam a pluribus SS. Epiſcopis idcirco vocatis aſſiſteretur, tamen *Sabinum* præcipuis amoris & exiſtimationis officiis proſequtus eſt, utpote *Eccleſiæ, quam conſecraturus venerat, Fundatorem*. Satis ſuperque Canoniſtis notum eſt & exploratum, quod Gelaſius celeberrimam Conſtitutionem ediderat in *Can. Piæ mentis* relatam qua *Laicis* Eccleſiarum fundatoribus Proceſſionis *jus & honorem* competere ſanxerat & attribuerat. *Canon* hic perpetua obſervatione in Eccleſia retentus, renovatus & confirmatus fuit a *Clemente III.* in *Cap. Nobis de Jurepat.* Hæc eadem Gelaſii Conſtitutio, utpote ſapientiſſima, merito ab Hølliero commentatur, ac à cœteris Canoniſtis. Hujuſmodi igitur *PROCESSIONIS HONOR SABINO non adhuc Epiſcopo* ab eodem Pontifice conceſſus & impertitus fuit, qui memoratum honorem in Eccleſiam invexerat, & perpetua *lege* firmaverat. Quod ſignificare voluit noſter *Anonymus Canuſinus* illis verbis: *Et adeo Dei famulus Sabinus ab omnibus venerabatur, ut etiam Gelaſius Romæ Urbis Pontifex præ cæteris Epiſcopis Socium cum haberet, & Comparem.*

Can. Piæ Mentis 16, quæſt. 7.

Cap. Nobis de Jurepatr.

Hallier. de Sac. Elect. & Ordin. par. 1. ſect. 8. cap. 1. art. 2. pag. 417.

Anon. n. 9. pag. 31.

§. II.

Geſta S. Sabini jam Epiſcopi.

55. QUO zelo ſuam Canuſinam Eccleſiam Sabinus adminiſtraverit, paucis refert Anonymus, qui in primis notat, nunquam illum ab Eccleſiis extruendis, non ſecus ac nondum Epiſcopus fecerat, deſtitiſſe: *Erat idem Venerabilis Vir reſtaurator Eccleſiarum cui operi omni pietate vacabat, & ad regendas animas, quas Deus omnipotens ſuæ curæ commiſerat, valde ſtudioſus, & quia talenta Dominica acceperat, anxius, & ſollicitus quærebat illa Domino ſuo cum lucro reddere, Gregem ſuum verbo Domini uberrime paſcebat, & quod ei prædicabat ipſe ſuo opere abundantius complebat. Suadebat omnibus Mundi hujus proſpera eſſa vaniſſima, & quaſi flumina labentia velocius decurrerere, nunquam a doctrina linguam, & a reſtauratione venerabilium locorum manus ceſſabat.* Etſi vero Sabinus ob præclaram, quam ab ſuis Sanctiſſimis Prædeceſſoribus Epiſcopis *Probo* nempe *Rufino* & *Memore* acceperat, inſtitutionem idoneus plane eſſet, qui ſolus onus regeret animarum: nihilotamenſecius in gubernanda ſua Eccleſia conſiliario & moderatore ſemper uſus eſt *Germano* Sanctiſſimo Capuano Antiſtite, uti tradit *Anonymus*: *Cum Germano Capuanæ Eccleſiæ Pontifice familiariſſime agebat.* Ex quo quiſque (dummodo communi ſenſu præditus) facile conjectare poterit, quam ſancte & prudenter ſub tanto Magiſtro & duce ſuam rexerit Eccleſiam. Probo ſuffectus fuerat *Germanus*, ut ſuprema S. Sedis jura tueretur apud *Anaſtaſium*, Orientis Imper. Hæreticum, ad quem illum Legatum Apoſtolicum miſerat *Anaſtaſius* Pontifex *an. 497.*, uti legere eſt apud *Baronium*. Eamdem Legati Apoſtolici provinciam Germano demandavit Pontifex *Hormiſda* anno 519. Pontificis igitur perſonam gerens S. Epiſcopus, ita cum *Juſtino* Imp.

Supra n. 10. pag. 31.

Ibid. n. 8.

Baronius ad ann. 497. & 519.

egit

egit, ut tandem, extincto Schiſmate pacem Romanam inter, & Græcam Eccleſiam componere valuerit, uti fuſius narrat *Baronius* ad an. cit. Eapropter Sanctiſſimus Epiſcopus ſemper ab omnibus habitus eſt Germanus, de quo ita canit Eccleſia in ſuo Martyrologio *ſub die* 30. *Octob. Capuæ S. Germani Epiſcopi & Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri: cujus animam in hora obitus ejus ab Angelis in cælum ferri Sanctus Benedictus aſpexit.*

Martyrol. Rom. 10. Octobris.

Bollandus 9. Febr. t. 5. num. 30. pag. 315.

56. Res tamen Epiſcopo Sabino accidit, quam ipſiſſimis *Bollandi* verbis referam „ Quod tempus illi non ita exactum, ut non multis fuerit adverſis
„ exercitus, (Sabinus) quæ propria fere fortuna Sanctorum eſt. Nam præter-
„ quamquod concuſſa tunc bellis Gothicis Italia eſt, ipſe a nefariis homini-
„ bus, quos illius admonitiones, ac ſollicita diſciplinæ Eccleſiaſticæ cuſtodia
„ irritarat, *delatus ad Felicem IV. Pontificem eſt ſub an.* 528. *quod & Ordi-*
„ *nis Epiſcopalis munia negligeret, & magicis artibus daret operam*. Miratus
„ eſt Pontifex hoc impingi crimen ei viro, cujus dudum audierat ſanctitatem
„ celebrari; tamen gnarus mutari facile mentes hominum, flectique in de-
„ terius, *Romam evocat Sabinum*, cauſſam dicturum. Illico ſe in viam de-
„ dit vir ſanctus, paratus quamcunque contumeliam, atque opprobrium ſu-
„ ſtinere, ſi ita Deo permittere viſum eſſet. At certum vel in ipſa ratione
„ itineris, ab divino favore præjudicium fuit: *unico enim die* ſupra ducenta
„ paſſuum millia, quantum Romam inter ac *Canuſium* eſt ſpatii, confecit.
„ Obſtupuit improviſo viri adventu Pontifex: nec nihil fortaſſis ea itineris
„ celeritas valuit ad conceptam, adverſariorum fraude, necromantiæ opi-
„ nionem altius ejus animo imprimendam. Parum ergo benigne ac comiter
„ acceptum, vetat palatio pedem ea nocte efferre, ut primo mane illius
„ agitari negotium poſſit; honeſto tamen illi aſſignato conclavi. Hic *Sabi-*
„ *nus* ſub mediam noctem, more ſuo *Divinas Laudes* & *Pſalmos* decantare
„ aggreditur. Probata cœleſti indicio pietas. *Affuere enim Angelorum cho-*
„ *ri*, qui alternis cum eo pſallerent. Auditus ille per Ædes Pontificias in-
„ tempeſta nocte concentus, domeſticos ipſumque adeo excivit Felicem.
„ Conclave reperiunt immenſa circumfuſum luce. Irrumpit illico Pontifex,
„ ſeque ad Sancti Hoſpitis pedes proſternit, atque auſteritatis, quam pridie
„ præſetulerit, veniam precatur. Illacrymans Sabinus Pontificem ſupplex
„ ipſe obteſtatur ut aſſurgat, humiliter illud inculcans: *Non eſt ſervus major*
„ *Domino ſuo*. Poſtridie commemorat Pontifex, quid noctu viderit, audie-
„ rit; lataque ſententia *Sabinum abſolvit*, ac deinde non ſine illuſtribus be-
„ nevolentiæ argumentis, ad ſuam illum Eccleſiam remittit. *Dum ad ſuos*
„ *Roma revertitur Sabinus, haud dubium quin Caſſinum ad S. Benedictum*
„ *Abbatem diverterit, quo cum illi ſingularis erat familiaritas, ut in Vita*
„ *traditur*.

Mabillon. Annal. Bened. lib. 5. p. 50.

57. Quod vero ait *Bolland.* S. Sabinum Canuſium reducem ad S. Benedictum in monte Caſſino divertiſſe, nullo prorſus probabili nititur fundamento. Doctiſſimus namque *Mabillonius* in *Annal. Benedict.* ſtatuit Epocham adventus S. Abbatis e ſacro ſublacenſi ſpecu in montem Caſinum eodem plane *anno* 528., quo *Bollandus* refert, S. Sabinum Romæ egiſſe, ibique ea perpetraſſe prodigia, quæ admirationem Summi Pontificis, & cæterorum venerationem ipſi conciliarunt. Quapropter ſi conjecturis indulgendum eſt, exiſtimo, *Sabinum Romæ cum S. Abbate Benedicto eam contraxiſſe amicitiam & familiaritatem, quæ per totam S. Abbatis vitam perduravit*. Qua de re ſubdit *Anonymus*: *Familiariſſime agebat, ac etiam cum Benedicto Chriſti Famulo, ad quem idem Canuſinæ Eccleſiæ Antiſtes venire conſueverat.*

Anonym. num. 8.

58. Ab

Digitized by Google

58. Ab ipſo etiam *Mabillonio* l. 1. *Annal.* intelligimus *S. Benedictum* etſi *Nurſiæ* natum, a *Romanis* tamen Patritiis ſuam repetiſſe originem, Romæque fuiſſe liberalibus diſciplinis eruditum: *Cum* (ejus verba ſunt) *ad diſcendas artes aptus eſſet pueri animus, Romæ liberalibus literarum ſtudiis informandus traditus eſt. Locum, ubi tum verſabatur, oſtendunt in regione Trans-Tyberim, ad Eccleſiam Sancti Benedicti in Peſcinula: ubi illuſtria veteris ædificii rudera ſuperſunt ex paterna, ut putant, ejus hæreditate.* Inde profectus S. Juvenis, ad Sacrum *Sublacenſem ſpecum* perrexit, ibique abdidit ſeſe, ubi poſtea 12. erexit *Cœnobia*, manſitque uſque dum, Deo revelante, alio commigravit *an.* 528. Via igitur conſulari profectus Romam venit, ubi ſancte educatus fuerat, ut ſacroſancta *Principum Apoſtolorum limina* veneraretur. Tunc temporis longe lateque *Sabini* fama & nomine Romæ percrebeſcente, veroſimillimum eſt, quod S. Epiſcopus & S. Abbas mutuis ſe officiis prævenire ſtuduerint, quod amicitiam injerint, quod etiam, *Sabino curante, S. Benedictus S. Germano Capuano Præſuli innotuerit.* Qui proinde cum optime exploratas & cognitas haberent ſuperſtitiones cecæ Gentilitatis reliquias, quæ in proximo *Caſſini* monte adhuc, ut ſupra innuimus, vigebant, S. Benedicto ambo auctores fuerunt, ut illic ſeſe conferret, eaque ibi invicta conſtantia perficeret, quæ in *Breviario Romano* legimus. *Caſſinum migravit, ubi ſimulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, comminuit; aram evertit, lucos ſuccendis: ibique Sancti Martini ſacellum, & Sancti Joannis ædiculam extruxit.*

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 494. tom. 1.

Breviar. Rom. die 21. Martii.

59. Commoda, decora & incrementa, quæ ex celeberrimi hujus montis Caſſini Cœnobii fundatione in totam Eccleſiam largiſſime dimanarunt, abunde comperta ſunt omnibus & explorata. Verum in hoc ſaluberrimo & commendatiſſimo opere multum quidem eſt, quod referre debemus acceptum *S. Sabino*, qui ipſum magnopere juvit & promovit. Quamobrem piiſſimi, & gratiſſimi illi *Benedictini Monachi*, inter innumeros Ordinis ſui Sanctos nomen *Sabini Epiſcopi Canuſini*, utpote vagientis adhuc ſuæ religionis Patroni, merito collocant, ejuſque quotannis feſtum die, qua recurrit nempe 9. *Februarii*, cum officio & Miſſa celebrant. Cl. *Franciſcus Maria Pratillus*, in ſua *Neap.* 1754. quam emiſit, *Longobardorum* Principum hiſtoria, antea a *Camillo Peregrino* elucubrata exhibet Kalendarium, & *Necrologium* Monaſt. S. Bened. Caſſinen. & Capuæ, ubi ſub die 9. Februarii hæc proſtrant; *Quinto Idus Februarii S. SAVINI CANUSINI EPISCOPI.*

Necronolog. Caſſinen. ap. Pratilli tom. 5. pag. 62.

§. III.

S. Sabini Apoſtolica Legatio Conſtantinopoli.

60. Calamitoſiſſimum omni proculdubio hoc fuit tempus, in quo S. Sabinus Apoſtolicæ Legationis provinciam ſuſcepit. In Oriente enim Auguſtiſſimus imperitabat *Juſtinianus*, qui juxta communem Doctorum ſenſum a *Baronio* ad *an.* 535. explicatum: *Quam feliciſſimus Juſtinianus Imp. extitiſſet, & plane cui nullus umquam vel Gentilium, vel Chriſtianorum Imperatorum longo intervallo fuiſſet exæquandus, ſi Theodora conjuge caruiſſet, & Catholicam nactus fuiſſet ſibi ſimilem conſortem Imperii: Ut plane ſecundum illud Eccleſiaſtici: Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare* cum

Baron. ad ann. 535. §. 64.

Eccleſiaſt. 25. v. 23. & 30.

cum muliere nequam : ipſi contigerit . Et quidem ſecundum quod ſubditur *Mulier ſi primatum habeat , contraria eſt viro ſuo : quanto propenſiori ſtudio palam favit Juſtinianus Catholicæ fidei , tanto iſta callidiori conſilio clam Eutychianæ hæreſi , atque Eutychianis hæreticis adjumento fuit & augmento , necnon etiam firmamento .* Res vero Italicæ ad incitas redactæ videbantur : quippe *an.* 526. Rege *Theodorico* Gotho abſque virili ſobole mortuo , ad regnum evectus fuit *Atalaricus* ſub tutela matris ſuæ *Amalaſuntbæ Eutarici Cilicæ viduæ .* Quæ cum ab Imp.Juſtiniano *an.* 527. ad imperium aſſumpto impenſe diligeretur , res Gothicæ proſpere ceſſerunt . Sed *Atalarico* rege annorum 17. ſuæ ætatis defuncto , & *an.* Chr. 534. ad Italiæ Solium evecto *Theodato* filio ex primo thoro ſuſcepto ab *Amalafrida* Regis Theodorici ſorore : hic etſi opera potiſſimum Amalaſunthæ, ejuſque commendationibus apud Juſtinianum adhibitis Tronum conſcenſus , cum ejusdem hoſtibus conſpiravit , aliquos ex illius fautoribus interemit , eamque demum exilio mulctatam relegavit in quadam *laci Volſinienſis Inſula* , ubi non multo poſt infelix mulier mandante , ſeu certe conſcio ipſo *Theodato* , *cæſu fuit* ab conſanguineis illorum Gothorum , quibus illa regnans vitam ademerat . Valde proinde indignatus Imp. Juſtinianus ob crudelitatem admiſſam in memoratam reginam communiter ab omnibus ob ſuas ſingulares dotes,incorruptamque juſtitiam commendatam , a ſe vero unice dilectam , bellum indicere , Gothoſque ex Italia pellere decrevit .

61. Interea vacante Apoſtolica Sede per obitum *Johan. II.* in locum ipſius ſubrogatus fuit *S. Agapetus* , cui Imperator fidei profeſſionis formulam tranſmiſit ſuis adnexam literis datis VIII. *Id.Junias* . Quibus ea repoſuit Pontifex , quæ in ſuis epiſtolis apud *Labbei* leguntur . Quemadmodum vero Imperator Pontificem rogaverat, ut ad ſe ſuos mitteret *Legatos* , cum quibus afflictis & proſtratis religionis rebus conſulere poſſet , Pontifex nihil morandum ratus ſtatim eosdem mittere ſtatuit , ſicut *Reparato Carthaginenſi* Antiſt. ſignificavit : *Præterea ad ea , quæ Cajus atque Petrus fratres & Coepiſcopi noſtri , ſed & Liberatus Diaconus filius noſter , ut apud nos agerent verbo a fraternitate tua ſibi injuncta direxerunt ; congruum putavimus verbo dare reſponſum , quod per Legatos noſtros (ſi Domino placuerit) reddere non moramur .*

Labbei Conc. tom. 5. *col.* 936.

S. Agapitus R. P. ep. 3. *apud Labbei tom.* 5. *col.* 940.

62. Eapropter ſedulo Pontifex cogitavit , ut inter Epiſcopos & Cardinales eum ſeligeret, qui ſua ſanctitate & doctrina,& in negotiis gerendis dexteritate huic provinciæ capeſſendæ magis idoneus foret . Verum per totum , qua late patet , Chriſtianum orbem circumſpiciens nullum aptiorem majoriſque auctoritatis , & exiſtimationis invenit , quam *Sabinum* Epiſcopum Canuſinum , quem proinde *Principem* conſtituit *Legatorum* , qui hi fuerunt : *SABINUS EPISCOPUS CANUSINUS* , *Epiphanius Epiſcopus Aſculanus* , *Aſterius Epiſcopus Salernitanus* , *Leo Epiſcopus Nolanus* , *Ruſticus Epiſcopus Feſulanus* , *Theophanes & Pelagius Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* . Porro eisdem Legatis Agapetus tradidit ſuam ad Imp. epiſtolam , in qua cauſæ , quam , ipſo petente & inſtante , legati tractaturi erant , magnitudinem & gravitatem declarat hiſce verbis: *Et ideo quia clementia veſtra ſalubriter offerre dignata eſt , ut a Legatis noſtris omne negotium tractaretur ; hanc operam his , quos incontinenti dirigimus , Deo auctore , mandamus &c.* Eamdem hanc Epiſtolam ad ſempiternum rei geſtæ monumentum ſuis Annalibus Baronius inſeruit .

Ap. Baron. ad ann. 535. §. 52.

63. Cum igitur *Sabinus* , & ſui ſocii Pontificii *Legati* ad aulam Conſtantinopolitanam perveniſſent , majora quam antea impedimenta offenderunt .

Mor-

Mortuo namque *Epiphanio* Conſtantinopolitano Patriarcha acerrimo Catholicæ religionis propugnatore: *Theodora Auguſta* in *Severi* hæreſiarchæ ſchola innutrita *Anthimum* Trapezuntinum Epiſcopum hæreticum *Eutychianum* occultum in Patriarchatum intruſit; eodemque prorſus tempore *Timotheo* Patriarcha Alexandrino è vivis ſublato, Monachi, Populuſque *Gajanum* pariter hæreticum illi ſubſtituerunt. Quo poſteaquam per 103. *dies* Eccleſiam illam gubernavit, ab ea expulſo & in exilium amandato, *Timotheum* & ipſum hæreticum *Theodora* ſimiliter in eumdem Patriarchatum injecit. Hic vero, ut Populi *Gajani* factionem ſeguentis inſultus evaderet, Conſtantinopolim ſeſe contulerat apud Imperatricem, ad quam confugerat etiam *Severus*, qui utpote hæreticus Imp. *Juſtini* juſſu a ſuo Antiochiæ Patriarchatu pulſus, apud Imperatricem inſtabat, ut in eodem reintegraretur.

64. Hiſce proinde ita ſe habentibus Legati inter ſe deliberarunt, quomodo in aula ab Hæreticis dominata ſeſe gererent. *Sabinus* nihiloſecius minime de pietate diffitebat Imperatoris, qui cæteroquin propenſus ſeſe exhibebat ad religionem tuendam. Idcirco in eo totus erat Sabinus, ut eum ſibi in dies amplius devinceret, ne ad hæreticorum partes ſe allici & pertrahi pateretur. Sed certe plurimum eniti debuit, ne animum deſponderet. Imperator enim, qui ad nutum ſuæ pendebat uxoris, eodem plane tempore & anno publice omnibus teſtari voluit, *Imperatricem Theodoram* conjugem ſuam ab intimis ſuis conſiliis eſſe. Qua de re talem eam proclamare decrevit Novel. VIII. *Omnes nobis tit. 2. ut Judices ſine quoquo ſuffragio fiant*, *apud* Gothofredum *Tom. 2. pag. 510. cap. 1.* his verbis: *Hæc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem conſilii ſumentes eam, quæ a Deo data eſt nobis reverendiſſimam CONJUGEM, & tuæ celſitudini cauſam communicantes, & quædam etiam a tuo ſumentes conſilio, ad hanc ſacram venimus legem, per quam ſancimus &c.* Unde Legati probe inſpecto graviſſimo tractandæ religionis cauſæ diſcrimine, Summum Pontificem de eo certiorem fecerunt. Sed nihil prorſus ab ipſo, vel auxilii vel conſilii excipere potuerunt, quippe Pontifex majoribus periculis, anguſtiiſque premebatur.

Gothofred. Cod. Juſtin. tom. 2. pag. 510.

65. Etenim hoc eodem anno Dux *Beliſarius* triumphans Conſtantinopolim redierat ex Africa, e qua Wandalos fugarat, ideoque Conſul creatus. Hic ſtatim potentiſſimo ſtipatus exercitu in Italiam miſſus fuit, ut ab ea *Gothos* ejiceret. Illico Sicilia potitus, Rex *Theodatus* utpote natura timidus pacem petiit ab Imperatore. Ea non impetrata hæc feciſſe teſtatur *Liberatus* Diaconus *Quo tempore Theodatus Rex Gothorum ſcribens ipſi Papæ, & Senatui Romano* (Ravennæ enim degere conſuevit) *interminatus non ſolum Senatores, ſed & uxores, & filios, filiaſque ſe gladio interempturum, niſi egiſſent apud Imperatorem, ut deſtinatum exercitum ſuum de Italia ſubmoveret. Sed Papa pro eadem cauſa legatione ſuſcepta, Conſtantinopolim profectus eſt.* Iter hoc ſuſcepit Pontifex an. ſeq. 536., cumque pecunia careret, qua itineris, alioſque neceſſarios ſumptus facere poſſit, ſacra oppignorare vaſa coactus fuit. Quæ circumſtantia ad nos derivata eſt ex quadam *Caſſiodori* epiſtola, in qua *Regis quæſtoribus* ſeu Theſaurariis mandat, ut *ſacra vaſa S. Petri Baſilicæ, reſtituerent.*

Liberat. in Brev. c. 2.

Caſſiodor. lib. 12. epiſt. 20.

66. Aliæ hujus S. Agapeti itineris circumſtantiæ prorſus ignorantur. *S. Greg. M.* de miraculo ab ipſo patrato tantummodo mentionem facit. Unde merito conqueritur *Baronius*: *Utinam totius peregrinationis Agapeti extarent ſcripta diaria, ex quibus noſtri eſſent Annales locupletandi. Verum de* reli-

S. Greg. M. Dialog. lib. 3. cap. 3.

Baron. ad ann. 535. §. 14.

G 2

Digitized by Google

reliquis ab rebus geſtis in via quouſque Conſtantinopolim advenit, altum ubique ſilentium. Nec proinde ſcire poſſumus, quid egerit *Sabinus* hac occaſione *Princeps Legatorum* exiſtens; Facile tamen ex his, quæ poſtea acciderunt, conjici poteſt, quod apud Imp. inſtiterit, ut Pontificem debito honore exciperet; quod proximos accerſerit Epiſcopos, ut Pontifici præſto eſſent: itemque quod una cum aliis Legatis Pontificem in itinere præoccuparit, eumque de graviſſimis *Auguſtæ* auſibus & ſceleribus, & præcipue de *Anthimo* in Patriarchatum intruſo certiorem reddiderit. Eapropter Summus Pontifex Conſtantinopolim ingreſſus. *Primum quidem*(verba ſunt *Liberati* Diaconi hæc narrare pergentis) *bonorifice ſuſpiciens directos ſibi ab Imperatore, ſprevit tamen Anthimi præſentiam, eumque ad ſalutandum ſuſcipere noluit. Deinde viſo Principe, cauſam agebat legationis ſuſceptæ. Imperator autem pro multis fiſci expenſis ab Italia deſtinatum exercitum avertere nolens, ſupplicationes Papæ noluit audire. At ille*(quod Summum fuit) *Legatione Chriſti fungebatur*.

Liberat. Diac. in Brev. c. 21.

67. Pontifex igitur cum videret, ſe in pace tractanda operam perdere (reſciverat namque Imperator, *Beliſarium* jam Campaniam felicem occupaſſe, *Neapolimque* obſediſſe, id quod magnum exhauſit auri pondus) idcirco animum adjecit *ad cauſam religionis* cum Imperatore amice blandeque peragendam. Tantumque valuit, ut tandem omnia e ſententia evenerint, & ad Fidei decus & emolumentum ceſſerint. Nequicquam proinde obſiſtente Imperatrice, tractatus, minaſque in irritum adhibente, *Anthimum* Patriarchatu Coſtantinopolitano, & Epiſcopatu Trapezuntino ſpoliavit, illique magni Hoſpitalis *Præpoſitum* ſubrogavit *MENNAM* vocatum, quem ſana doctrina optimiſque præditum moribus Legati cognoverant. Haud parum profecto elaborandum fuit, ut ad hæc Imperator annueret, atque inſimul, ut e medio tollerentur quædam controverſiæ ipſum inter, & Pontificem exortæ, quæ narrantur ab *Anaſtaſio*, qui demum ita concludit: *Tunc piiſſimus Auguſtus Juſtinianus gaudio repletus, humiliavit ſe Sedi Apoſtolicæ, & adoravit Beatiſſimum Agapetum Papam: Eodem tempore ejecit Anthimum a Communione, & expulit in exilium. Tunc piiſſimus Auguſtus Juſtinianus rogavit Beatiſſimum Papam Agapetum, ut in locum Anthimi Epiſcopum Catholicum conſacraret nomine Mennam*.

Anaſtaſius Biblioth. in Agapito.

68. Inde Pontifex Severum Pſeudo-Patriarcham Antiochenum, ejuſque aſſeclas in excommunicationem prolapſos eſſe declaravit: demum, poſtquam Encyclicas, quas *Baronius* refert, literas ad Epiſcopos dediſſet, multaque alia præclara opera pro Catholica religione præſtitiſſet, univerſæ carnis viam ingreſſus corona juſtitiæ in cœlis donatus eſt, ut ſubdit *Baronius*: *Sed quid interea, peccatis exigentibus populi, funeſtum accidit? Cum jam omnia iſta ab ipſo facta eſſent, impleſſetque in omnibus partes ſuas, ſanctiſſimus Agapetus ex hac vita migravit: tamquam omnibus abſolutis, ad quæ miſſus erat, poſt opus vocaretur ad præmium*. Antequam vero diem obiret extremam *Agapetus* Legatis accitis ampliſſimis Apoſtolicis facultatibus eoſdem munivit, Sabinumque eorum ducem & *Principem* conſtituit, ſive verius confirmavit. Hic proinde poſtquam ſuprema debitaque defuncto Pontifici officia perſolviſſet ea magnificentia, quæ in Codice Vaticano à ſæpius laudato *Baronio* relato deſcribitur, inſidias, quæ in Catholicam religionem ſtruebantur, feliciter detexit.

Baron. ad ann. 536. §. 54.

69. Conſtantinopoli namque ea tempeſtate morabatur *Vigilius* Cardinalis, qui Pontificatus ambitione poſt *Bonifacii* obitum Eccleſiam vehementer perturbaverat. Hæreticorum deinde favore cum in gratiam ſeſe inſinuaſſet

Baron. ad ann. 531. §. 2.

Impe-

Digitized by Google

Imperatricis hæc, quæ a *Liberato* Diacono referuntur, effecit: *De Agapeti deceſſu audiens Romana Civitas, Silverium Subdiaconum Hormiſdæ quondam Papæ filium* (haud dubium ex legitimo matrimonio, ante ſuſceptum, alias enim ad tantæ dignitatis gradum prorſus fuiſſet inhabilis) *elegit ordinandum. Auguſta vero vocans Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri ſibi ſecreto ab eo flagitavit, ut ſi Papa fieret, tolleret Synodum, & ſcriberet Theodoſio Alexandrino Epiſcopo hæretico, Anthimo, & Severo, & per epiſtolam ſuam eorum firmaret fidem, promittens dare ei præceptum ad Beliſarium, ut Papa ordinaretur & dari centinaria ſeptem. Lubenter ergo ſuſcepit Vigilius promiſſum ejus, amore Epiſcopatus, & auri: & facta profeſſione, Romam profectus eſt, ubi veniens invenit Silverium Papam ordinatum: Quin & Ravennæ reperit Beliſarium in eadem Urbe ſedentem, eamque obtinentem.* (*Liberat. in Brev. c. 22.*)

70. Hujuſmodi igitur Imperatricis literis munitus e Conſtantinopoli diſceſſit Vigilius. Interea ſtatim ac Pontifex occubuit, *Sabinus* extemplo habuit cum cœteris Legatis Congregationem, in qua unanimi conſenſu & ſuffragio decretum fuit, ut *Concilium indiceretur* & perageretur cum Epiſcopis, qui ad 50. in Civitate numerabantur, in eoque præeſſet *Mennas* Patriarcha Vicarii Apoſtolici facultatibus inſtructus, non ſecus ac Pontifex morti proximus edixerat & mandaverat, *Sabinoque communicaverat*. Eo enim modo facile aſſequi poterat, ut Orientalis Eccleſia, *Mennam* agnoſceret Patriarcham, & *S. Agapeti* Decretis ſe ſubmitteret. Conſilium Sabini nedum Legati, verum ipſe probavit Imperator. Hinc factum fuit, ut illico congregaretur Concilium, cujus Acta apud *Labbeum* reperiuntur, & hæc in actione prima leguntur „ Poſt Conſulatum Flavii Beliſarii clariſſimi, ſexto nonas „ Majas, indictione decimaquarta, in Deo amantiſſima & imperiali Civi„ tate Conſtantinopoli nova Roma, præſidente Domino Noſtro Sanctiſſimo „ ac Beatiſſimo Archiepiſcopo & Patriarcha Menna; in meſaulio dytico ve„ nerabilis domus Dominæ noſtræ Sanctæ & glorioſæ Dei Genitricis & ſem„ per Virginis Mariæ, quæ eſt prope Sanctiſſimam magnam Eccleſiam. Et „ a dextera quidem parte conſidentibus ei, & coaudientibus juxta pium juſ„ ſum Chriſto amantiſſimi, & a Deo cuſtoditi Imperatoris noſtri Juſtiniani, „ ſanctiſſimis ac Deo amantiſſimis Epiſcopis *SABINO CANUSINO*, „ Epiphanio Eclano, Aſterio Salernitano, Ruſtico Feſulano, Leone Nola„ no, omnibus ex Italiæ regione prius quidem miſſis a Sede Apoſtolica: dein„ de vero unanimiter conſentientibus, advenienti huc ſanctæ memoriæ Aga„ peto Papa antiquæ *Romæ &c.* (*Labb. Concil. tom. 5. col 963.*)

71. Inter ea, quæ tribus actionibus, in Concilio peracta fuere, *Anthimo* ſtatutum fuit tempus, intra quod Concilio ſe ſiſtere debebat, ut pœnitentiam peteret. Quo elapſo temporis ſpatio, cum ad illud venire detractaſſet; idcirco in *act.* 4. 12. *Kal. Junii Indict. xiv.* celebrata, in ipſum ſententia lata fuit, uti apparet ex ſubſcriptione *Sabini* & reliquorum Epiſcoporum:

> *Ego SABINUS Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Canuſinæ definitionem ſanctæ recordationis patris noſtri Papæ Agapiti, de perſona Anthimi quondam Trapezuntini Epiſcopi ſequendo in omnibus ſubſcripſi.* (*Labbei tom. 5. col. 1057.*)

Denique habita *act.* v. *pridie nonas Junias Indict.* xiv. abſolutum fuit Sacroſanctum Æcumenicum Concilium Conſtantinopolitanum, quod omnes ſubſcripſerunt Epiſcopi, prout ſequitur:

> *MENNAS Dei miſeratione Epiſcopus Conſtantinopolitanus diffinivi, & ſubſignavi propria manu.* (*Labbei tom. 5. col 1231.*)

Ego SABINUS Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ CANUSINÆ: in Synodo ſequens diffinitionem ſanctæ recordationis Papæ Hormiſdæ, anathematizans, atque condemnans Severum & ejus impia ſcripta, & Petrum quondam Apamiarum Epiſcopum, & complices eorum, atque ſequaces, necnon & Zoaram, vel communicatores eorum, & in eodem errore permanentes, ſubſcripſi.

Ego Epiphanius *Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Aſculanæ.*

Ega Aſterius *Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Salernitanæ.*

In nomine Domini Jeſu Chriſti Leo *Epiſcopus Eccleſiæ Nolanæ.*

Ego Ruſticus *Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Feſulanæ.*

Teophanes *Diaconus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ.*

Pelagius *Diaconus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ.*

Hypatius *Epiſcopus Ephesinus.*

Sequuntur ſubſcriptiones aliorum Epiſcoporum.

72. Abſoluto Concilio 4. *m. Junii*, petitaque ab Imp. diſcedendi venia *Sabinus* una cum *Legotis* ſecum deferens & S. Pontificis *Agapeti exuvias*, quæ uti in *Martyrol. Rom.* habetur, *Romæ* 20. *Septembris* reconditæ fuere, & acta Concilii ab eligendo adhuc Pontifice confirmanda, Italiam cogitavit. Quantum in tot tantiſque egregiis & immortalibus factis edendis laboraverit & perpeſſus fuerit Sabinus, ponderat ex parte ſaltem *Bolland.* his verbis: *Quin multa perpeſſus ſit aſpera, quo tempore Conſtantinopoli fuit, minime dubium eſſe poteſt, cum omnem lapidem moveret impia Auguſta, ut Mennam de Solio Epiſcopali deturbaret, atque in illud Anthimum reſtitueret. Nam ſi Vigilium Agapeti Diaconum ſpe Pontificatus induxit, ut patrocinaturum ſe Anthimo ſtipularetur; ſi Pelagium Diaconum perpulit, ut intercederet ne S Silverius Papa Patara, qua erat a Beliſario relegatus, Romam remitteretur, quemadmodum ſcribit* Liberatus in Breviario cap. 22. *quas non illa machinas admoverit, quos non intentaverit terrores, quas non fraudes ac fallacias compoſuerit, ut Sabini viri graviſſimi aut ſociorum Epiſcoporum animos expugnaret? Adverſus ipſum quoque Imperatorem ſuſcipienda* Sabino *ac ſociis dimicatio fuit, una cum ipſo Agapeto Pontifice, & ante illius quoque adventum: Nam neque de lapſis ad dignitates promovendis, quod valebat, obtinere a Legatis Imperator potuit, neque de Juſtinianeæ Urbis Epiſcopo: & vero Anthimi ordinationi reſtitiſſe eos manifeſtum eſt, qui ita conſtanter deinde Mennæ adhæſerint. Qualis &c.*

Bollan. die 9. Febr. pag. 316. n. 39. tom. 2. ejuſd. menſ.

73. Omnia igitur coſtanti invictoque animo pertulit Sabinus, ne debito obſequio fraudaretur Eccleſia, cujus proinde decora & commoda vel reſtituit vel auxit. Ipſe enim inter cœteros & pluſquam cœteris adnixus eſt & præſtitit, ut de Epiſcopalibus Orientis Cathedris exturbarentur Hæretici, & in Conſtantinopolitana præſertim per tot annos pluries ab eisdem occupata, SSmus *Menna* ſubrogaretur. De hoc gaudens S. Pontifex Agapetus antequam fato cederet, hæc ad *Petrum* Epiſcopum *Hieroſolymitanum* ſcripſit: *Hac autem pro excitanda veſtræ conſpiritualitatis lætitia ſignifico, quod Mennam fratrem & Coepiſcopum noſtrum, virum multis laudum modis ornatum, prædicta Conſtantinopolitana Eccleſia Epiſcopum ſuſcepit: cui licet præter cæteros Sereniſſimorum Imperatorum electio arriſerit, ſimiliter tamen & totius Cleri, ac populi conſenſus acceſſit, ut a ſingulis eligi crederetur. Etenim alicui neque ſcientia, neque vita fuit ignotus, ſed & fidei integritate, & ſacrarum ſcripturarum ſtudio, atque etiam piæ adminiſtrationis officio ſic prædicta viri opinio reſplen-*

Agapetus ap. Labbei tom. 5, pag. 1012.

reſplenduit, ut ipſi tardius venire videretur, quo dignus habitus erat. Et hoc dignitati ſuæ additum eſſe credimus, quod a temporibus Petri Apoſtoli, nullum alium unquam Orientalis Eccleſia ſuſcepit Epiſcopum manibus noſtræ Sedis ordinatum.

74. Judicium docti Cuperi de hac litera præſtat audire: *in Tractatu de Patriarchis Conſtantinopolitanis Diſſertat. prævia* §. 1. apud *Bollan.* Æditionis *Venetæ* de *anno* 1750. pag. 1. ibi „ *Eminentiſs. Baronius* in Annalibus Eccle- *Guillelmus Cuperus ap. Bollan. tom. 1. menſis Augusti in fine.*
„ ſiaſticis ad *annum Chriſti* 44. *num.* 12. exiſtimat, *primum Byzantii Epiſco-*
„ *pum ab Apoſtolo Petro conſtitutum fuiſſe*. Hanc opinionem eruit ex litteris
„ *Agapeti* Papæ Conſtantinopoli ſcriptis ad *Petrum* Patriarcham Hieroſoly-
„ mitanum de depoſitione Anthimi, & ſubrogatione Mennæ in Sede Cptana,
„ quæ lectæ ſunt in Concilio Cpolitano ſub Menna, & in quibus apud *Lab-*
„ *beum* noſtrum *tom.* 5. Conciliorum *col.* 47. ad commendationem Mennæ
„ leguntur ſequentia: Ex hoc dignitati ejus (Mennæ ſcilicet) additum eſſe
„ *credimus, quod a temporibus Petri Apoſtoli, nullum alium unquam Orien-*
„ *talis Eccleſia ſuſcepit Epiſcopum, manibus noſtræ Sedis ordinatum*. Et for-
„ ſitan vel ad demonſtrationem laudis ipſius, vel ad repellendos inimicorum
„ inſultus res tanta contigit; ut illis ipſe ſimilis eſſe videatur, quos in his
„ quandoque partibus ipſius Apoſtolorum primi electio ordinavit. Ex hac, in-
„ quam, *epiſtola* doctiſſimus Cardinalis primam Byzantinæ Cathedræ erectio-
„ nem *Petro* præ *Andrea* attribuit. At ſalva tanti viri pace, non video,
„ quomodo ex his Romani Pontificii verbis iſtud neceſſario ſequatur: *Aga-*
„ *petus* enim non loquitur expreſſe de Eccleſia *Cpolitana*; ſed tantummo-
„ do ſimpliciter dicit, quod *Orientalis Eccleſia a temporibus Petri Apoſtoli*
„ *nullum alium unquam acceperit Epiſcopum a Romanis Pontificibus ordina-*
„ *tum*. Dum igitur aſſerit, *Mennam* eſſe ſimilem illis, quos in his quan-
„ doque partibus princeps Apoſtolorum ordinavit, id juxta antecedentem
„ expreſſionem commode de partibus Orientalibus intelligi poteſt. Unde
„ ſi *Petrus* in *Ponto*, *Bithyniæ*, aliiſve Regionibus Orientalibus, ubi Evan-
„ gelium prædicavit, quoſdam Epiſcopos conſecraverit, vera eſt *Agapeti*
„ aſſertio, quamvis *Byzantium tribus primis Eccleſiæ ſæculis nondum Epiſco-*
„ *pali dignitate fulgeret*. Adde, quod ex nullis antiquis monumentis pro-
„ bari poſſit, *Petrum* aliquando veniſſe *Byzantium*; etſi alia iſtius Apoſto-
„ li itinera uſque ad ejuſdem Romanam commorationem *a Luca in Acti-*
„ *bus Apoſtolorum*, vel a veteribus auctoribus deſcribantur „ Juxta hæc itaque
majus decus & gloria accedet *Sabino*, qui utpote Legatorum Princeps præ omnibus adlaboravit, ut *jus Epiſcopos Orientalis Eccleſiæ conſecrandi Sanctæ Sedi Apoſtolicæ Rom. reſtitueretur*.

§. IV.

S. Sabinus Italiam redux S. Placidum Canuſii excipit, indeque Romam pergit.

75. Prudentia & Juſtitia, quæ inter cæteras *Sabini* virtutes mirum in modum eminebant, illum adduxerunt, ut, Concilio ſicut ſupra dictum fuit *die* 4. *m. Junii* abſoluto, ſtatim una cum Legatis Conſtantinopoli ſolveret,

Digitized by Google

veret, relicto tamen ibi *Pelagio* Cardinale, qui apud Imperialem aulam Apoſtolicæ Sedis Apocryſarii, ſeu Nuntii munus obiret. Etenim optimum facto duxit evadere perfidorum hæreticorum inſultus, quos dura officii ſui implendi neceſſitate coactus ſatis ſuperque hactenus pertulerat, atque inſimul valde congruum exiſtimavit, Corpus S. Pontificis Agapeti quantocius inde efferre, ne eorumdem hæreticorum contumeliis amplius pateret expoſitum. Demum par æquumque omnino erat, ut S. Epiſcopus ad ſuam rediret Diœceſim, rebuſque in ea compoſitis, Romam contenderet, ut novo Summo Pontifici rationem rerum ab ſe geſtarum redderet, eique Concilii exhiberet acta, quæ ab eodem confirmanda erant. Eapropter propitium navigandi tempus *menſe Junio* nactus Italiam verſus vela fecit, Baruliquе pilæ (ubi ad hanc uſque diem Tabellarii e Conſtantinopoli unoquoque menſe adveniunt) appulſus una cum Legatis Canuſium ſe contulit. Hic cum eiſdem Legatis congreſſu habito deliberatum fuit, ut Romanum iter differretur tum ob maximos illius tempeſtatis calores, tum ob tumultus novi Pontificis creandi cauſa Romæ exortos. Eo vel magis, quod eodem plane tempore Gothi, *Theodato* eorum rege trucidato, *Vitigem* ad Italiæ ſolium evexerant, & dux *Beliſarius* poſtquam per 20. *dies Neapolim* obſediſſet, in eam demum *aquæductu* ſeſe inſinuaverat, omnia terroribus cladibuſque complens, quæ ſingula d. *anno* 536. eveniſſe probat *Pagius* in notis ad *Baronium ad an* 537. *num.* 1.

Pagius ad Baron. ann. 537. n. 1.

76. Quocirca Legatis in ſuas Diœceſes profectis, *Sabinus* opportunam nactus eſt occaſionem ſe ab exantlatis laboribus aliquantulum relevandi, magnumque certe ſolatium & allevamentum cœpit in excipiendo, tractandoque Canuſii *S. Placidum* Monachum S. Patriarchæ *Benedicti* diſcipulum dilectum. Hic enim e monte Caſſino diſceſſerat, ut ſui Magiſtri juſſa facturus pergeret *Meſſanam*, ibique Cœnobium conſtrueret pingui *Tertulli* ſui genitoris hæreditate. Gordianus, qui itineris ſocius illi fuit, & itinerarium confecit, ſcribit, eumdem per aliquod temporis ſpatium apud *Germanum* Benedicti amicum *Capuæ* diverſatum fuiſſe, ibique plura perpetraſſe prodigia, quorum fama *Campaniam felicem* longe lateque pervaſerat. Inde vero profectus *Via Appia* recta incedere nequivit: undequaque enim ab infirmis afflictiſque accitus, ut ab eo gratias & auxilia obtinerent. Qua de re e *Via* declinavit, aliudque longius iter aggreſſus ad Urbem *Calatiam* vulgo *Cajazzo* (quamquam *Calatium* ſeu *Caliciam* ſcribendum eſſe perperam ſuſpicatur Canonicus *Michael Monachus*, *alias*, inquit *S. Placidus devium & longiuſculum feciſſet iter*,) demum Beneventum apud *S. Marcianum Epiſcopum* pervenit. Ea in Civitate diutius commoratus eſt; cumque ubique multa ederet mirabilia, frequentiſſimi undique ad illum egentes ex remotis etiam locis, confugiebant certam ab eo ſuis neceſſitatibus opem impetraturi.

Surius de S. Placido m. 5. Oct. tom. 5.

Monachus in Sanctuar. Capuano pag. 330.

77. Hinc demum *Placidus* etiam profectus minime ambigendum, quin aliquot dies impenderit, ut iter conficeret, *Canuſiumque* veniret. *Gordianus* quidem haud potuit in ſuo itinerario referre dies, quæ, vel iter facientes, vel apud aliquem diverſantes, decurrebant. Nihilominus ſingillatim literis conſignavit, non amplius, quam *tres dies* apud *Sabinum* manere *Placidum* potuiſſe: minime omittens deſcribere etiam mutui amoris officia & ſignificationes, quibus certatim ſe proſequuti ſunt, & mira a Placido ibi quoque effecta commemorans. Hoc ſolum ſilentio præterivit, quod fama accepimus, nempe Sabinum præſtitiſſe, ut *Placidus primarium poneret lapidem illius S. Benedicti Monaſterii*, quod ipſe poſtea erigendum curavit ea amplitudine, & ma-

& magnificentia, quam ſuperſtites adhuc parietinæ & rudera ſatis indicant atque demonſtrant. *Eccleſiam* vero hujus *Cœnobii* in honorem Sancti *Pueri & Martyris Quirici* Deo dedicare voluit, ut juvenili *Placidi* fundatoris ætati alluderet. De hoc Monaſterio loquitur *Leo Oſtienſis* dum dicit. *In Cannſio vetere Eccleſiam S. Benedicti, & Molendinum, & Curtes.*

De S. Quirico in Martyrol. Rom. die 16. Junii. Leo Oſtienſ. Chron. Caſſ. lib. 1. cap. 60.

78. Hoc eodem anno *menſe Septembri* æſtatis caloribus mitigatis atque remiſſis, certo affirmare poſſumus, *Sabinum* Romam perrexiſſe, cum minime dubitetur, quin 20. ejusdem menſis ibi ſepulturæ mandatum ſit *Corpus S. Agapeti*, cujus translatio ea die in *Martyrol.* memoratur. Ea igitur in Urbe exiſtens *Sabinus* veroſimile uobis videtur, quod quidquid auctoritatis & exiſtimationis haberet (quod certe erat plurimum) interpoſuerit, ut motas propter *Silverii* electionem controverſias ſedaret. Hiſtorici enim, qui multum in hujus electionis tempore ſtatuendo laborant, referunt, quod accepto Romæ *S. Agapeti obitus Nuntio* elapſis ab illo *diebus* 24, uti ſcribit *Anaſtaſius Bibliothecarius*, aut 30., *vel* 28. aut demum 47. uti *Pagius* affirmat, *Silverius 6. Junii* Pontifex electus fuerit. Sed quia electio hujuſmodi vi a Rege *Theodato* facta fuerat, nec ſimoniæ ſuſpicione vacabat, idcirco Clerus Populusque Romanus *Silverium* ut verum legitimumque Pontificem agnoſcere detrectabat. Eapropter habita prius matura diuturnaque deliberatione, ut ſcandala, & offenſiones ſubmoverentur, Clerus Romanus prudentiſſime ſeſe gerens, uti ait *Baronius*, eumdem *Silverium* canonice & legitime Pontificem elegit. Id quod 10. *Decembris* ejusdem anni 536. contigiſſe putat memoratus *Baronius*. Obiter hic notare non gravabimur, quod hic fuit ille *Silverius*, qui *anno* inſeq. 537. *martyrio* glorioſo vitam finivit: Ex Pontificio quippe ſolio a *Vigilio* Antipapa dejectus juſſu *Beliſarii*, qui Romam occuparat, *Pataram in Cilicia* amandatus fuit, inde *Pontiam in Inſulam* relegatus, inedia conſumptus occubuit.

Martyrol. Rom. die 20. Septemb.

Pagii ad Baron. ann. 536. n. 120.

Baron. ad an. 536. §. 122.

Franc. Pagi Brev. R. P. tom. 1. pag. 133.

79. Poſtquam igitur *Silverius* uti verus Pontifex ab omnibus agnitus fuit (id quod ſicut ſupra innuimus Sabini præſertim opera, & auctoritate factum fuiſſe exiſtimandum eſt) certo affirmare poſſe nobis videtur, quod idem *Sabinus* ſtatim Pontifici *legationis ſuæ* rationem reddiderit, eique *acta Concilii* exhibuerit, ut ab ipſo approbarentur. Inde conſtitutis cum Pontifice omnibus ad Eccleſiam pertinentibus (in quibus quidem neminem ille melius conſulere poterat, quam *Sabinum*, utpote in iis diu, multumque verſatum,) acceptaque Pontificia benedictione, ad ſuam rediit Diœceſim, ut in ea *Natalitia Domini noſtri* ſolemnia celebraret. Hic vero cum Bollando merito aſſerimus: *Dum ad ſuos Roma revertitur Sabinus, haud dubium quin Caſſinum ad S. Benedictum Abbatem diverterit, quo cum illi ſingularis erat familiaritas.* Immo addendum nobis videtur, quod hac occaſione, quæ Sabinus de *Placido* ſuo dilecto diſcipulo noverat, omnia *Benedicto* retulerit. Id quod etſi firmis documentis, conjecturiſque fulciatur, tamen a *Boll.* impugnatur hiſce verbis:

Bollan. in Vita S. Sabini §. 51.

80. „ Abſoluta tandem Synodo, cujus *quinta Actio* habita reperitur *pridie Nonas Junias* poſt conſulatum *Beliſarii Indict.* 14. anno *Chriſti* 536.
„ cum jam, ut veroſimile eſt, allatus eſſet de *Silverii* creatione nuntius;
„ reverſi ſunt in Italiam, qui ab *Agapeto* Conſtantinopolim miſſi fuerant,
„ ibique poſt ſuum deceſſum tantiſper ſubſiſtere juſſi Legati *Sabinus* cæte-
„ rique Epiſcopi, *Pelagio Diacono* iſthic remanente, niſi fortaſſis & ipſi
„ quoque Epiſcopi non illico è regia Urbe abierunt: neque enim diſceſſus eo-
„ rum tempus proditur. Dum Italiam repetit *Sabinus*, in *Lyciam* deflexit,

Bollan. in Vita S. Sabini die 9. Februarii §. 7. pag. 316. tom. 2. ejusd menſis.

veret, relicto tamen ibi *Pelagio* Cardinale, qui apud Imperialem aulam Apoſtolicæ Sedis Apocryſarii,ſeu Nuntii munus obiret. Etenim optimum factu duxit evadere perfidorum hæreticorum inſultus, quos dura officii ſui implendi neceſſitate coactus ſatis ſuperque hactenus pertulerat, atque inſimul valde congruum exiſtimavit, Corpus S. Pontificis Agapeti quantocius inde efferre, ne eorumdem hæreticorum contumeliis amplius pateret expoſitum. Demum par æquumque omnino erat, ut S. Epiſcopus ad ſuam rediret Diœceſim, rebuſque in ea compoſitis, Romam contenderet, ut novo Summo Pontifici rationem rerum ab ſe geſtarum redderet, eique Concilii exhiberet acta, quæ ab eodem confirmanda erant. Eapropter propitium navigandi tempus *menſe Junio* nactus Italiam verſus vela fecit, Baruliqne pilæ (ubi ad hanc uſque diem Tabellarii e Conſtantinopoli unoquoque menſe adveniunt) appulſus una cum Legatis Canuſium ſe contulit. Hic cum eiſdem Legatis congreſſu habito deliberatum fuit, ut Romanum iter differretur tum ob maximos illius tempeſtatis calores, tum ob tumultus novi Pontificis creandi cauſa Romæ exortos. Eo vel magis, quod eodem plane tempore Gothi, *Theodato* eorum rege trucidato, *Vitigem* ad Italiæ ſolium evexerant, & dux *Beliſarius* poſtquam per 20. *dies Neapolim* obſediſſet, in eam demum *aquæductu* ſeſe inſinuaverat, omnia terroribus cladibuſque complens, quæ ſingula d. *anno* 536. eveniſſe probat *Pagius* in notis ad *Baronium ad an* 537. *num.* 1.

Pagius ad Baron. ann. 537. n. 1.

76. Quocirca Legatis in ſuas Diœceſes profectis, *Sabinus* opportunam nactus eſt occaſionem ſe ab exantlatis laboribus aliquantulum relevandi, magnumque certe ſolatium & allevamentum cœpit in excipiendo, tractandoque Canuſii *S. Placidum* Monachum S. Patriarchæ *Benedicti* diſcipulum dilectum. Hic enim e monte Caſſino diſceſſerat, ut ſui Magiſtri juſſa facturus pergeret *Meſſanam*, ibique Cœnobium conſtrueret pingui *Tertulli* ſui genitoris hæreditate. Gordianus, qui itineris ſocius illi fuit, & itinerarium confecit, ſcribit, eumdem per aliquod temporis ſpatium apud *Germanum* Benedicti amicum *Capuæ* diverſatum fuiſſe, ibique plura perpetraſſe prodigia, quorum fama *Campaniam felicem* longe lateque pervaſerat. Inde vero profectus *Via Appia* recta incedere nequivit: undequaque enim ab infirmis afflictiſque accitus, ut ab eo gratias & auxilia obtinerent. Qua de re e *Via* declinavit, aliudque longius iter aggreſſus ad Urbem *Calatiam* vulgo *Cajazzo* (quamquam *Calatium* ſeu *Caliciam* ſcribendum eſſe perperam ſuſpicatur Canonicus *Michael Monachus*, *alias*, inquit *S. Placidus devium & longiuſculum feciſſet iter*,) demum Beneventum apud *S. Marcianum Epiſcopum* pervenit. Ea in Civitate diutius commoratus eſt; cumque ubique multa ederet mirabilia, frequentiſſimi undique ad illum egentes ex remotis etiam locis, confugiebant certam ab eo ſuis neceſſitatibus opem impetraturi.

Surius de S. Placido m. 5. Oct. tom. 5.

Monachus in Sanctuar. Capuano pag. 330.

77. Hinc demum *Placidus* etiam profectus minime ambigendum, quin aliquot dies impenderit, ut iter conficeret, *Canuſiumque* veniret. *Gordianus* quidem haud potuit in ſuo itinerario referre dies, quæ, vel iter facientes, vel apud aliquem diverſantes, decurrebant. Nihilominus ſingillatim literis conſignavit, non amplius, quam *tres dies* apud *Sabinum* manere *Placidum* potuiſſe: minime omittens deſcribere etiam mutui amoris officia & ſignificationes, quibus certatim ſe proſequuti ſunt, & mira a Placido ibi quoque effecta commemorans. Hoc ſolum ſilentio præterivit, quod fama accepimus, nempe Sabinum præſtitiſſe, ut *Placidus primarium poneret lapidem illius S. Benedicti Monaſterii*, quod ipſe poſtea erigendum curavit ea amplitudine,

& ma-

Digitized by Google

& magnificentia, quam ſuperſtites adhuc parietinæ & rudera ſatis indicant atque demonſtrant. *Eccleſiam* vero hujus *Cænobii* in honorem Sancti *Pueri & Martyris Quirici* Deo dedicare voluit, ut juvenili *Placidi* fundatoris ætati alluderet. De hoc Monaſterio loquitur *Leo Oſtienſis* dum dicit. *In Canuſio vetere Eccleſiam S. Benedicti, & Molendinum, & Curtes*.

De S. Quirico in Martyrol. Rom. die 16. Junii. Leo Oſtienſ. Chron. Caſſ. lib. 1. cap. 60.

78. Hoc eodem anno *menſe Septembri* æſtatis caloribus mitigatis atque remiſſis, certo affirmare poſſumus, *Sabinum* Romam perrexiſſe, cum minime dubitetur, quin 20. ejusdem menſis ibi ſepulturæ mandatum ſit *Corpus S. Agapeti*, cujus translatio ea die in *Martyrol.* memoratur. Ea igitur in Urbe exiſtens *Sabinus* veroſimile nobis videtur, quod quidquid auctoritatis & exiſtimationis haberet (quod certe erat plurimum) interpoſuerit, ut motas propter *Silverii* electionem controverſias ſedaret. Hiſtorici enim, qui multum in hujus electionis tempore ſtatuendo laborant, referunt, quod accepto Romæ *S. Agapeti obitus Nuntio* elapſis ab illo *diebus* 24, uti ſcribit *Anaſtaſius Bibliothecarius*, aut 30., *vel* 28. aut demum 47. uti *Pagius* affirmat, *Silverius 6. Junii* Pontifex electus fuerit. Sed quia electio hujuſmodi vi a Rege *Theodato* facta fuerat, nec ſimoniæ ſuſpicione vacabat, idcirco Clerus Populusque Romanus *Silverium* ut verum legitimumque Pontificem agnoſcere detrectabat. Eapropter habita prius matura diuturnaque deliberatione, ut ſcandala, & offenſiones ſubmoverentur, Clerus Romanus prudentiſſime ſeſe gerens, uti ait *Baronius*, eumdem *Silverium* canonice & legitime Pontificem elegit. Id quod 10. *Decembris* ejusdem anni 536. contigiſſe putat memoratus *Baronius*. Obiter hic notare non gravabimur, quod hic fuit ille *Silverius*, qui *anno* inſeq. 537. *martyrio* glorioſo vitam finivit: Ex Pontificio quippe ſolio a *Vigilio* Antipapa dejectus juſſu *Beliſarii*, qui Romam occuparat, *Pataram in Cilicia* amandatus fuit, inde *Pontiam in Inſulam* relegatus, inedia conſumptus occubuit.

Martyrol. Rom. die 20. Septemb.

Pagii ad Baron. ann. 536. n. 120.

Baron. ad an. 536. §. 122.

Franc. Pagi Brev. R. P. tom. 1. pag. 133.

79. Poſtquam igitur *Silverius* uti verus Pontifex ab omnibus agnitus fuit (id quod ſicut ſupra innuimus Sabini præſertim opera, & auctoritate factum fuiſſe exiſtimandum eſt) certo affirmare poſſe nobis videtur, quod idem *Sabinus* ſtatim Pontifici *legationis ſuæ* rationem reddiderit, eique *acta Concilii* exhibuerit, ut ab ipſo approbarentur. Inde conſtitutis cum Pontifice omnibus ad Eccleſiam pertinentibus (in quibus quidem neminem ille melius conſulere poterat, quam *Sabinum*, utpote in iis diu, multumque verſatum,) acceptaque Pontificia benedictione, ad ſuam rediit Diœceſim, ut in ea *Natalitia Domini noſtri* ſolemnia celebraret. Hic vero cum Bollando merito aſſerimus: *Dum ad ſuos Roma revertitur Sabinus, haud dubium quin Caſſinum ad S. Benedictum Abbatem diverterit, quo cum illi ſingularis erat familiaritas*. Immo addendum nobis videtur, quod hac occaſione, quæ Sabinus de *Placido* ſuo dilecto diſcipulo noverat, omnia *Benedicto* retulerit. Id quod etſi firmis documentis, conjecturiſque fulciatur, tamen a *Boll.* impugnatur hiſce verbis:

Bollan. in Vita S. Sabini §. 51.

80. „ Abſoluta tandem Synodo, cujus *quinta Actio* habita reperitur *pri-*
„ *die Nonas Junias* poſt conſulatum *Beliſarii Indict.* 14. anno *Chriſti* 536.
„ cum jam, ut veroſimile eſt, allatus eſſet de *Silverii* creatione nuntius;
„ reverſi ſunt in Italiam, qui ab *Agapeto* Conſtantinopolim miſſi fuerant,
„ ibique poſt ſuum deceſſum tantiſper ſubſiſtere juſſi Legati *Sabinus* cæte-
„ rique Epiſcopi, *Pelagio Diacono* iſthic remanente, niſi fortaſſis & ipſi
„ quoque Epiſcopi non illico è regia Urbe abierunt: neque enim diſceſſus eo-
„ rum tempus proditur. Dum Italiam repetit *Sabinus*, in *Lyciam* deflexit,

Bollan. in Vita S. Sabini die 9. Februarii §. 7. pag. 316. tom. 2. ejuſd menſis.

H „ ſan-

Digitized by Google

„ ſanctique Præſulis NICOLAI in *Myra Urbe veneratus eſt ſepulchrum*. Si, ut
„ habetur in appendice ad *Marcellini Chronicon*, *Indict. xv. P. C. Belliſa-*
„ *rii II. an. Chriſti* 537. *Silverium* Papam relegavit Beliſarius, & quidem Pa-
„ taram Lyciæ Urbem, quod teſtatur *Liberatus*; videri poſſet ad eum viſen-
„ dum ſolandumque iſthuc profectus *Sabinus*. At quocumque demum tem-
„ pore, *Myram* certe veniſſe traditur, ac *S. Nicolai*, ejus quondam Urbis
„ Epiſcopi, miraculis & concurſu populorum celebrem tumulum viſitaſſe,
„ ut cujus ſtudioſe imitabatur mores, ejus coram patrocinium tutelamque
„ imploraret. *Hic ergo & manantem ab ejus oſſibus ſacrum liquorem*, quem
„ nunc *Manna* Itali appellant, & quæ per eum multis mortalibus affereba-
„ tur, miratus opem, aſſiduas ad ejus tumulum preces fundebat. Quodam
„ die Deum impenſius obſecranti, ut Sancti illius Præſulis deprecatione, divi-
„ num ſibi ſuum favorem impenderet, utque in virtutis ſtudio ad obitum uſ-
„ que perſeverandi gratiam largiretur, hæc, inquam, oranti ſubito ad-
„ ſtitit *Nicolaus* itaque eum affatus eſt: *Euge SABINE, tuas Deus preces*
„ *exaudiis, inque venerationis corpori hic meo exhibitæ mercedem, hæc me*
„ *tibi juſſit renuntiare*: *In Divino uſque ad obitum cultu perſeverabis, & vi-*
„ *ta functum in Sanctorum tabulas Eccleſia te Catholica adſcribet*: *ac longo tan-*
„ *dem annorum decurſu utriuſque noſtrum reliquiæ ad unam eamdemque Urbem*
„ *transferentur, cujus ambo tutelam ſuſcipiemus*. Evenit illud tandem, alla-
„ to Barium primum *S. Sabini*, dein & *S. Nicolai corpore*. Hoc cœleſte
„ reſponſum (ex antiquis, ut arbitramur, Eccleſiæ Barenſis monumentis)
„ commemorat *Beatillus Vitæ S. Sabini c.*8. *& Hiſtoria S. Nicolai l.* 5. *c.* 23.
„ *& l.* 6. *c.* 3. ubi teſtatur quoties *Barii* Synodus provincialis habetur, cum
„ ſub finem fauſtæ de more precationes & acclamationes fiunt, Archidia-
„ conum hæc verba pronuntiare; *Glorioſos Pontifices Sabinum* & *Nicolaum*,
„ quorum memoria in benedictione eſt, celebremus; reſpondere univer-
„ ſos: Celebremus. Hinc autem ſupra diximus concludi, ſi duo fuerunt
„ Sabini, junioris aſſervari Barii corpus. Quoniam vero ad ipſum Adriatici
„ ſinus ingreſſum inſula eſt exigua, cui Saſeno apud imperitum vulgus eſt
„ nomen, eruditi S. Sabini appellant; ſuſpicatur idem *Beatillus* eo fortaſſis
„ appulſum Sabinum, atque aliquod iſthic miraculum perpetraſſe; cujus ta-
„ men fatetur apud nullum Scriptorem mentionem fieri. Cenſet quoque
„ *Sabinum*, mox ut in Italiam venit, *Romam eſſe profectum, ut S. Silverio*
„ *obitæ Legationis rationem redderet*. Id nobis haud ita certum videtur, cum
„ & turbata jam bellis Italia eſſet, ipſaque forte obſeſſa a *Vitige* Roma, ſi
„ non jam (ut innuimus) in exilium miſſus *Silverius* erat. Suæ ergo Sedi
„ redditus (jam fere octoginta natus annos ſi unicus fuit) quæ illi ſive ab *ætate*,
„ ſive ab *Apoſtolica Sede* indulgeri quies videbatur, eam ad virtutis acrius
„ ſtudium vertit, præcipue orationis ac divinarum rerum contemplationis.
„ Nunquam vinci ſe humanis obſequiis Divina liberalitas ſinit.

81. *Bollandi* dubium falſæ *Beatilli* aſſertioni nititur. Hic enim gratis aſ-
ſerit, S. Sabinum Conſtantinopoli Italiam repetentem e via divertiſſe, My-
ramque ſeſe contuliſſe: ratus, aſſerta nimirum revelatione, prætenſa Eccleſiæ
ſuæ *Barenſis* jura poſſe corroborari. Sed interim hæc affirmans Cronologiam
adeo miſcet & turbat, ut acta etiam *S. Placidi* in dubium revocandi anſam
Bollan. in Vita S. Sabini c. 5. *n.* 31. præbeat. Enim vero & ſi in eiſdem expreſſe dicatur, *S. Placidum* Caſſino
Meſſanam profectum fuiſſe *an.* 536. attamen *Bolland.* hujuſce itineris *Epo-*
cham 530. definit. Quam ſententiam tuetur quoque *Rocchus Pirrus Sicilia Sa-*
cra

Digitized by Google

cra de Eccleſia Meſſanenſi, ubi de Epiſcopo Eucarpo : Sub hoc, inquit, *Antiſtite ann. 530. D. Placidus Sanctiſs. Patriachæ Benedicti, cui ſe regendum tradiderat, Imperio miſſus Meſſanam appulit, ubi religioſæ familiæ ex præſcripto S. Benedicti inſtitutæ, Cænobium S. Joannis Baptiſtæ appellatione extra Urbis mœnia conſtruxit; in quo ipſe Placidus cum ſorore Flavia, Euthychio, & Victorino germanis fratribus, cæteriſque 33. Monachis ann. Chr. 541. die 5. Octobris pro Chriſtiana Religione à Maumuca Pyrata Hiſpano Saraceno extrema paſſus eſt. Nota hiſtoria eſt, ſatis ſit innuiſſe.*

Pir. Sicil. Sacr. Tom. 1. annot. 2. §. 3. pag. 359.

82. Doctus quidem Abbas *Pirrus* noluit ſequi itineris *S. Placidi* epocham a *Gordiano* aſſignatam, ne cenſuram incurreret. Sed hanc evitare cupiens incidit in errorem, aſſerendi nempe martyrium ejusdem Sancti ſub *Maumuca an. 541.* contigiſſe. Exiſtimatur enim hac poſtrema in re fuiſſe corrupta, & depravata acta *S. Placidi* a recentiore Scriptore, uti advertit *Baronius ad ann. 541. §. 27.* in quo Martyrium *an. 539.* aſſignat, ſicut etiam *Breviarium Romanum ſub die 5. Octobris*. Inde laudatus *Baronius* hæc de *S. Placidi* Martyrii Hiſtoria addit. *Ab auctore, qui ſub nomine Gordiani eam conſcripſit hiſtoriam, multis ipſa reperitur erroribus depravata, ut in primis quod habet hos affectos martyrio a Maumuca Duce, eodemque Agareno Pyrata miſſo ab Abdala Agarenorum Rege in Hiſpania regnante: cum non Abdala ſed Theudis, idemque non Agarenus, ſed Gothus his temporibus (ut patet ex Iſidoro & Scriptoribus omnibus) in Hiſpania regnaret. Agareni vero, ſeu Saraceni longè poſt hac tempora in Hiſpania regnare cæperunt, cum poſt Muzam Abdalazirus ſive Abdalaſſius ejus filius, captis quampluribus Hiſpaniæ Civitatibus, anno Domini ſeptingenteſimo decimoſexto Regem ſe geſſit. Sunt & complura alia apud eundem pſeudo-Gordianum, quæ & temporum rectæ rationi repugnant; & contradicunt Hiſtoricæ veritati.*

Baron. ad an. 541. §. 27.

83. Eidem tamen hiſtoriæ adamuſſim adverſatur Epocha itineris S. Placidi *ann. 533.* aſſignata per *Ughellium*, & *Sarnelli in Cronol. Epiſcoporum & Archiepiſc. Beneventanorum* poſtremus hæc habet: *S. Marciano Veſcovo* XXVIII. *circa all' anno 533. ſotto Papa Giovanni II. Nel qual tempo S. Placido Monaco, dovendo andare in Sicilia, venne prima a viſitare S. Marciano, come ſcrive Gordiano nella Vita del detto S. Placido preſſo il Surio.* At reputavit doctiſſimus *Mabillonius* præfatam Epocham nullatenus poſſe ſubſtineri: & aliam *in Annalibus Benedictinis* aſſignavit, dicens: *Hanc miſſionem anno currentis ſæculi trigeſimo ſexto contigiſſe vulgatus ejus vitæ Scriptor tradit: at, ſi Canuſii a Sabino Epiſcopo excepsum fuiſſe conſtet, biennio ante ſtatuenda eſt: ſiquidem Sabinus anno trigeſimo quinto Conſtantinopolim miſſus ab Agapeto Pontifice, anno ſequenti interfuit, ſubſcripſitque Concilio ibidem convocato, quod pridies nonas Junii abſolutum fuit.*

Sarnelli Chron. Epiſc. & Archiep. Benevent. pag. 27.

Mabillon. Annal. Benedict. tom. 1. pag. 60.

84. In tanta auctorum diſcrepantia, ſi cauſa hæc ad Suprema Romana Tribunalia deferenda eſſet, approbata certe foret *Gordiani epocha*, utpote hiſtoricæ veritati conformior. Eo vel maxime, quod opinio hæc congruit etiam *Veroſimilitudini celeris S. Sabini e Conſtantinopoli Barulum adventus per mare Adriaticum menſe Junio* ſecunda nempe navigandi tempeſtate facti. Huc accedit aliud momentum, quod *S. Placidus* haud modicum tempus *iter* faciendo veroſimilius conſumpſerit, priuſquam veniret *Canuſium*, ubi jamdiu eſſe poterat Sabinus. Porro nemo ignorat, quam frequentes & graves lites in Urbe oriantur, & agitentur ex eo nimirum, quod cum Sacri Canones impetrationem a *Papa* beneficii Titularis adhuc viventis vetaverint, interdum

Digitized by Google

accidat dubia fama alicujus beneficiati mortis Nuncium pervenire, & præten-ſorem aliquem illud beneficium a Papa obtinere. Exinde Competitoribus anſa præbetur altercandi, an collatio hujuſmodi ſubſtineatur, nec ne, ſi cum tempore collationis, nondum certi obitus nuntius advenerat. Ut tales amputarentur lites, S. Sedes providentiſſime conſuluit *Regula Cancellariæ trigeſima*, qua decrevit, *Veroſimilem notitiam* omnino ad collationem ſufficere. Hac ſuper regula, ut in cæteris doctiſſime ſcribit *Rigantius*, & ſapientiſſimi revera Magiſtri in modum, plurium Doctorum auctoritatibus recenſitis monet memoratam regulam dignam plane reputatam fuiſſe, quæ in *Pariſienſis Parlamenti* tabulis tamquam *Galliarum regni lex* referretur; & demum concludit, in *Judicis arbitrio* eſſe tempus decernere, intra quod mortis Nuntius poterat veroſimiliter pervenire. Sub num. 62. *Judicis vero arbitrio remittitur, an obitus Beneficiarii Notitia ſit veroſimilis, necne, perpenſo ſpatio itineris a loco, ubi mortuus eſt, ad locum, ubi expleta fuit collatio; itidemque conſiderato tempore æſtivo, vel hyemali, qualitate, & opulentia Proviſi, & an in loco detur facultas currendi mutatis, ſeu citatis Equis*: & ſub n. 64. *Nec conſtituenda eſt differentia inter iter maritimum, & terreſtre, nam quoquo modo veroſimiliter pervenire poteſt notitia obitus Beneficiarii, ea ſemper attendi debet pro ſubſtinenda validitate collationis Beneficii*: & ſub n. 65. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ. 71. num. 11.* ubi, *quod Notitia ab Hiſpaniis ad Urbem, ſex dierum ſpatio per iter Maritimum pervenire valuerit*.

Rigant. in Reg. 50. Cancell. tom. 3. pag. 100.

85. Hiſce itaque ita ſe habentibus judicio & prudentiæ *Lectorum* nos decernendum relinquimus utrum *veroſimile ſit*, *an Sabinus brevi Canuſium pervenerit* & fortaſſe labente adhuc *Junio*; habita prius ratione, quod Nuntius *S. Agapeti* obitus die 22. circiter *Aprilis* Conſtantinopoli defuncti, Romam, paucis interjectis diebus delatus fuerit, adeo, ut *diebus* 24. juxta *Anaſtaſium*, 47. juxta *Pagium* vix elapſis, *Silverius* conſtitutus fuerit Pontifex. Atque in hoc etiam temporis ſpatio Pontificis obitus Nuntius *Ravennam* ad Regem *Theodatum* delatus fuit, & ea evenerunt, quæ ab ipſo vi & fraude præſtita exiſtimantur, ut *Silverium* in *Petri* Solio locaret. E contra, ut Lectoribus appareat, iter *S. Placidi die* 20. *Maii arreptum Caſſino ad Canuſium* recta per 150. *circ. milliaria* incedentis *multum protractum* & *productum fuiſſe*, propterea quod variis per iter in locis moram fecerit, & veroſimile eſſe quod ille *Sabinum* jam e Cpoli regreſſum repererit Canuſium: eorum oculis ſubiiciam *compendium Itinerarii S. Placidi*, è quo miracula decerpſi, ne opus excreſceret.

Pagi ad Baron. ann. 536. §. 120.

86. *Ex Vita S. Placidi Martyris Auctore Gordiano Monacho, interpolatore Petro Diacono, eruta ex Bibliotheca Vaticana a Surio. A §. 20. ad 58.*

Apud Mabillon. ad Act. SS. Benedict. tom. 1. pag. 50. ad 62.

„ Hæc dum peroraſſet, (*Benedictus*) dedit commilitones tanti itineris „ *Gordianum*, & *Donatum*, mandans ut ita *Beato Placido* unico ſibi ac cha-„ riſſimo ſicut & ſibi eatenus in omnibus obſequerentur, oſculanſque Bea-„ tum Placidum, & benedicens, dimiſit a ſe, *anno Dominicæ Incarnationis* „ *quingenteſimo trigeſimo ſexto*. Igitur benedictionem & oſculum ſuſcipiens „ tanti Patris, *tertiodecimo Kalendas Junii* Beatiſſimus Placidus cum duobus „ famulis ſuis Gordiano, & Donato aſcenſis equis, primo diluculo iter ag-„ grediens, adveſperaſcente jam die *Capuanam pervenit ad Urbem*, *ubi be-„ nigne cum ſuis a B. GERMANO ejuſdem Civitatis Epiſcopo* ſuſceptus eſt; „ Primicerius vero ejuſdem Capuanæ Eccleſiæ, nomine *Zoſſas*, laborans „ valde peſſima infirmitate capitis, quam Medici Græco vocabulo *cephaleam* „ vocant, ubi comperit illic adeſſe Placidum . . : . . Itaque dum *B. Placidi*

ſon-

Digitized by Google

„ *ſanctitas per ora omnium volitaret*, quidam cæcus..... Inde quoque Sanctus Domini dum receſſiſſet, ac juxta Civitatem *Calatiam* (a) iter ageret, quidam languidus..... Alius interea Vir cum quartano typo graviter affligeretur..... *His porro diebus* quidam claudus vix a duobus advectus ei præſentatus eſt, qui erat mutus & claudus..... Eo quoque tempore quidam Vir ad Sanctum Domini accedens, ſupplicare cæpit, ut ad amicum ſuum, aut ipſe, aut miſſi ejus venirent. Sed quia Servo Domini fuit acceſſus difficilis, *parumper diſtulit*. *Alteraque die exoratus*, *ad eum accedere ſtuduit*..... Nam quidam Vir habens filiam mutam, cæcam & ſurdam, exponit vivum cadaver ante Sancti Viri veſtigia..... Alius præterea Romanæ Urbis incola cum peſſimum typum infirmitatis..... Quidam præterea non ignotæ gentis municeps, miſſa manu in vulnere cujusdam, tota intumuit, hinc..... Alii interea Viro dum manus contractæ fuiſſent, ad Sanctiſſimum Virum..... Quidam præterea Vir dum ſpiritu immundo acriter infeſtaretur, ad ſancti Viri..... Eo etiam tempore Viro Dei oblatus eſt languidus..... Quidam namque languidus ita capite, oculis & totis hydropis morbo tenſus erat viſceribus, ut in utris ſimilitudinem quaſi totus venter eſſet pertractus in vitalibus, & velut vitrum perluceret infecta cutis extrinſecus, qui a Medicis deſperatus ad Beatum confugit..... Vir autem Domini cum jam ad *Furcas Caudinas* (b) *propinquaret*, quidam cæcus lucem poſtulaturus ad eum acceſſit..... Quædam interea Mulier dum graviſſima infirmitate detineretur, *audita fama miraculorum* Sancti Viri, ſollicite interrogare cæpit..... *Hæc* dum *per ora circummanentium ferperent*, quidam Vir per quamplura tempora febricitans..... Poſt patratum itaque per B. Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta..... *Iisdem porro diebus quidam Vir graviter a ſpiritu immundo*.....Jam vero *ſi exequerentur miraculorum ſingula, quæ in tali præcipue floruerunt itinere, hæc ſine numero eſſent, nec eſſet modus in pagina. In quocumque enim loco ubi Placidi Beati ſe convertit præſentia*, nulla morborum generibus ejus interventu defuit medicina; quia quot ſe obtuliſſent languentium vulnera..... Cumque *iter ageret*, ſtrages dæmonum ante Placidi Beati obtutum cadebant catervatim..... Intantum enim etiam *in itinere conſtitutus*, miſerias & egeſtates aliorum relevare ſtudebat..... Tunc temporis quidam juvenis intantum fuit membrorum deſtitutus officio, ut calcanea natibus quaſi clavis inhærerent affixa, manusque ad mammillas & brachia retro hinc inde coſtis quaſi quodam glutino nécterentur, oculis quoque & auribus..... Quidam vero dum per annos quamplures manuum ac pedum, ſed & oculorum fuiſſet privatus officio, ad Placidum Patrem..... Alius quoque Adoleſcens, qui erat a renibus uſque deorſum, omnium immobilis rigiditate membrorum, itaut manibus innitens univerſum poſt ſe corpus trahens, ad inſtar vermium per terram reperet. Hic ad Sanctum..... *Per eos dies dum S. Placidi miracula per ora hominum volitarent*, Deoque ac Patri S. Benedicto Magiſtro ejus ſuper tanta prodigia gratias agerent; quidam cæcus..... Inde itaque *Placidus B. P. egrediens, Beneventum devenit, atque a S. MARTIANO* Epiſcopo ob amorem *B. P. Benedicti* cum omni reverentia ſuſceptus eſt. *Ibi itaque Vir Domini Placidus dum cum eodem S. Pontifice reſideret*, claudus quidam..... Talia dum quidam cæcus audiſſet, propinquorum manibus ad P. Placidi præſentiam ſe duci fecit..... *Fama hujus rei omnem continuo*

„ *reple-*

(a) S. Placidus e via divertit Civitatem Calatiam pergens.

(b) Sic vocant anguſtias montiũ in Valle Caudina, quæ eſt inter Abellam & Beneventum.

„ *replevit Urbem Beneventanam* . Ad tantum miraculum ruunt cuncti ob-
„ viam , cuncta regentem cum magna exultatione laudantes .
87. „ *Beatiſſimus* vero *Placidus Sanctum Martianum* Epiſcopum ſalutans
„ in oſculo ſancto , *poſt aliquos dies ad Canuſiam Apuliæ Civitatem devenit*,
„ in qua cum ingente gaudio & dilectione ob amorem *B. Benedicti a S. SA-*
„ *VINO ejuſdem Civitatis Epiſcopo ſuſceptus eſt* . Idem *S. Savinus* Epiſcopus
„ tam B. *PLACIDO* , quam & omnibus qui cum eo venerant , omnem
„ humanitatis curam exhibuit . S. autem *Savinus per tres dies B. Placidum*
„ *ſecum retinens* , dulcia invicem perennis vitæ inter ſe ferebant colloquia ,
„ & per intervalla horarum interrogabat illum de virtutibus , quas per *B. P.*
„ *Benedictum* divina exercuerat majeſtas , ſimul etiam de vita & melliflua
„ ac diſcretiſſima doctrina ejus . Interea dum iſta dicuntur , & illa referun-
„ tur , *Landulfus* quidam nomine , manum aridam & incurvatam habens ,
„ ubi comperit illuc adveniſſe Placidum diſcipulum *B.* Benedicti , flens , &
„ ejulans venit , clamavitque : Placide Virorum Sanctiſſime , adjuro te per
„ eum qui cuncta creavit , & per Magiſtri tui Benedicti ſanctum nomen , ut
„ mihi ſanitatis beneficium implores a Domino : Confido enim , quia per te
„ oſtendet in me Dominus miſericordiam ſuam . Hæc cum dixiſſet cum in-
„ genti luctu aridam manum *B. Placido* oſtendebat . Idipſum omnes qui in
„ eodem ſpectaculo erant , & qui occurrere poterant , una cum *S. Savino*
„ Epiſcopo ſuppliciter expoſcebant , rogantes eum ut pro eo omnipotenti
„ Domino ſupplicaret . At ipſe ut erat piiſſimus , ex intimo cordis trahens
„ longa ſuſpiria cum lacrymis orationem fudit ad Dominum , dicens : Deus
„ omnipotens cui nihil eſt impoſſibile , qui cœlum , terram , mare , & om-
„ nia , quæ in eis ſunt , ex nihilo creaſti , qui dediſti huic famulo tuo in bap-
„ tiſmate remiſſionem omnium peccatorum , tu hunc per merita Beatiſſimi
„ Patris noſtri *Benedicti* in priſtina incolumitate reintegrare dignare , per *Do-*
„ *minum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum* , qui tecum vivit & regnat
„ Deus in ſæcula ſæculorum . Hæc cum dixiſſet , utraque manu ſua manum
„ ejus aridam apprehendens , ait : *Sanet te Dominus Jeſus Chriſtus* , *qui di-*
„ *gnatus eſt extendere manum aridam in Synagoga* . Continuo itaque extenſa
„ eſt illius arida manus & incurvata , & priſtinæ ſanitati reſtituta eſt . S. vero
„ *Savinus* Epiſcopus tale miraculum per *B. Placidum* dum advertiſſet , glo-
„ rificabat Dominum , dicens : Gratias tibi refero cunctorum vita ſaluſque ,
„ qui B. Servo tuo Benedicto talem nutrire conceſſiſti diſcipulum , per quem
„ tibi ſigna & prodigia patrari ſit placitum . Sit nomen tuum benedictum ex
„ hoc nunc , & uſque in ſæculum . Hi autem qui præſentes erant , hoc viden-
„ tes glorificabant Deum , Patremque Sanctiſſimum Benedictum ſummis
„ adoriis extollebant , Sanctus vero *Placidus* Beato *Savino* Epiſcopo valefa-
„ ciens , & *inde iter accelerans* , poſt non multos dies devenit *Rhegium* Cala-
„ briæ Civitatem : Quem Sanctus *SISINIUS* ejuſdem Civitatis Epiſco-
„ pus ob reverentiam quam in Sanctiſſimo Patre *Benedicto* habebat , cum
„ omni diligentia ſuſcepit , duobuſque diebus ſecum retinuit . Alio ve-
„ ro die valefaciens *B. Siſinio Epiſcopo* , navem conſcendit , transfretanſ-
„ que , Farum *MESSANAM* Siciliæ devenit ad Urbem . Cumque deſcen-
„ diſſet ad terram . . . . . *Quarto vero anno* poſtquam in Siciliam S. Domini Pla-
„ cidus venerat , Monaſterium omne , una cum Eccleſia *S. BAPTISTÆ*
„ *JOANNIS* ſatis decenter in omni conſtructione perfectam , atque ab
„ *Epiſcopo ejuſdem Meſſanæ Civitatis Eccleſia dedicata eſt quinto Kalendas*
„ *Auguſti &c.* S. V.

Digitized by Google

§. V.

S Sabinus D. Benedictum Abbatem in Monte Caſſino poſtremo inviſit.

88. HAUD multum certè admirationis afferet, noſtrum *Anonymum* de *S. Sabino* ſcribere, quod: *Familiariſſime agebat etiam cum Benedicto Chriſti famulo, ad quem idem Canuſinæ Eccleſiæ Antiſtes venire conſueverat*: quoties non conſideretur, quanta difficultate S. Patriarcha abſtrahi ſe patiebatur a conſortio Dei, ut aliquantulum cum hominibus tractaret. Incredibile dictu eſt, quantum ipſius Soror *S. Scholaſtica* adniti debebat, ut ſemel tantum in anno illum aſpicere poſſet, uti refert *S. Greg. M.*: *Soror namque ejus Scholaſtica omnipotenti Domino ab ipſo infantiæ tempore dicata, ad eum ſemel per annum venire conſueverat*. Quapropter in tanta apud omnes erat veneratione, ut ipſimet *Barbari* in ejus conſpectum facie contra terram procumberent. Quod ſatis comprobat idem *S. Greg. M. l. 2. Dial.*

Anonym. ſupra n. 8. pag. 31.

89. „ *Gothorum namque temporibus, cum Rex* eorum *Totila* Sanctum Vi-
„ rum prophetiæ ſpiritum habere audiſſet, ad ejus Monaſterium pergens,
„ paulo longius ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nunciavit. Cui dum protinus
„ mandatum de Monaſterio fuiſſet ut veniret, ipſe, ſicut perfidæ mentis fuit,
„ an Vir Domini prophetiæ ſpiritum haberet, explorare conatus eſt. Qui-
„ dam vero *Spatharius* ejus *Riggo* dicebatur, cui calceamenta ſua præbuit,
„ eumque indui regalibus veſtibus fecit, quem quaſi in perſona ſua pergere
„ ad Dei hominem præcepit. In cujus obſequio tres, qui ſibi præ ceteris
„ adhærere conſueverant, comites miſit, ſcilicet *Vult*, *Rudiric*, *& Bli-*
„ *din*, ut ante Viri Dei oculos *ipſum eſſe Regem Totilam ſimulantes*, ejus
„ lateri obambularent, cui alia quoque obſequia atque Spatharios præbuit,
„ ut tam ex eiſdem obſequiis, quam ex purpureis veſtibus Rex eſſe putare-
„ tur. Cumque iſdem *Riggo* decoratis veſtibus obſequentium frequentia
„ comitatus Monaſterium fuiſſet ingreſſus, *Vir Dei eminus ſedebat*. Quem
„ venientem conſpiciens cum jam ab eo audiri potuiſſet, clamavit dicens:
„ *Pone fili, pone hoc quod portas: non eſt tuum*. Qui *Riggo protinus in ter-*
„ *ram cecidit*, & quia tanto Viro illudere præſumpſiſſet, expavit, omneſ-
„ que qui cum eo ad Dei hominem veniebant, terræ conſternati ſunt. Sur-
„ gentes autem ad eum propinquare minime præſumpſerunt: ſed ad ſuum
„ Regem reverſi nunciaverunt trepidi, in quanta velocitate fuerant de-
„ prehenſi. Tunc per ſe iſdem *Totila* ad Dei hominem acceſſit, quem cum
„ a longe ſedentem cerneret, non auſus accedere *ſeſe in terram dedit*. Cui
„ dum Vir Dei bis terque diceret: Surge, ſed ipſe ante eum de terra erigi
„ non auderet, *Benedictus Jeſu Chriſti famulus* per ſemetipſum dignatus
„ eſt accedere ad Regem proſtratum, quem de terra levavit, de ſuis acti-
„ bus increpavit, atque in paucis ſermonibus cuncta quæ illi erant ventura
„ prenunciavit, dicens: *Multa mala facis, multa mala feciſti, jam aliquan-*
„ *do ab iniquitate compeſcere. Et quidem Romam ingreſſurus es, mare tran-*
„ *ſiturus, novem annis regnans, decimo morieris*. Quibus auditis Rex vehe-
„ menter territus, oratione petita receſſit, atque ex illo jam tempore mi-

S. Greg. M. apud Mabillon. ad Act. S. Benedict. tom. 1. pag. 11.

„ nus

„ nus *crudelis* fuit. Cum non multo poſt Romam adiit, ad Siciliam perrexit, *anno autem regni ſui decimo, Omnipotentis Dei judicio regnum cum vita perdidit*.

90. Præterea *Antiſtes Canuſinæ Eccleſiæ* (*S. Sabinus*) ad eundem Domini famulum venire conſueverat, quem Vir Dei pro vitæ ſuæ merito valde „ diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu Regis *Totilæ*, & *Romanæ* „ *Urbis perditione*, colloquium haberet, dixit: *Per hunc Regem Civitas iſta* „ *deſtruetur, ut jam amplius non inhabitetur*. Cui Vir Domini reſpondit: „ *Roma a Gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus coruſcis, & turbinibus, ac terræ motu fatigata marceſcet in ſemetipſa*. Cujus prophetiæ myſteria nobis jam facta ſunt luce clariora, qui in hac Urbe diſſoluta mænia, „ everſas domos, deſtructas Eccleſias turbine cernimus, ejuſque ædificia „ longo ſenio laſſata, quia ruinis crebreſcentibus proſternantur, videmus: „ quamvis hoc *Honoratus ejus diſcipulus, cujus mihi relatione compertum eſt*, „ *nequdquam ex ore illius audiſſe ſe perhibet; ſed quia hoc dixerit, dictum* „ *ſibi a Fratribus ſuiſſe teſtatur*, hactenus *S. Gregorius M*.

91. Quonam tempore hujuſmodi Colloquium acciderit, ut inveſtigemus, oportet animadvertere, quod poſtquam *Vitiges* Rex Cpolim ductus eſt captivus, Gothi primum quidem *Theodibaldum*, ſeu *Ildibadum* deinde vero *Araricum* Regem ſalutarunt, quibus trucidatis *Totilam* cognomento *Badwillam* ſub finem *an.* 541. in Regem ſibi conſtituerunt. Hic vero ad inviſendum *Sanctum Benedictum* ſe contulit, idque contendit *Mabillonius* eveniſſe *anno* 541. quando *Procopius* ſcribit: *Cæſena deinde mox Totilas ac Petræ præſidia cæpit, & paulo poſt ſe in Tuſciam contulit; locisque in eam jam pertentatis, cum ad ſe nemo concederet, amne Tiberino tranſmiſſo, non tamen Urbis ingreſſus confinia ad Campanos & Samnites divertit*. Unde hic poſtremus *S. Sabini* ad *D. Benedictum* acceſſus in quo de *Totila Romam obſidente tractarunt*, omnino conſtituendus eſt *eo anno, quo obſedio evenit*. Id vero a *Baronio* aſſignatur, *anno* 544. *Pagius* diſſentit ſubjectis de cauſis: *Eſt hic annus belli Gothici decimus, non vero nonus; ideoque quæ Cardinalis doctiſſimus hoc anno de Sacerdotibus Arianis Roma ejectis, ex Procopio narrat, ad annum ſuperiorem pertinet. Procopius enim lib. 3. de Bell. Goth. cap. 9. ſcribit* „ Totilam, cum „ accepiſſet Romanos a Cæſarianis male haberi per litteras ad Senatum ſcriptas Romanorum animos tentaſſe, quæ nocte intempeſta in celeberrimis „ Urbis partibus affixæ in publicam notitiam venerunt. Mox Romani Duces „ ſuſpectos ſibi Arianos Sacerdotes omnes Urbe exterminarunt. His Totilas „ auditis, cum majori parte exercitus Romam verſus iter inſtituit. Imperator „ vero Beliſarium adverſus Totilam mittere neceſſe habuit, *inquit Procopius*, *ſubdens* abiiſſe hyemem, unaque annum IX. Belli Gothici „ *Quare ex Literæ anno ſuperiori a Totila ſcriptæ, & Gothicus exercitus Romam properare juſſus. Beliſarius tamen currentis Chriſti ann. initio in Italiam miſſus, exeunte ſcilicet anno* IX. *Belli Gothici*.

Murat. Annal. Italiæ ad ann. 541. *tom.* 3. *pag.* 356. *Procopius de Bello Goth. lib.* 3.

Pagius ad Baron. ann. 544. *n.* 1.

92. Hoc eodem anno 543. contigit felix tranſitus *Scholaſticæ*, & *Benedicti*, ut refert *Mabillonius*. A propoſito certe non aberraret, qui crederet, noſtrum *Sabinum* inter illos S. Abbatis diſcipulos fuiſſe, qui cœleſtes concentus & melodias audire meruerunt, quibus Angeli animam *S. Benedicti* ab ergaſtulo corporis egredientem exceperunt. Quo ſane facto *Sabinus* perenne Epiſcopis monitum, & inſigne documentum reliquit, ut aliquando ſepoſitis moleſtis regiminis curis, in aliquam ſecedant *ſolitudinem*, ubi cum religioſis homini-

Mabillon. Annal. Bened. lib. 5. *tom.* 1. *pag.* 104.

Digitized by Google

minibus ſolum de rebus ad eorum animam ſpectantibus pertractent. Quod a Sabino factitatum perſæpe fuiſſe confirmat etiam *Boll.* dum frequentes deſcribit illius acceſſus ad montem *Caſſinum*, ut pia *Benedicti* ejuſque *Alumnorum* converſatione proficeret §. 5. *n.* 31. *Sabinus Caſſinum ad S. Benedictum Abbatem divertit, quocum illi ſingularis erat familiaritas .... Et fere ſolent, qui ſanctiores ſunt Epiſcopi, Religioſorum pia inſtituta diligere ac fovere; quæ nemo averſatur aut odit Pius, niſi fortaſſis ad tempus ignorantia veri laboret.*

Bollan. in Vita S. Sabini §. 5. n. 31.

§. VI.

S Sabinus præ ſenectute cæcus evadit, & uti propheta a rege Totila veneratur.

93. PLacuit Domino *Sabinum* ſenio jam confectum luminibus orbare, ut magis eum tentaret & exerceret, atque inſimul ut ſenſibilibus mundi rebus cæcus nihil mentis ſuæ oculos amplius a Deo avertere, & evocare poſſet, ſicuti teſtatur noſter *Anonymus*: *Cum Vir Sanctus longa ſenectute fatigaretur lumen oculorum amiſerat, cui tamen Sancti Spiritus gratia mentis oculos illuſtraverat, & qui multis fuerat ſpiritualibus donis ornatus, cepit etiam cæcus ſpiritu prophetiæ videre, nec diù id latuit, tota namque Italia eum habere donum prophetiæ audivit: quod, & ab omni Populo creditum eſt fideli, gaudente, quod talem ſibi ſuis diebus Dominus conſtituiſſet Pontificem; cumque Totila Gothorum Rex ....* Quamvis autem expreſſe legatur, *Sabini cæcitatem* & Prophetiæ donum diu non latuiſſe, quippe *Totila* ſtatim ad utramque rem experiundam venit; tamen *Bollando* placuit totam invertere & miſcere Chronologiam, hæc videlicet affirmando: *Hoc ſi primo Totilæ anno accidit, cum capto muriſque nudato Benevento, ut ſupra ex Procopio retulimus, Canniſque exciſis, ut in S. Laurentii Sipontini Vita 7. Febru. dicitur, omnem ſibi Apuliam, Lucaniam, ac Campaniam ſubjecit; dicendum eſt, S. Sabinum poſt paullo quam erat Conſtantinopoli reverſus cæcum factum, ac 20. minimum an. ita probatum a Deo, & jam tum cæcum fuiſſe cum ſupra memoratam de Urbis everſione prophetiam ex S. Benedicti ore accepit.*

Anonym. ſupra n. 11. pag. 32.

Bollan. in Vita S. Sabini §. 8. n. 47.

94. Sed doctiſſimus *Muratorius Continuatoris Marcellini Conte* teſtimonium proferens contendit *Totilam an.* 542. Beneventi mœnia diruiſſe, Neapolim obſediſſe, & imperaſſe cæteras ſuas copias, ut per *Apuliam* & *Calabriam* excurſiones facerent. Fatetur nihilominus idem Annaliſta, quod: *Nella Cronologia di queſti tempi ſi trova uno non lieve imbroglio, perchè non abbiamo ſe non Procopio, che diffuſamente tratta degli affari d' Italia, e il Continuatore ſudetto, che ne va accennando alcune picciole coſe..... Pero in mezzo a queſto bujo convien camminare il meglio, che ſi può.* Qua de re clariſſimus *Aſſemanus*, ſubdit *Ego vero cum pace tantorum Virorum, plus Procopio, hac in re deferendum exiſtimo. Procopius enim res ſuo tempore geſtas ſcripſit.* Quocirca Procopii teſtimonio, & auctoritati, & nos adhæremus, & cum eo addimus, Totilam Roma potitum, pacem a Juſtiniano petiiſſe, eamque non impetraſſe: *Quibus*, verba ſunt laudati *Procopii*, *cognitis Totilas rebus, Romam in primis ad ſolum proſternere decernit, & majore exercitus parte ibidem relicta, cum reliqua adverſus Joannem in Lucanos contendere.*

Murat. Annal. Ital. ad an. 543.

Aſſeman. de Reb. Neap. & Sicil. tom. 1. pag. 67.

Procopius de Bello Goth. lib. 3.

Baron. ad ann. 547. §. 22. ubi Pagius.

95. Hæc omnia ad *an.* 547. contigiſſe putat *Baron.*, *Pagius* vero *anno antecedenti*. Quidquid ſit, in uno eorumdem annorum conſtitui omnino debet Epocha adventus *Totilæ* in *Lucaniam*, quam Provinciam Roma ille diſceſſus longe lateque devaſtavit, una cum Principe ſua Urbe *Melphi Canuſio* contermina. Anno proinde 546., *aut* 7. nemine prorſus contradicente *Totilas Beneventum* venit, inde *Sipontum*, dehinc *Cannas*, quas ſolo æquavit, uti legere eſt in actis *S. Laurent. Ep. Sipont.* ibi, *Rege Totila a loco, in quo cum Viro Dei Laurentio colloquium habuerat, cum omni ſuo exercitu moto, Cannas Civitatem deſtruendam perrexit; quam dum obſeſſam affligeret, acerrima cæde penitus eam ſubvertit, & quotquot ibi viros & mulieres invenit, partim gladio extinxit, partimque captivos ſecum duxit.*

Bollan. in Vita S. Laurentii 7. Feb. pag. 59.

96. Atque eo potiſſimum loci & temporis cum eſſet ſuperbus Totilas; utpote Canuſio proximus proprio experimento comprobare voluit, num quæ de Sabino audierat, vera erant, uti narrat *S. Greg. M.*: *Quidam enim Religioſi Viri Apuliæ Provinciæ* partibus cogniti, hoc, quod apud multo-
,, rum notitiam longe lateque percrebuit, de *SABINO CANUSINÆ*
,, *URBIS EPISCOPO* teſtari ſolent: quia idem Vir *longo jam ſenio oculo-*
,, *rum lumen amiſerat*, itaut omnimodo nil videret. Quem Rex Gothorum
,, *Totila* prophetiæ habere ſpiritum audiens, minime credidit, ſed probare
,, ſtuduit, quod audivit. Qui cum in iiſdem partibus deveniſſet, hunc Vir
,, Domini ad prandium rogavit. Cumque jam ventum eſſet ad menſam,
,, Rex diſcumbere noluit, ſed ad *Sabini* venerabilis Viri dexteram ſedit. Cum
,, vero eidem Patri puer ex more poculum vini præberet, Rex ſilenter ma-
,, num tetendit, calicem abſtulit, eumque per ſe Epiſcopo vice pueri præ-
,, buit, ut videret an ſpiritu providente diſcerneret, quis ei poculum præ-
,, beret. Tunc Vir Dei accipiens calicem, ſed tamen miniſtrum non videns,
,, dixit: *Vivat ipſa manus*. De quo verbo Rex lætatus, erubuit, quia quam-
,, vis ipſe deprehenſus ſit, in Viro tamen Dei quod quærebat invenit.

S. Greg. M. Dialog. lib. 3. cap. 5.

97. Quamvis a prædationibus & devaſtationibus, quas aliæ Civitates a Barbaris paſſæ ſunt, *libera* fuit & immunis *Urbs Canuſina*, ſolumque in eorum poteſtatem aliquandiu manſit. Id tamen in dubium revocare niſus eſt Abbas *Troylus*: *Ne' ſecoli di mezzo fù Canoſa ſottomeſſa da Totila; ma poi, eſſendo egli in Roma, ſovragiunſe in Otranto Giovanni Nipote dell' Imperatore Giuſtiniano, e la ritolſe a Goti per FORZA, al dir di Procopio*: ,, Joannes Calabro-
,, brorum animos dulci eloquio, & blanditiis Imperatori conciliavit: multa
,, illis bona tum ab ipſo, tum ab exercitu Romano ſpondens: digreſſus po-
,, ſtea *Brunduſio Canuſium occupat*, Urbem in medio ſitam Apuliæ, Brundu-
,, ſio diremptam itinere dierum quinque ad Occaſum, Romam verſus,,
Quod vero a *Pracopio* ſcribitur, *Canuſium* nempe ab *Johanne* Imperatoris duce *occupatum* fuiſſe, minime interpretari debet, armis præliiſque commiſſis id eveniſſe, adeo ut aliquid detrimenti Civitas ceperit; ſed potius omnino intelligendum eſt, Gothos ſponte eam ceſſiſſe juxta *Totilæ* mandatum, qui intuitu *S. Epiſcopi Sabini* caverat, ne præjudicium aliquod Civitati inferre auderent, uti confirmat *Anonymus*: *Unde Rex, & qui cum ipſo aderant cæpere tantum Epiſcopum, & Prophetam ſumma veneratione habere, adeo, ut qui totam Apuliam, & Calabriam, jam direptionibus devaſtabat, a Sancti Dei famuli DIŒCESI cunctos ſuos compeſceret, ita, ut nullus minima illius, & abjecta contingere auderet.*

Troyli Hiſt. Neap. tom. 1. part. 2. pag. 288.

Anon. n. 12. ſup. pag. 32.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

S. Sabinus nihil detrimenti excipit a viru ei ab Archidiacono Canuſino propinato.

98. Voluit Deus dies *Sabino* producere, ut efficacibus ſuis precibus aliquam imploraret & afferret opem afflictis, ac pene proſtratis rebus tum Eccleſiæ, tum Imperii, cum non tam illa, quam iſtud tunc maxime temporis in ſummis diſcriminibus, ac perturbationibus verſarentur. *Vigilius* namque etſi in Pontificatum intruſus, poſt *Silverii* tamen obitum canonice Pontifex electus, ea virtute & conſtantia præditus evaſit, quam omnino poſtulabat graviſſimum *Trium Capitulorum* negotium, propter quod & exilia, & alias perſecutiones ab *Juſtiniano* Imp. perpeſſus eſt: non ſecus ac *Pelagius* Papa I., qui illi *ann.* 555. ſucceſſit, ſeditque ad *ann.* uſque 559., ut ſatis conſtat ex Annalibus.

99. Noſtra vero Italia majoribus, quam uſquam, premebatur anguſtiis: quippe *Juſtinianus* revocato *Beliſario Narſetem Eunuchum* miſit, ut ab ea Gothos expelleret. Hic autem narrat *Procopius*: *Pecuniam, viros & arma ab Imperatore pro Imperii Romani dignitate conſequutus, ſumma navitate, & diligentia juſtum exercitum conſcripſerat, Romanorum Militum vim magnam ex Urbe Byzantio, Thraciaque aſciverat: multos coegerat ex Illyrico. Aderat Joannes cum ſuis copiis, & cum illis, quas Germanus ipſius ſocer reliquerat AUDUINUS LANGOBARDORUM REX, a Juſtiniano Auguſto multa pecunia, & fœderis ſanctione inductus, delectu ſuorum habito, bis mille ducentos bellatores egregios auxilio miſerat, biſque in famulatum addiderat tria pugnatorum millia &c.* Cum hac igitur fera & barbara *Longobardorum* natione *Narſes* adortus eſt *Totilam*, quem illi an. 552. non ſolum vulnerarunt, ſed etiam peremerunt. In ejus locum Gothi ſuffecerunt *Tejam*, qui omnibus copiis a Narſete etiam adortus, bello cæſus in *arvis Nuceriæ Paganorum ad Veſevi radices*, ibique miſere extinctus eſt, atque cum eo poſtremo Gothorum Rege periit quoque horum linea, & regnum.

Procop. de Bello Goth. lib. 4. c. 26.

Murat. Annal. Ital. ad an. 553.

100. Nec à Barbarorum invaſione immunis fuit *Apulia*: cum enim *anno* 555. ſeptem mille Gothi *Compſæ* Provinciæ *Lucaniæ* Urbis, quæ Apuliæ finitima eſt, ſe munierint, *Narſes* tota hyeme ſub eadem arce nihil penitus proficiendo manere debuit: vere tamen appetente *Ragnarius* illorum Dux ſagittæ ictu fortuito percuſſus interiit; qua de re Gothi ſtatim de deditione cum hoſtibus hac pactione convenerunt, ut eorum vitæ parceretur. Illi promiſſis revera ſteterunt. Sed *Narſes*, ne ipſi iterum deficerent, navibus impoſitos Cpolim miſit. Atque hic *Agatia* finem facit loquendi de *Gothis*, ſive de Italiæ *Oſtrogothis*: hac enim actione, & bellum, & ipſorum Regnum explicuit. Regnum inquam, quod 60. *annorum* ſpatio concluſum eſt, ut *Muratorii* verbis utar.

Idem ad ann. 555.

101. Cladem vero, quam Gothis intulit *Narſes*, unice Divinæ providentiæ referebat acceptam, ſed ſtatim de Longobardorum crudelitate conſcius fuit. Eapropter narrat *Procopius*: *Narſes ſucceſſu lætus* (nempe inſigni victoria adverſus Totilam, qui eo bello ceciderat) *ad Deum omnia, verum*

Procopius lib. 4 de Bello Goth. cap. 33.

utique auctorem, *referebat perpetuo*, *atque inſtantia digerebat*. *Ac primum redimere pretio voluit indignam licentiam LANGOBARDORUM*, *quos ſecum duxerat*: *quum præter alia inquinatiſſimæ vitæ ſcelera*, *obvias domus dederent igni*, *& fœminis*, *quæ ſacris ædibus ſe commiſerant*, *turpem vim afferrent*. *Quare magna pecunia donatos remiſit in patriam*. Contendit nihilominus *Camillus Peregrinus*, multos ex his Longobardis *Prædonum* in morem Samnio remanſiſſe.

Camill. Pereg. de Duc. Benev. apud Pratilli tom. 5. pag. 208.

102. Verum hiſce temporibus inter reliquas Civitates fortunatiſſima merito reputabatur *Urbs Canuſina*; quippe quæ a Barbaris unice reverita intuitu ſui Epiſcopi, quem non ſolum illi tamquam Prophetam jure venerabantur, ſed ipſimet Romani Pontifices *Vigilius*, & *Pelagius* præſertim graviſſimis de Eccleſiæ rebus conſultabant. Quapropter factum fuit, ut cum ſorti & honori maximo adſcriberetur ad Canuſinam Cathedram pervenire, in mentem *Vindemio* ejuſdem Eccleſiæ *Archidiacono* venerit omnem impendere operam, ut poſt *Sabini* mortem (a qua certe non procul aberat, utpote *centum* fere *annos natus*) a Clero Populoque ipſe Epiſcopus eligeretur. Qui hiſtoriam Eccleſiaſticam vel a limine ſalutavit, minime ignorat, quantam Cathedralium *Archidiaconi ſexto* præſertim *ſeculo* poteſtatem & auctoritatem haberent. Cum enim penes ipſos Eccleſiæ theſaurus eſſet, omnem pene Epiſcoporum juriſdictionem & poteſtatem uſurpaverant, utpote eorum *Vicarii* nati. Qua de re docte eruditeque, ut de cæteris, pertractat *Thomaſſinus*. Proinde ſuam idem Canuſinus *Archidiaconus* electionem cum Clero pepigerat. Sed videns *Sabinum longius vitam protrahere*, horrendum illud ſcelus patrare cogitavit, quod a *D. Gregorio Magno* narratur.

Thomaſſin. de Benefic. par. 1. lib. 2. cap. 19.

S. Gregor. M. lib. 3. Dial. cap. 5.

103. „ Hujus autem venerabilis Viri, (Sabini) cum ad exemplum vitæ „ ſequentium in longum ſenium vita traheretur, ejus *Archidiaconus* ambi„ tione adipiſcendi Epiſcopatus accenſus, eum extinguere *veneno* molitus eſt. „ Qui cum vini fuſoris animum corrupiſſet, ut mixtum vino veneni ei po„ culum præberet, refectionis hora, cum jam Vir Dei ad edendum diſcum„ beret, ei, præmiis corruptus puer, hoc quod ab Archidiacono ejus accepe„ rat, *veneni poculum* obtulit. Cui ſtatim venerabilis Epiſcopus dixit: *Bibe* „ *tu hoc*, *quod mihi bibendum præbes*. Tremefactus puer deprehenſum ſe „ eſſe ſentiens, maluit moriturus bibere, quam pœnas pro illa tanti homi„ cidii culpa tolerare. Cumque ſibi ad os calicem duceret, Vir Domini com„ peſcuit, dicens. *Non bibas*: *da mihi ego bibam*; *ſed vade*, *dic ei qui tibi il*„ *lud dedit*: *Ego quidem venenum bibo*, *ſed tu Epiſcopus non eris*: Facto igi„ tur ſigno Crucis, venenum Epiſcopus bibit ſecurus. Eademque hora in „ loco alio, in quo erat, *Archidiaconus ejus defunctus eſt*, ac ſi per os Epiſ„ copi ad Archidiaconi viſcera illa venena tranſiſſent. Cui tamen ad infe„ rendam mortem venenum quidem corporale defuit, ſed hunc in conſpe„ ctu æterni Judicis venenum *ſuæ malitiæ occidit* „ Hæc S. Gregorius. Eadem de Totila agnito, hauſtoque veneno & Archidiaconi morte refert aliquanto brevius *Vincentius Bellovac. l. 21. c. 66.*

104. Miraculum tam magnum & ſtupendum ideo permiſit *Deus*, primum ut clarius appareret *Sabini* virtus in adimplendo magno *Jeſu Chriſti* præcepto *de venia hoſtibus impertienda* conteſtans *Anonymus*: *Statim id quod acciderat*, *ad Domini famulum perlatum eſt*, *qui de illius nece ſatis dolens*, *eundem ingenti pietate juxta ſepulchrum ſuum ſepeliendum præcepit*. Deinde, ut *perpetuum* in *Sabino patrono provideret veneno infectos*, qui noſtris etiam temporibus

Anonym. ſup. num. 14. pag. 33.

ribus

Digitized by Google

ribus ad ſuam confugiunt Eccleſiam, & integram ſanitatis & liberationis gratiam ſtatim reportant. Antitodum omni proculdubio plane neceſſarium in *Apulia*, in qua juxta variorum auctorum ab Abb. *Troylo* collectorum teſtimonium: *Magna ineſt copia Viperarum, Phalangiorum Apulorum, omniſque* demum generis *Animalium virulentorum*.

Troylus Hiſt. Neap. tom. 1. part. 1. pag. 113.

§. VIII.

S. Sabinus ſanctiſſime moritur.

105. PRetioſam *Sabini* mortem ejus ſanctiſſimæ vitæ plane reſpondentem, monita & prædictiones ab ipſo agoni proximo factas, lacrymas a ſuis filiis fuſas, magnifica funera eidem celebrata pleniſſime deſcribit noſter *Anonymus*, qui ſolum de anno, quo mortuus, & de loco, in quo tumulatus fuit *Sabinus*, dubios nos linquit ita concludens: *Sanctiſſimus Præſul omni gloria dignus, poſt quinquaginta & duos annos, quibus ſuam ſanctam gubernavit Eccleſiam, quinto Idus Februarii ab hac luce migravit ad Dominum.*

Anonym. ſupra n. 18. pag. 34.

105. Habetur ex Actis *Sancti Laurentii Epiſcopi Sipontini* quod: *Eo quoque tempore Vir vitæ venerabilis Benedictus in Monte Caſſino floruit, Germanus in Civitate Capuana & Sabinus in Canuſina Præſulatus officium exercentes, fulgebant in Mundo, velut præclara cæli luminaria. Inter hos Pontifex Laurentius non impar illorum meritis, & opere &c.* Quod autem e vivis exceſſerint *Sanctus Germanus anno 541. & Sanctus Abbas Benedictus 543.* a *Mabillonio* refertur. *S. Laurentium* tamen obiiſſe *an.* circiter 545. *Sarnellius* gratis aſſerit; quin potius *Ughellius* affirmat, incertum prorſus eſſe ipſius tranſitus annum. Quo vero ad *S. Sabinum* omnes conveniunt hunc *longius vixiſſe quam Laurentium*; idque etiam eruere poſſumus ex his, quæ *Platina* ſcribit, illum nempe floruiſſe ſub *Pelagio I.*, qui ad ſummum Pontificatum aſcendit *an. 555.* & vitam cum morte commutavit *an. 559.*: *Ornarunt etiam Pelagii tempora ſanctitate, & doctrina Sabinus Canuſinus, Gregorius Lingonenſis, Vedaſtus Beati Remigii Diſcipulus, & Attrebatum Epiſcopus. Herculanus vero Peruſinus Antiſtes a Totila interemptus, in ſanctos refertur.*

Bollan. in Vita S. Laurentii die 7. Febr. cap. 2. §. 10. pag. 58.

Mabillon. Annal. Bened. tom. 1. pag. 84. & 105.

Sarnell. & Ughellus de Archiep. Sipont.

Platina in VV. RR. Pontificum in Pelag. 1. pag. 71.

107. Verum cum noſter *Anonymus* literis conſignaverit: *Juſtiniano Auguſto regnante multi Sancti claruere Viri, quibus Deus magnas in terris virtutes operatus eſt, inter quos Beatus, ac venerabilis Sabinus Canuſinæ Urbis Epiſcopus, cujus ſanctitas quanta fuerit &c.* ex eo occaſionem arripuit *Beatillus* firmandi *obitum S. Sabini* poſtremo Juſtiniani anno, aut initio Imperii *Juſtini an. 566.* cum ætatis ſuæ 105. numeraret Sabinus. Id quod veroſimile certe videtur, nec ullam difficultatem continere arbitror. Sed quod addit, idem auctor *Sabinum in Baſilica S. Petri Cathedrali Canuſina Sepulturæ fuiſſe mandatum*, hoc eſt, in quo *Bollandus* aliquid offendit difficultatis; cum enim *Sabinus* Gentilium invaſionem, & Civitatis depopulationem Canuſinis prædixerit, longe veroſimilius cenſet quod: *Provide* (ejus ſunt verba) *Sanctiſſimi Antiſtitis ſui corpus vel alte terra obruerunt, vel etiam alibi quam prius ſepultum fuerat abdiderunt Canuſini; ſimul defoſſa pecunia, vel ex ipſius Eccleſiæ theſauro, vel ad reſtituendum olim ſacræ, & ædis, & ſupellectilis ſplendorem collata a privatis, vel ut ea ratione tutius ſuis Dominis ſervaretur &c.*

Anonym. ſup. num. 5. pag. 30.

Beatill. V. S. Sabini cap. 11.

Bollan. in Vita S. Sabini §. 9. n. 56. pag. 319. tom. 2. menſ. Feb.

108. Non Animus mihi eſt, hic ſummis labiis celebrem diſputationem inter

Digitized by Google

ter doctos agitatam attingere, quandonam ritus inoleverit tumulandi defunctos in Eccleſiis. Quare lectores ablego ad *Diſſertationem XI.* Canonici *de Vita* in ſuo *Theſauro Antiquit. Beneventanarum*, in qua probat, ritum hujuſmodi *quarto ſæculo* jam incæpiſſe. Hoc ſolum addo, præſentem Cathedralem Eccleſiam Canuſinam, utpote unam ex illis a *Sabino* excitatis ſuum habere pavimentum marmoreum, unumquodque vero marmor 3. palmis profunditatis, nullo ibi apperente *Sepulturæ veſtigio*. Sepulturæ namque *Præpoſitorum*, *Canonicorum*, & aliorum excipiendis cadaveribus addictæ, quarum aliquæ modo cernuntur, recentiſſimæ ſunt. Porro adhuc exiſtit a latere Eccleſiæ *Cæmeterium*, præter famigeratas veteres *Catacumbas* in loco, vulgo dicto *Amapopoli* ſitas, quæ amplam literatorum ſtudiis materiam ſuppeditant. Eapropter in eam lubens deſcendo ſententiam, ut exiſtimem eo, quo Sabinus hanc extruxit Eccleſiam, tempore, viguiſſe *Theodorici* Gothorum Regis legem, quæ videri poteſt in ſuo *Edicto* impreſſo poſt *Caſſiodorum* edit. *Genev. an.* 1663. *Qui intra Urbem Romam cadavera ſepelierit, quartam partem patrimonii ſui Fiſco ſociare cogatur, ſi nihil habuerit, cæſus ſuſtibus civitate pellatur*. Ac proinde par æquumque omnino reputandum eſt, quod *Sabinus* conſueta ſua prudentia, mori & uſui Principis Urbis ſeſe accomodaverit.

Canon. de vita Theſaur. Antiq. Benev. Diſſ. 11.

Caſſiodorus n. 111. pag. 665.

109. Illud vero extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod de quamplurimis legitur Sanctiſſimis Epiſcopis, qui illis temporibus *humilitatis* gratia propriam *extra Eccleſiam* ſibi conſtruebant *Sepulturam*, quamquam lex eis minime obſtaret. Verum non multo ante S. Sabini obitum *ann.* 563. habitum fuit in Hiſpania *Concilium Bracarenſe II.* ſedente *Johann. III.* in quo decretum fuit *Cap. XVIII.*: *Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo in Baſilica Sanctorum ſepellantur; ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum Baſilicæ uſque adeo non abhorret. Nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc manet* * *Civitates, ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium Martyrum debet reverentia obtinere?* Ex quo conjicere poſſumus quod *Sabinus* adhuc *vivens* cum ſibi extruxiſſet *Sepulchrum*, juxta quod Archidiaconum, (uti ſupra *n.* 14.) tumulavit, omnino *Conciliari diſpoſitioni* ſtare voluerit, *illud* nempe *conſtruendo muris conjunctum extra S. Petri Baſilicam* reſpondentibus.

Labbei Concil. tom. 6. col. 522.

* retinent

110. Demum nulla vel leviuſcula dubitatio remanet de honoribus, quos Sacro illius depoſito præſtiterunt Canuſini, de quibus ita ſcribit *Anonymus*: *Omnis igitur Clerus, univerſaque turba, quæ ad ſanctiſſimum obitum confluxerat, multis coruſcant lampadibus, hymnis cæleſtibus Beatiſſimi Corporis obſequia proſequebatur, quouſque ſepulturæ traderetur, cuncti junctis manibus plangebant &c.* Inter tot honores merito recenſendum eſt, quod *Patritii*, qui Canuſii divitiis opibuſque florebant, juxta illius temporis conſuetudinem multam *auri argentique* copiam ſupra Sancti Cadaver effuderint. Lacrymas deinde, quas Canuſini fuderunt, nec etiam nunc abſterſerunt: *Barbarorum* enim *irruptio*, qui eorum Patriam everterunt, & *lites* poſtea *exortæ*, magnam adhuc patientiæ exercendæ materiam ipſis ſuggerunt. Verum in eo ſemper uberrimum mærori ſuo repererunt levamen, quod aſſidue præſentiſſimum & efficaciſſimum experti ſunt *Patrocinium Sabini apud Deum*, quem non amplius per ſpeciem in ænigmate, ſed ſicuti eſt modo intuetur. Eo magis, quod adhuc in hac terra a Domino peregrinans, dum quadam die ferventius oraret, audire meruerit *Angeli* hanc vocem: *SABINE, PETE A DO-*

Anonym. num. 19. pag. 34.

Beatillus in Vita S. Sabini cap. 11. pag. 96.

Digitized by Google

DOMINO, ET IMPETRABIS, cui ipſe reponens hoc ſolum ait: *Peto Domine, ut quieſcat ira tua; & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui, & erue eos de manibus inimicorum*. Eapropter cum ipſum *primarium* apud *Altiſſimum Patronum* elegerint, merito in eorum neceſſitatibus ad ejusdem confugiunt depoſitum, quod in *Cathedrali Eccleſia Canuſina* aſſervatur, cui proinde illud *Iſajæ* perbelle quadrat: *Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, & erit Sepulchrum ejus glorioſum*.

Iſaias cap. 11. 10.

CAPUT IV.

S. Winandus Epiſcopus Canuſinus.

1. IMminens deſolationis Civitatis flagellum a *S. Sabino* vaticinatum pro certo habentibus Canuſinis, peculiari Dei diſpoſitioni communiter tributum fuit, quod Presbyter *WINANDUS* nomine Epiſcopatum, ad quem electus fuerat, ſuſciperet. Quemadmodum vero Barbarorum incurſiones, quæ illo ad Epiſcopalem Sedem evecto contigerunt, in cauſa fuere, cur anguſtiis, & illorum violentiis preſſus ex hac vita migraret; ita etiam effecerunt, ut illius acta perierint. Unde præter *Traditionem* nihil reliqui habemus, quam quod refert *Bollandus*: ibi: *Libro tertio* MS. *quidam libellus Carthuſiæ Bruxellenſis: In Canuſina Civitate Sanctorum Epiſcoporum Sabini, & WINANDI*. Idque etiam exſcripſit cl. *Franciſcus Maria de Aſte Archiep. Hydruntinus* in ſuo elaboratiſſimo Opere edit. *Benevent. de an.* 1716. ſub tit. *In Martyrologium Rom. Diſceptationes*, ubi de *S. Sabino Epiſcopo Canuſii in Apulia* ſub *die* 9. *m. Febr.* erudite pertractat. Quæ autem tempore S. Epiſcopi Winandi, & deinceps VI., & VII. ſæculo advenerunt Civitati, & Eccleſiæ Canuſinæ breviter narrare pergamus.

Bollan. tom. 2. menſ. Feb. pag. 311. num. 8.
Archiep. de Aſte Diſcept. in Martyrol. Rom. die 9. Febr. lit. G. pag. 70.

§. I.

Principes Longobardi Urbem Canuſinam devaſtant.

2. HI Principes. *Longobardi a longa*, quam nutriebant, *barba* appellati primum partim *Ariani* partim *Pagani* fuerunt, deinde vero Catholicæ Religioni nomen dederunt, atque per *quadrigentos fere annos in Italia* regnarunt. Eorum tamen hiſtoria adeo implicata eſt, ut magnum vel ipſis peritiſſimis Hiſtoricis negotium faceſſat. Ideoque ea tantum hic exponere decrevi, quæ ad meam pertinent Eccleſiam, prætermiſſis omnino diſputationibus, quas ipſis doctiſſimis Hiſtoricis intactas relinquo. Obiter hic tantum moneo, quod Cronologia horum Principum a *Boll.* in *Commentar. ad S. Sabini vitam* adornata pluribus mendis, erroribuſque referta reputatur ab illuminatiſſimo *Aſſemano*, qui poſtremis hiſce temporibus hujuſmodi Hiſtoriam mirifice illuſtravit.

Aſſeman. de reb. Neap. & Sicul. tom. 1. pag. 571.

3. Atque illud in primis ſatis conſtat, quod *Narſes* ab Italia (quo *Juſtinus* Imp. *Longinum* primum Ravennæ *Eſarcham* miſit) revocatus. *His cognitis* (uti narrat *Paulus Diaconus*) valde pertimuit: *Et in tantum, maxime ab eadem Sophia Auguſta territus eſt, ut regredi ultra Conſtantinopolim non auderet. Cui illa inter cætera, quia Eunuchus erat, hæc fertur mandaſſe, ut eum puellis*

Paulus Diaconus l. 2. cap. 85.

Digitized by Google

lis in gyneceo lanarum faceret penſa dividere. Ad quæ verba Narſet dicitur hæc reſponſa dediſſe; talem ſe eidem telam orditurum, qualem ipſa dum viveret, deponere non poſſet. Itaque odio metuque exagitatus, in Neapolitanam Civitatem ſecedens, Legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans ut pauperrima Pannoniæ rura deſererent, & ad Italiam cunctis refertam divitiis poſſidendum venirent. Simulatque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum ſpecies, quarum Italia ferax eſt, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos poſſet illicere. Langobardi læta nuncia, & quæ ipſi præoptabant, gratanter ſuſcipiunt, deque futuris commodis animos attollunt.

4. Statim igitur annuit *Alboinus*, qui inter Longobardorum Reges 12. numerabatur, & *an.* 568. in Italiam deſcendit. Fines *Venetorum* ingreſſus plurimas Civitates expugnavit, & per triennium *Ticinum*, vulgo *Pavia*, obſedit. Hac demum potitus in ea Sedem fixit tamquam *primus Italiæ Rex*, Deinde vero creavit. 30. *aut* 36. *Duces* in primariis Civitatibus ab ſe ſubjugatis. Inter hos præcipui habebantur *Forojulienſis*, & *Spoletinus*, eiſque minime legitur aliquam *Neapolitani Regni Provinciam* paruiſſe. Tandem Rege *Alboino*

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 1. cap. 7. pag. 122.

an. 573. defuncto eidem ſucceſſit Rex *Clepb*, qui paulo plus anno regnavit, interfectuſque periit. Quo ſublato omnes Duces unanimi conſenſu decrevere, nullum amplius ſibi dicere & conſtituere Regem, ſed omnes *Ariſtocraticum* in morem gubernare debere. Id quod ex hac evenit Ariſtocratia præſtat audire a *Paulo Diacono* „ *Poſt cujus* (Cheph) *mortem*, Longobardi per

Paulus Diaconus c. 32.

„ *annos decem* Regem non habentes, ſub Ducibus fuerunt. Unuſquiſque „ enim Ducum ſuam Civitatem obtinebat. *Zaban* Ticinum: *Alboinus* Mediolanum: *Wallarus* Bergamum: *Alachis* Brixiam: *Evin* Tridentum „ *Giſulfus* Forum Julii. Sed & alii extra hos in ſuis Urbibus *triginta Duces* „ fuerunt. His diebus multi Nobilium Romanorum (*ideſt Italorum, qui* „ *quondam Romano erant Imperio ſubditi*) ob cupiditatem Ducum interfecti „ ſunt (*ut ſcilicet eorum opes Longorbardi Duces invaderent*) reliqui vero per „ partes diviſi. *ut tertiam partem ſuarum frugum Langobardis perſolverent*, „ *tributarii* efficiuntur. Per hos Langobardorum *Duces*, *ſeptimo anno ab* „ *adventu Alboini*, & totius gentis, *ſpoliatis Eccleſiis*, *Sacerdotibus interfectis*. *Civitatibus ſubrutis*, populiſque.. qui inſtar ſegetum excreverant, „ extinctis, exceptis his regionibus, quas *Alboinus* ceperat, *Italia* ex ma-

Aſſeman. de reb. Neap. cap. 8. n. 2. tom. 1. pag. 131.

„ xima parte capta, & a *Longobardis* ſubjugata eſt „ Subdit cl. *Aſſeman.*: *Nimirum, ſeptem illi anni, quibus Duces Longobardi in Italia graſſati ſunt, totamque pene ſubjugarunt, initium ducunt ab anno 575. ſi enim ab anno 568. Menſe Aprili annos ſeptem numeremus, ad annum 575. perveniemus: quo anno incepit Ducum Ariſtocratia, quæ quum annos decem duraſſet, deſiit anno exeunte 584. nam Authari Clephonis filius anno ineunte 585. Rex eſt inauguratus.*

Murat. Annal. Ital. tom. 3. pag. 484.

Mabillon. Annal. Benedictin. ann. 580. tom. 1. pag. 159.

Aſſeman. ibid. cap. 8.

5. Nondum inter hiſtoricos convenit, quinam in Regno *Neapolitano* penetraverint *Longobardi*. Sed omnes affirmant, maxime ab eiſdem. Interregni tempore, fuiſſe ſcelera tum in *Samnio*, tum in *Campania* perpetrata. Horum vero præcipuum fuit *depopulatio inſignis Monaſterii S. Benedicti in Monte Caſſino*, e quo vix Monachi ſe in fugam dare potuerunt, ut Romam confugerent, Ibi *Pelagius II. Monaſterium* ipſis attribuit prope *Baſilicam Lateranenſem*. Hujuſmodi everſionis epocha a *Mabillon.* firmatur in *an.* 580 Quod vero ad loca provinciaſque ab ipſis devaſtatas attinet, ſæpelaudatus *Aſſemanus* cum varia collegiſſet documenta, ut crudelitatem in Epiſcopos, Sacerdotes,

dotes, Diaconos, & Monachos ab eis exercitam oſtenderet, ex præfatis documentis inferri poſſet, eamdem ſolum in *Samnio*, & *Campania* exercuiſſe. Clariſſimus *Canonicus Mazzochius* notat, eoſdem *Neapolim* uſque perveniſſe. Nullibi vero invenio, ipſos in *Apuliam* penetraſſe, quin etiam exiſtimo, hanc provinciam, utpote *Græciæ* finitimam, optime fuiſſe munitam, ac defenſam. Ex quo ſequitur, ut etiam immunis fuerit a peſte tunc temporis graſſante, quam ſcribit *Paulus Diaconus*, *Liguriam* infeciſſe, indeque *Romam* pervaſiſſe; qua demum infectus etiam *Pelagius II.* obdormivit in Domino, eique ſubrogatus fuit Sanctiſſimus Pontifex *GREGORIVS M. an.* 590.

Mazzochius in Vet. Marmor. Eccl. Neapol. Kaland. die 29. Martii pag. 130. n. 78.

Paulus Diac. lib. 1. cap. 4.

6. Interea Duces Longobardi pertæſi *Ariſtocratiæ*, quæ incredibiles tumultus & perturbationes ciebat, *Monarchicum* revocare regimen deliberarunt, & revera *Autharim* Regem, *an.* 585. ſalutarunt. Hic autem cum *Childeberti* Franciæ Regis filiam in matrimonium nequaquam ducere potuiſſet ob bella pluries cum eodem, Orientis Imper. impulſu reſtaurata, demum Matrimonio ſibi copulavit *Theodolindam* piiſſimam & Catholicam feminam *Baveriæ* Regis natam *an.* 589. Quid vero hoc eodem anno ille geſſerit, a *Paulo Diacono* refertur: „ Circa hæc tempora putatur eſſe factum quod de *Authari* Rege
„ refertur. Fama eſt enim tunc eundem Regem per *Spoletium Beneventum*
„ perveniſſe, eandemque Regionem cepiſſe, & uſque etiam *Rhegium* ex-
„ tremam Italiæ Civitatem vicinam *Siciliæ* perambulaſſe. Et quia ibidem
„ intra maris undas columna quædam eſſe poſita dicitur uſque ad eam equo
„ ſedens acceſſiſſe, eamque de haſtæ ſuæ cuſpide tetigiſſe dicens: *Vſque hic*
„ *erunt Langobardorum fines*. Quæ columna uſque hodie dicitur perſiſtere, &
„ *columna Authari* appellari, & cap. 33.: *Fuit autem primus Longobardorum*
„ *Dux in Benevento nomine ZOTTO, qui in ea principatus eſt per curricula*
„ *viginti annorum*.

Paulus Dia. ap. Pratill. hiſt. Longobard. tom. 1. pag. 1. & 2.

7. Quod hactenus a *Paulo Diacono* audivimus, tamquam vulgi fabulam traduxit doctus *Camillus Peregrinus*. Contra quem *Aſſemanus* validis adductis documentis perſpicue demonſtrat ſtragem, quam Rex *Autharis Apuliæ*, Calabriæque intulit. Inter Apuliæ vero Civitates *Canuſina*, præſertim & prima omnium deſolata fuit: quippe quæ prima offenditur celeberrima *via Appia* venientibus, & ſatis duabus arcibus munita erat. Proinde Rex *Autharis* vix Beneventum egreſſus eam primum & tamdiu obſedit, donec ipſam vicit, debellavitque, ſolo ſtatim æquata inſigni *S. Angeli arce*, a qua ſubterranea via *9. mill.* ad aliam *arcem Montis*, vulgo (*Caſtello del Monte*) dictam adhuc extantem tranſitus erat.

Aſſeman. ibid. cap. 9. pag. 217.

8. Haud facile referri, & explicari poteſt crudelitas ab ipſo exercita adverſus S. Epiſcopum *Winandum, Clerum, & Monachos*, qui niſi *inſignia a Sacris Epiſcoporum Sepulchris* abſtuliſſent, profecto illi id effeciſſent, quod narrat *Paulus I.* R. P. *Romæ* eveniſſe: „ Igitur cum per evoluta annorum ſpatia,
„ diverſa Sanctorum Chriſti Martyrum atque Confeſſorum ejus foras muros
„ hujus *Romanæ Vrbis* ſita antiquitus *Cæmeteria* neglecta ſatis manerent di-
„ ruta; contigit poſtmodum ab impia *Langobardorum* gentium impugnatio-
„ ne funditus eſſe demolita. *Qui etiam, & aliquanta ipſorum effodientes*
„ *Martyrum Sepulchra, & impie devaſtantes; quorundam Sanctorum deprædati, auferentes ſecum deportaverunt corpora*. Ex eo tempore omnino deſi-
„ dioſe atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam
„ & (*quod dici nefas eſt*) etiam diverſa animalia in aliquantis eiſdem Sancto-
„ rum Cœmeteriis aditum habentia.

Paulus I. in Conſt. de Erect. SS. Stephani & Silveſtri ap. Baron ad ann. 573. n. 5.

K §. II.

§. II.

Eccleſiæ Canuſinæ Viſitator conſtituitur Epiſcopus Sipontinus.

9. DIvina certe providentia contigit, ut poſt hæc, quæ hactenus retulimus, ad Pontificatum maximum eveheretur *S. GREGORIUS MAGNUS* (quem unum ex quatuor Magnis Eccleſiæ Doctoribus, modo veneramur) quique proinde ſuorum temporum miſerias deplorans, ita ad ſuum Populum ajebat: *Ubique luctus aſpicimus, ubique gemitus audivimus, deſtructæ Urbes, everſa ſunt caſtra, depopulati ſunt agri, in ſolitudinem Terra redacta eſt, alios in captivitatem duci, alios interfici videmus.* Eapropter prudentiſſimum illud cepit conſilium, ut viduatis Paſtoribus Eccleſiis *Viſitatores* deſtinaret; adeoque cum *Epiſcopo & Clero orbata eſſet Eccleſia Canuſina, Viſitatorem ejuſdem conſtituit Felicem Sipontinum*, cui eam direxit epiſtolam, quam refert Abbas *Damadenus*, qui non vulgari eloquentia deſcribit deſolationem a Nobis *cap. 1. §. 2. n. 19.* memoratam.

S. Greg. M. lib. 2. hom. 6.

Baron. ad an. 591. §. 25.

S. Greg. M. epiſt. 52. ſupr. cap. 1. §. 2. n. 19. pag. 6.

10. Porro hæc epiſtola materiam præbuit docto Præſuli *Nicolai* primum *Præpoſito Canuſino*, deinde Epiſcopo Caputaquenſi, demum Archiepiſcopo Compſano, ut de *Epiſcopo Viſitatore* adornaret *Diſſertationem Romæ* 1710. prælo mandatam, qua allegatis variis ejuſdem S. Doctoris epiſtolis luculenter exhibet Jus Pontificium deputandi nimirum *Viſitatores* varias ob cauſas in *Provincia Suburbicaria*, in qua totum comprehendebatur *Neapolitanum Regnum*. Sicut vero monitos nos facit *Sarnellus*, quod *Felix* Epiſcopus *Sipontinus an. 594. obiit*, ita omnino dicendum eſſet, quod Viſitatio illi commiſſa cito finierit, quæ de *anno 591.* ipſi demandata fuit. Verum cum Urbs multum deformata eſſet, Cleroque careret, idcirco arbitror, quod ſub *Epiſcopi Sipontini viſitatione* remanſerit, donec in ea ſuus reſtitueretur Epiſcopus. Id quandonam contigerit, diſquiremus, poſtquam ea, quæ deinde in Longobardorum Regno evenerunt, breviter & ſummatim collegerimus.

Sarnellus Cron. Archiepiſ. Sipontin. pag. 78.

11. In primis igitur pro certo habetur, quod *Zoto* primus Beneventi Dux creatus, & electus fuerit a Rege *Authari an. 589.* Viam vero univerſæ carnis ingreſſus eſt idem *Zoto an. 591.*; ex quo exurgit controverſia de annis, quibus regnavit, utrum revera 20. *aut* 22. *annis* regnaverit, nec ne? *Camillus Peregrinus* ſtatuit epocham Regni *Zotonis* ab eo uſque tempore, quo aliquibus imperitabat *Longobardis, qui remanſerant ab anno 563., quando major hujus nationis pars ad eorum Patriam a Narſete remiſſa fuit*: Hanc tamen Peregrini ſententiam *Muratorius*, Viro doctiſſimo in tot aliis Hiſtoriæ articulis oculatiſſimo (cujuſmodi is fuit) indignam vocat. *Zotonis ergo primi Ducis*, juxta Chronologiam cl. *Aſſeman, Arichis ſucceſſor fuit, & per an. 50. Ducatum tenuit, hoc eſt ad annum exeuntem 640. Ajo annum 1. & Menſes 5. Radoaldus annos 5., hoc eſt ad annum exeuntem 646. Grimoaldus ejus Germanus ab anno ineunte 647. ad 662. Dux fuit, anno vero 662. Regnum Italiæ occupavit.*

Capatius in Antiquit. Neap. c. 12.

Murat. Annal. Ital. ad an. 572. tom. 3. pag. 484.

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 1. pag. 451.

12. Quo vero ad Regnum Italiæ; *Cum enim*, ait *Baronius*, *anno ſuperiori* (ut vidimus) *Autharis Rex mortuus eſſet, Reginaque Theodolinda, quam nuper acceperat in uxorem a Bajoariæ Garibaldo* (ut Paulus affirmat) *Lon-*

Baron. ad ann. 591. §. 49.

Digitized by Google

Longobardorum conceſſione Regina perſeverans, delegiſſet ſibi virum Agilulphum Ducem Tauritanum, eumdemque & nominatum Agonem, & in baptiſmate Paulum; idem Agilulphus Longobardorum Rex appellatus eſt hoc anno, Menſe Majo . . . . . Cum interea idem Agilulphus, debellatis occiſiſque illis, quos adverſarios paſſus eſſet, Regnum ſibi ſtabilivit Italiæ: exceptis enim Roma, atque Ravenna cum aliis ad eas ſpectantibus locis, univerſa Italia ab Alpinis montibus Rhegium uſque Calabriæ illi parebat.

13. Interea Sanctiſſimus Pontifex *Gregorius M.* conſiderans deplorabilem ſtatum, ad quem Italiæ, & præcipue *Apuliæ*, Calabriæque Eccleſiæ redactæ erant, qua de re hæc habet *l. 1. ep. 50.* de anno 591.: *Propter irruentem Italiæ cladem diverſos Italiæ Sacerdotes Siciliam confugiſſe*: omni ope enitebat, ut arctius ſibi devinceret piiſſimam, & Catholicam Reginam *Theodolindam*, ad quam proinde *quatuor Dialogorum librum ab ipſo an. 593.* concinnatum direxit, quo ipſa Conjugem ſuum ab Eccleſiaſticis inſectandis removeret, & ad hæreſim *Arianam*, quam profitebatur, abjurandam impelleret. Efficaciſſima omni proculdubio evaſit Reginæ interpoſitio: etenim Rex *Agilulphus* hæreſim abjuravit, *Catholicam*, ait Paulus Diac., *fidem tenuit, & multas poſſeſſiones Eccleſiæ Chriſti largitus eſt, atque Epiſcopos, qui in depreſſione & abjectione erant ad dignitatis ſolitæ honorem reduxit*: Ex tunc S. Pontifex Epiſtolam dedit menſe *Novembri indictione XII.* hoc eſt *anno 594.* ad *Cyprianum* Diaconum, eique mandavit ut *diſperſa, quæ in Siciliam detulerant Itali Sacerdotes, Eccleſiarum Vaſa colligat, ac ſumma cautione ſervet*, illaque habita notitia, *apud ſingularum Eccleſiarum Epiſcopos deponat.*

S. Greg. M. lib. 1. ep. 50.

Paulus Diac. lib. 4. cap. 6.

S. Greg. M. lib. 4. ep. 16.

14. Quod vero ad *Eccleſiam Canuſinam* ſpectat, nihil prorſus de ea legitur in S. Doctoris *epiſtolis* ab eo conſcriptis uſque ad *an. 604.*, in quo ad cœlum evolavit, præter ea, quæ habentur in ſuperius memorata epiſtola, qua ejusdem *Viſitatorem* deputavit Epiſcopum Sipontinum. Quo circa facile mihi perſuadeo, *Viſitationem Apoſtolicam perduraſſe uſque ad Civitatis Sipontinæ deſtructionem*. De qua aliquid omnino enunciandum nobis eſt, idque præſtabimus pergendo *Chronologiam Ducum Beneventanorum* ab *Arichi an. 641.* demortuo, de quo hæc poſteritati conſignavit *Paulus* Diac.: *Ad hunc Regem* (Italiæ Rotharim ſcilicet) *Archidux Beneventi filium ſuum* Ajonem *direxit; qui cum Ravennam veniſſet, Ticinum pergens, ibi ei, Romanorum malitia, talis* potio *data eſt, quæ cum mente excedere faceret, atque ex eo tempore nunquam pleni, ſanique ſenſus fuit. Igitur cum Dux Arichis, hujus, de quo diximus, pater jam maturus annis ad diem ultimum propinquaſſet ſciens filium ſuum Ajonem non recti eſſe ſenſus*, Radoaldum, & Grimoaldum *jam florem Juventutis habentes, quaſi proprios filios Longobardis qui aderant commendavit, eiſque dixit, quod melius eos regere iſti, quam Ajofilius ſuus poſſet. Defuncto igitur Arichi, qui Ducatum quinquaginta tenuerat annis*, Ajo *ejus filius Samnitum Ductor effectus eſt; cui tamen* Radoaldus, *&* Grimoaldus *ſicut ſeniori fratri, & Domino per omnia paruerunt.*

Paulus Diac. lib. 4. cap. 46.

15. Dux autem *Ajo* non amplius, quam anno, & menſibus quinque regnare potuit. Nam Populi *Sclavonici è Dalmatia* egreſſi, & portui *Sipontino* appulſi per totam *Apuliam* hoſtiliter excurrere ceperunt. Ad eos fugandos cum paucis militibus illico accurrit *Ajo*, qui miſere peremptus cecidit in *arvis Canuſinis* prope flumen *Aufidum*. *Radoaldus* vero, etſi ad *Ajoni* ſuppetias ferendum tempore opportuno pervenire neutiquam potuerit, memorandam nihilominus edidit Sclavonicorum ſtragem, eoſque incredibili virtu-

Paulus Diac. lib. 4. cap. 46.

Digitized by Google

te ab Apulorum finibus exturbavit. Inde ipſe electus fuit Beneventi Dux, quo in munere non amplius vixit, quam *quinque annos*. Fato enim ceſſit *an. 645.*, in quo ſolus regnare occepit Invictus *Grimoaldus*. Qui vix ad Solium evectus nomen ſuum immortalitati conſecravit, non ſolum ob *Leges Longobardicas* & *Rotario* Italiæ Rege conditas ab ipſo in toto ſuo dominio promulgatas, & juſſas, ſed etiam ob id, quod de eo ſcribit *Paulus Diac.*: *Qui cum eſſet Vir bellicoſiſſimus & ubique inſignis, venientibus eo tempore (anno ſcilicet 647.) Græcis ut oraculum S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano ſitum deprædarentur, Grimooldus ſuper eos cum exercitu veniens ultima eos eade proſtavit.*

Paulus Diac. lib. 4. cap. 47.

16. Hoc igitur memorabili & poſtremo prælio, cum *Sipontum* everſum, & *Baſilica S. Michaelis* deprædata fuerit, acriter inter hiſtoricos contenditur, cui nam ex duabus factionibus tantum ſcelus debeat imputari? *Comillus Peregrinus Beneventanis Longobardis* illud tribuit. *Græci* enim devotiſſimi erant, & beneficentiſſimi erga Garganicam Speluncam: adeoque minime ipſis tantum flagitium adſcribendum eſſe, ille contendit. Cl. autem *Pratillus*, & *Græcos*, & *Longobardos* ab eadem eximit noxa, quippe ambos in *S. Michaelem* pientiſſimos. Proinde hujuſmodi delictum *Sclavonicis* omnino tribuendum eſſe arbitratur. Hi enim, ut cladem, quam *an. 642.* acceperant, vindicarent, Sipontum redierunt, Angelicam Baſilicam depopularunt, eamdemque Civitatem ſolo æquarunt. Quemadmodum e *Græcis litoribus* advenerunt; *Græci* ideo nominabantur: præfatus tamen Auctor ita concludit: *Meam hanc conjecturam Eruditis expendendam relinquo, cui, ſi fortaſſe adſentiant, nec ne parum curo*. Verum enim vero hujuſmodi deprædatio *Neapolitanis* etiam tribuitur in actis *S. Laurentii* Epiſcopi Sipontini, in quibus longe poſt Angelicam Apparitionem inſertum fuit quidquid ad ſequiorem pertinebat ætatem, ideſt ad *an. 647.* Attamen ſub *Neapolitanorum nomine* accipiendi ſunt *Græci*, quibus tunc temporis *Neapolis* ſuberat. Qui demum plura hac de celeberrima controverſia ſcire avet, adeat elaboratiſſimam nunquam ſatis laudati *Aſſemani Diſſertationem* hoc titulo: *De Bello Beneventanos inter, & Græcos, deque S. Michaelis Archangeli Baſilica in Monte Gargano*.

Peregrin. Diſſ. 7. Duc Benevent.

Pratilli ad Ignot. Caſſin. n. 25. to. 1. pag. 218.

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 1. pag. 338. cum ſeq.

17. Quoniam vero *Sarnellus* refert, quod *Vitalianus Vitulinus* dictus Sipontinus Epiſcopus *an. 663.* deceſſerit, putatque eodem anno contigiſſe memoratam Siponti, & Angelici Sanctuarii deſolationem opera *Conſtantis* Imp. Hæretici *Monothelitæ*: idcirco hanc rem tantopere controverſam, quo melius fieri poterit narrare, & illuſtrare curabimus. Porro rem ita ſe habuiſſe nobis videtur. Anno 662. Dux *Grimoaldus* in Italiæ Regem conſtitutus fuit. Is autem Ducatui ſubſtituit *ROMOALDUM* natum ſuum, eique nuptui dedit piiſſimam fœminam *THEODORAM Lupi Ducis Forojulienſis filiam*. Quæ ubi Beneventum pervenit, totam ſe regendam commiſit *S. Barbato* Presbytero Beneventano. Cum autem is magnopere deteſtaretur Gentilitatis ritus a Longobardis uſurpatos, præſertim in *Serpente aureo*, & quadam *Arbore* extra Civitatis mœnia poſita variis ſuperſtitioſis modis adoranda: idcirco nihil frequentius inculcabat, & inſtantius a Duciſſa petebat, quam ut conjugem ſuum a nefandis iſtis impiiſque ſacrificiis abſterrere, & abducere conaretur. Nihil prorſus intentatum reliquit pia Matrona, ſed ob Ducis obfirmationem, perfidiamque nihil penitus profecit. Eapropter minime cum ſuo Sanctiſſimo moderatore conſulere prætermittebat, ut tandem aliquando rationem, viamque invenirent, quo prorſus deteſtabiles hi ritus abolerentur, quemadmodum in Vita *S. Barbati* legitur: *Igitur opitulante gratiæ ſpiritualis*

Sarnelli Chronol. Archiep. Sipont. pag. 78.

Digitized by Google

lis largitate, Uxor *ipſius præfati Romualt; Theodorada nomine, funditus gentilitatis errorem contemnens, verum Dominum Jeſum Chriſtum ex toto animo confitens, tota mente dilexit. Vir autem ejus, dum eſſet in ſua perfidia effrænatus &c.* Demum placuit Domino, ut pertinaces Longobardos ad officium reduceret, opportuna uti occaſione, non ſecus ac ſimilibus in rebus feciſſe conſtat. Vita S. Barbati ap. Bollan. Tom. 3. menſ. Febr. pag. 141. nu. 14.

18. Imperator *Conſtans* cum in animum induxiſſet ſuum Longobardos ad unum omnes Italia expellere, & omnino delere, atque inſimul injuriam Imperialibus armis *an.* 647. irrogatam ulciſci; ideo *Conſtantinopoli* profectus cum validiſſimo Græcorum exercitu *Italiam* venit. Per *Tarentinorum* fines ingreſſus omnem devaſtavit *Apuliam*, ad donec perveniret *Beneventum*, quod forti cinxit obſidione. *Romoaldus* interea, qui certiorem de hoc fecerat parentem ſuum Regem *Grimoldum* iter jam facientem cum potenti exercitu, ut ipſum auxiliaretur, magno quidem animo, & virtute Imperatori reſtitit, ſeſeque defendit. Unde Imperator, eum intellexiſſet Regem adventare, in fugam ſeſe dedit, & *Neapolim* primum, deinde *Romam* confugit, Sacros Sanctuariorum Theſauros per iter expilans ſecumque abducens. Verum permiſit Deus, ut *Syracuſam in Sicilia* appulſus, non ſolum ibi circiter poſt ſex annos infamem in balneo eſtlaret animam, verum etiam ut *Saraceni Africa* egreſſi poſt crudeliſſimam cladem in Sicilia editam, Theſauris Eccleſiis ablatis potirentur.

19. Interea *Romoaldus* ob victoriam de Imperialibus *an.* 663. reportatam tum *Beneventi*, tum juxta fluminis *Caloris pontem*, gloria onuſtus a *S. Barbato* aſſidue admonebatur, ut hujuſmodi victorias *Beatiſſimæ Virginis Mariæ*, quam enixe ipſe precatus fuerat, patrocinio referret acceptas: ac proinde curaret etiam, atque etiam *Paganicos* illos ritus delere, & detrimenta Garganicæ *S. Michaelis* Baſilicæ illata rependere. Veroſimile enim omnino eſt, quod Græci hac Belli occaſione arrepta, ſupremam veluti manum tum *Siponti* everſioni, tum memorati Sanctuarii deſolationi impoſuerint. Verum nihil aliud Dux præſtitit, quam ut *Barbatus in Epiſcopum Beneventanum* eligeretur, eique *cura, & adminiſtratio Baſilicæ Garganicæ* demandaretur. Ad hæc verbo, ſcriptoque *Rituum Paganicorum* abolitionem pollicitus eſt, quod revera minime executus. Tandem pia Duciſſa *Theodora* propria auctoritate, dum ille venatum aberat, *Serpentem aureum* abſtulit, illumque *Barbato* tradidit, ut in ſacra vaſa conficienda converteretur. Redux a venatione *Romualdus*, cum non amplius Serpentem aureum inveniſſet, totum perturbavit Ducatum, donec *Barbatus* Apoſtolica coſtantia eidem interroganti: *Obſecro, Pater, inſinua mihi* .... Vir Domini Barbatus reſpondit. *Tua Sereniſſima Conjux nimio mærore afflicta, eum doluiſſet hactenus de tui erroris caligine, viſitationis pro cauſſa perrexi ad illam, & inter colloquia multa meis dictionibus conceſſit Simulachrum Serpentis*. Hæc omnia fuſius leguntur in Actis S. Barbati ſub die 19. Febr. a *Bolland.* relatis, in quibus de omnimoda Longobardorum converſione ſermo fit. Apud Bollan. tom. 3. menſ. Febr. num. 18. pag. 145.

20. Cardinalis *Baronius* optime perpendens obligationes, quas Catholica Eccleſia in Reginam *Theodolindam* ſervat propter *Agilulphi* Conjugis ſui, & Longobardorum Arianorum, (qui cæteroquin aliquas Gentilitatis reliquias ſemper retinuerunt) converſionem ab ipſa perfectam, hæc ſcribit: *Porro*
„ magnum a Deo per *Theodolindam* Reginam conſecutos eſſe a Deo Benefi- Baron. ad ann. 591. §. 50.
„ cium *Regem* ipſum, & ſub eo poſitos *Longobardos*, idem *Paulus* affirmat:
„ nimirum, eum ex *Ariana perfidia* converſum eſſe ad *Fidem Catholicam*,

„ & qui

te ab Apulorum finibus exturbavit. Inde ipſe electus fuit Beneventi Dux, quo in munere non amplius vixit, quam *quinque annos*. Fato enim ceſſit *an. 645.*, in quo ſolus regnare occepit Invictus *Grimoaldus*. Qui vix ad Solium evectus nomen ſuum immortalitati conſecravit, non ſolum ob *Leges Longobardicas* a *Rotario* Italiæ Rege conditas ab ipſo in toto ſuo dominio promulgatas, & juſſas, ſed etiam ob id, quod de eo ſcribit *Paulus Diac.*: *Qui cum eſſet Vir bellicoſiſſimus & ubique inſignis, venientibus eo tempore (anno ſcilicet 647.) Græcis ut oraculum S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano ſitum deprædarentur, Grimoaldus ſuper eos cum exercitu veniens ultima eos cæde proſtavit.*

Paulus Diac. lib. 4. cap. 47.

16. Hoc igitur memorabili & poſtremo prælio, cum *Sipontum* everſum, & *Baſilica S. Michaelis* deprædata fuerit, acriter inter hiſtoricos contenditur, cui nam ex duabus factionibus tantum ſcelus debeat imputari? *Camillus Peregrinus Beneventanis Longobardis* illud tribuit. *Græci* enim devotiſſimi erant, & beneficentiſſimi erga Garganicam Speluncam: adeoque minime ipſis tantum flagitium adſcribendum eſſe, ille contendit. Cl. autem *Pratillus*, & *Græcos*, & *Longobardos* ab eadem eximit noxa, quippe ambos in *S. Michaelem* pientiſſimos. Proinde hujuſmodi delictum *Sclavonicis* omnino tribuendum eſſe arbitratur. Hi enim, ut cladem, quam *an. 642.* acceperant, vindicarent, Sipontum redierunt, Angelicam Baſilicam depopularunt, eamdemque Civitatem ſolo æquarunt. Quemadmodum e *Græcis litoribus* advenerunt; *Græci* ideo nominabantur: præfatus tamen Auctor ita concludit: *Meam hanc conjecturam Eruditis expendendam relinquo, cui, ſi fortaſſe adſentiant, nec ne parum curo.* Verum enim vero hujuſmodi deprædatio *Neapolitanis* etiam tribuitur in actis *S. Laurentii* Epiſcopi Sipontini, in quibus longe poſt Angelicam Apparitionem inſertum fuit quidquid ad ſequiorem pertinebat ætatem, ideſt ad *an. 647.* Attamen ſub *Neapolitanorum nomine* accipiendi ſunt *Græci*, quibus tunc temporis *Neapolis* ſuberat. Qui demum plura hac de celeberrima controverſia ſcire avet, adeat elaboratiſſimam nunquam ſatis laudati *Aſſemani Diſſertationem* hoc titulo: *De Bello Beneventanum inter, & Græcos, deque S. Michaelis Archangeli Baſilica in Monte Gargano.*

Peregrin. Diſſ. 7. Duc Benevent.

Pratilli ad Ignot. Caſſin. n. 25. to. 1. pag. 218.

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 1. pag. 388. cum ſeq.

17. Quoniam vero *Sarnellus* refert, quod *Vitalianus Vitulinus* dictus Sipontinus Epiſcopus *an. 663.* deceſſerit, putatque eodem anno contigiſſe memoratam Siponti, & Angelici Sanctuarii deſolationem opera *Coſtantis* Imp. Hæretici *Monothelitæ*: idcirco hanc rem tantopere controverſam, quo melius fieri poterit narrare, & illuſtrare curabimus. Porro rem ita ſe habuiſſe nobis videtur. Anno 662. Dux *Grimoaldus* in Italiæ Regem conſtitutus fuit. Is autem Ducatui ſubſtituit *ROMOALDUM* natum ſuum, eique nuptui dedit piiſſimam fœminam *THEODORAM Lupi Ducis Forojulienſis filiam*. Quæ ubi Beneventum pervenit, totam ſe regendam commiſit *S. Barbato* Presbytero Beneventano. Cum autem is magnopere deteſtaretur Gentilitatis ritus a Longobardis uſurpatos, præſertim in *Serpente aureo*, & quadam *Arbore* extra Civitatis mænia poſita variis ſuperſtitioſis modis adoranda: idcirco nihil frequentius inculcabat, & inſtantius a Duciſſa petebat, quam ut conjugem ſuum a nefandis iſtis impiiſque ſacrificiis abſterrere, & abducere conaretur. Nihil prorſus intentatum reliquit pia Matrona, ſed ob Ducis obfirmationem, perfidiamque nihil penitus profecit. Eapropter minime cum ſuo Sanctiſſimo moderatore conſulere prætermittebat, ut tandem aliquando rationem, viamque invenirent, quo prorſus deteſtabiles hi ritus abolerentur, quemadmodum in Vita *S. Barbati* legitur: *Igitur opitulante gratiæ ſpiritua-*

Sarnelli Chronol. Archiep. Sipont. pag. 78.

lis

lis largitate , Uxor *ipſius præfati Romualt ; Theodorada nomine* , *funditus gentilitatis errorem contemnens* , *verum Dominum Jeſum Chriſtum ex toto animo confitens* , *tota mente dilexit. Vir autem ejus* , *dum eſſet in ſua perfidia effrænatus &c.* Demum placuit Domino , ut pertinaces Longobardos ad officium reduceret , opportuna uti occaſione , non ſecus ac ſimilibus in rebus feciſſe conſtat.

Vita S. Barbati ap. Bollan Tom. 3. menſ Febr. pag. 141. nu. 14.

18. Imperator *Conſtans* cum in animum induxiſſet ſuum Longobardos ad unum omnes Italia expellere , & omnino delere,atque inſimul injuriam Imperialibus armis *an.* 647. irrogatam ulciſci ; ideo *Conſtantinopoli* profectus cum validiſſimo Græcorum exercitu *Italiam* venit. Per *Tarentinorum* fines ingreſſus omnem devaſtavit *Apuliam*,ad donec perveniret *Beneventum* , quod forti cinxit obſidione. *Romoaldus* interea , qui certiorem de hoc fecerat parentem ſuum Regem *Grimoldum* iter jam facientem cum potenti exercitu , ut ipſum auxiliaretur , magno quidem animo , & virtute Imperatori reſtitit, ſeſeque defendit. Unde Imperator , cum intellexiſſet Regem adventare , in fugam ſeſe dedit , & *Neapolim* primum, deinde *Romam* confugit, Sacros Sanctuariorum Theſauros per iter expilans ſecumque abducens. Verum permiſit Deus , ut *Syracuſam in Sicilia* appulſus,non ſolum ibi circiter poſt ſex annos infamem in balneo efflaret animam , verum etiam ut *Saraceni Africa* egreſſi poſt crudeliſſimam cladem in Sicilia editam,Theſauris Eccleſiis ablatis potirentur.

19. Interea *Romoaldus* ob victoriam de Imperialibus *an.* 663. reportatam tum *Beneventi* , tum juxta fluminis *Caloris pontem* , gloria onuſtus a *S. Barbato* aſſidue admonebatur. ut hujuſmodi victorias *Beatiſſimæ Virginis Mariæ*, quam enixe ipſe precatus fuerat , patrocinio referret acceptas : ac proinde curaret etiam , atque etiam *Paganicos* illos ritus delere , & detrimenta Garganicæ *S. Michaelis* Baſilicæ illata rependere. Veroſimile enim omnino eſt, quod Græci hac Belli occaſione arrepta,ſupremam veluti manum tum *Siponti* everſioni , tum memorati Sanctuarii deſolationi impoſuerint. Verum nihil aliud Dux præſtitit , quam ut *Barbatus in Epiſcopum Beneventanum* eligeretur , eique *cura* , *& adminiſtratio Baſilicæ Garganicæ* demandaretur . Ad hæc verbo, ſcriptoque *Rituum Paganicorum* abolitionem pollicitus eſt , quod revera minime executus. Tandem pia Duciſſa *Theodora* propria auctoritate , dum ille venatum aberat , *Serpentem aureum* abſtulit , illumque *Barbato* tradidit , ut in ſacra vaſa conficienda converteretur. Redux a venatione *Romualdus*, cum non amplius Serpentem aureum inveniſſet , totum perturbavit Ducatum , donec *Barbatus* Apoſtolica coſtantia eidem interroganti: *Obſecro* , *Pater* , *inſinua mihi* .... Vir Domini Barbatus reſpondit. *Tua Sereniſſima Conjux nimio mærore afflicta*, *cum doluiſſet hactenus de tui erroris caligine* , *viſitationis pro cauſſa perrexi ad illam* , *& inter colloquia multa meis dictionibus conceſſit Simulachrum Serpentis*. Hæc omnia fuſius leguntur in Actis S. Barbati ſub die 19. Febr. a *Bolland.* relatis, in quibus de omnimoda Longobardorum converſione ſermo fit.

Apud Bollan. tom. 3. menſ. Febr. num. 18. pag. 145.

20. Cardinalis *Baronius* optime perpendens obligationes, quas Catholica Eccleſia in Reginam *Theodolindam* ſervat propter *Agilulphi* Conjugis ſui , & Longobardorum Arianorum, (qui cæteroquin aliquas Gentilitatis reliquias ſemper retinuerunt) converſionem ab ipſa perfectam , hæc ſcribit : *Porro*
„ magnum a Deo per *Theodolindam* Reginam conſecutos eſſe a Deo Benefi-
„ cium *Regem* ipſum , & ſub eo poſitos *Longobardos* , idem *Paulus* affirmat :
„ nimirum , cum ex *Ariana perfidia* converſum eſſe ad *Fidem Catholicam*,
„ & qui

Baron. ad ann. 591. §. 50.

„ & qui erant Longobardi *Gentiles*, *ſive Ariani*, eoſdem redditos eſſe *Chriſtianos*, atque *Catholicos*. Magnum *Dei* conſilium, dum *quæ ſunt infirma Mundi eligit, ut confundat fortia*: cum ſcilicet robuſtiſſimas easdemque „ indomitas Gentes ſive Chriſtiano ſive Catholico nomini infenſiſſimas, „ *Francos*, *Gothos*, *& Longobardos*, avitis abdicatis erroribus, per *feminas* ipſe „ Deus converterit ad verum Religionis cultum. *Franci* enim per *Crotildem*, „ *Gothi* in *Hiſpania* per *Ingundem*, quæ (ut ſuperiori tomo diximus) Virum „ ſuum convertit *Hermenegildum*, ex quo omnium facta eſt acceſſio *Gothorum* ad *Fidem Catholicam*: & in Italia *Longobardi* per *Theodolindam*, „ decus, & ornamentum Bavariæ Principum, Fidem Chriſtianam eamdem- „ que *Catholicam*, perceperunt „ Sed major certe gloria piiſſimæ Duciſſæ *Theodoræ* debetur, quæ tantum opus perfecit. Non ſolum enim, ope *S. Barbati* Epiſcopi Beneventani Samnitium *Apoſtoli* vulgo appellati, totam Longobardorum nationem ad Catholicam illa reduxit religionem, ſed etiam ipſa *Idolatriæ* occaſionem abſtulit, *Serpentem* videlicet *aureum* tanta religione cuſtodiaque ſervatum, a ſuo conjuge tollendo, & infringendo, ut in *Calicem*, & *Patenam* converteretur: exemplum in hoc *Moyſis* imitans, qui cum e *Sina* rediiſſet, populumque ante *Vitulum aureum* idolatrantem reperiſſet, ſancto percitus zelo hæc feciſſe refert *Exodus*: *Cumque* (Moyſes) *appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros: iratusque valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: Arripienſque vitulum, quem fecerant, combuſſit, & contrivit uſque ad pulverem*.

Exod. cap. 32. 19. & 20.

§. III.

Corpus S. Sabini reperitur; & à Duciſſa Theodora in Regia Cappella reconditur.

21. EX ſuis veluti cineribus reſurgere quodammodo viſa fuit Urbs Canuſina *Corporis* glorioſi *S. Sabini* ſui Tutelaris *Elevatione*. Quomodo autem idem repertum ſit, in *Regia* quadam *Cappella a Theodora Beneventi Duciſſa* collocatum, itemque *miracula* hac occaſione ejus interceſſione a Deo patrata, aliæque circumſtantiæ late narrantur ab *Anonymo*, quem exſcripſi ſupra *cap. 3. a num. 20. ad 24.* cui me refero, & Lectores ablego.

Anonym. ſup. n. 20. ad 24. pag. 35.

22. Nullatenus vero mirari debemus, ſi ægrotus quidam *Hiſpanus* vix Italiam ingreſſus locum, in quo S. Sabini Corpus quieſcebat, percuntatus, *Spoletum* miſſus fuerit. Nam ſatis compertum eſt, quod Principes Longobardi, qui Ducatui Spoletino imperabant, eorum primarium patronum venerabantur *S. Sabinum Martyrem*, *& Epiſcopum Aſſiſienſem*, cujus ſacrum pignus *Spoleti* adſervatur. Ejusdem enim prodigiis *Ariulphus II.* Dux Spoletinus adductus Catholicam ſuſcepit religionem, quemadmodum teſtatur *Paulus Diaconus*: *Ariulphus vero cum adhuc eſſet Gentilis .... Tunc intellectum eſt, B. Martyrem Sabinum eidem in prælio adjutorium contuliſſe*.

Paulus Diac. lib. 4. ca. 17. apud Pratilli tom. 1. pag. 4.

23. Sicut vero *Sabinum* Martyrem, & Epiſcopum Longobardi memorati Ducatus tutelarem ſuum colebant; ita Longobardis Beneventani Ducatus voluit Deus patronum tribuere alium *S. Sabinum*, nempe noſtrum, cujus præſidio, & ſuffragiis, quæ adhuc vigebant *Gentilitatis reliquiæ* totæ penitus disje-

diſjecendæ erant ac eradicandæ. Eapropter Duciſſæ *Theodoræ* obtigit, ut miracula a *Sabino* edita propriis ſpectaret oculis, ut his magis confirmata, & erecta efficacius procuraret converſionem Conjugis ſui *Romoaldi*, qui parum aut nihil *S. Barbati*, ac *uxoris ſuæ* precibus commotus adhuc titubabat, & ad antiquos Satannicos ritus uſurpandos redibat, ut ex ejuſdem *S. Barbati* Vita colligitur. Adeo ut idem Dux *Romoaldus*, integre perfecteque non converſus fuerit, quam *aliquo elapſo temporis ſpatio*, quando nimirum Baſilicam *S. Michaelis* reſtauravit, & *Theodora* extra Beneventi mœnia Monaſterium erexit. Id quod *an 669.* contigit, juxta *Aſſemani* Epocham, bellis jam ſublatis, atque perfectis. Ex his omnibus manifeſte patet, utriuſque *Sabini* precibus, & interceſſionibus omnino tribuendum eſſe, quod, & Duces, & Subditi tam *Majoris*, quam *Minoris Lombardiæ* ad veram Catholicam Fidem converſi fuerint.

Vita S. Barbat ap. Bollan. tom. 3. menſ. Febr. pag. 144.

Aſſeman. de reb. Neap. & Sicul. tom. 2. cap. 13. n. 7. pag. 472. & in not.

24. Sed ut ad Duciſſam *Theodoram* revertamur, inſtitutumque de *S. Sabini* Corporis inventione ſermonem pergamus, eadem valde ſibi glorioſum, & per honorificum reputavit, quod *S. Sabinus* Epiſcopus Canuſinus eam Canuſii invitaverit, ut memoratæ inventioni adeſſet. Cum autem in *S. Sabini Sepulchro* quædam *auri* copia reperta fuerit, ſubdit *Anonymus*; quod: *Theodora vero Oblita mandati aurum abſtulit, Sepulchrum reliquit, remeare ſuam Sedem volens, Beneventum feſtinabat*. Ex ſuppoſita hac *Theodoræ* animi vilitate, in uſurpando nempe auro in S. Sabini Sepulchro reperto, proluxiſſe opinor, quod *Sarnellus* hæc memoriæ mandaverit: *Il Duca Romualdo, ſoggettò al ſuo Dominio tutta la Puglia, e delle* Spoglie tolte a Greci *Teodora Moglie del Duca piiſſima, fondò il Moniſterio di S. Pietro &c.* Hanc eamdem rem ita narrat *Paulus* Diaconus: *Dum iſta apud Longobardos trans Padum geruntur.* Romoaldus *Beneventanorum Dux, congregata exercitus multitudine Tarentum expugnavit, & cepit, parique modo Brunduſium, & omnem illam, quæ in circuitu eſt, latiſſimam Regionem ſuæ ditioni ſubjugavit: Conjux quoque ejus* Theodorada *eodem tempore foras muros Beneventanæ Civitatis Baſilicam in honorem B. Petri Apoſtoli conſtruxit, quo in loco multarum Ancillarum Dei Cœnobium inſtituit*. Ex eo vero, quod Hiſtoricus affirmat eodem tempore, ideſt belli, *Theodoram* Monaſterium extruxiſſe, minime ſequi videtur, quod pia Duciſſa *Spoliis Græcorum* a ſuo conjuge bello ſuperatorum idem exædificaverit Monaſterium. Unde exiſtimo, quod potius *propriis* illud excitaverit *expenſis*, quibus etiam *S. Sabini* fundavit Eccleſiam, in qua totum recondidit aurum in ejuſdem Sepulchro repertum, ut poſtea in ſacra vaſa efficienda impenderetur. Ita *Anonymus*: *Eccleſiam* (Theodora nempe) *conſtruens, Altare ſuper Virum Dei* (S. Sabinum) *pulchro marmore inſtituit ad cujus opus Calicem, & Patenam* ex auro, quod abſtulerat, *fieri præcepit nec non, & Altaris tegmina gemmis decoravit*.

Anon. n. 24. ſup. pag. 36.

Sarnelli Cronol. Epiſ. & Archiep. Benev. pag. 34.

Paulus Diac. lib. 6. cap. 1. apud Pratill. tom. 1. p. 26.

Anonym. qui ſupra n. 24. pag. 36.

25. Verum idem profitetur *Anonymus*, ſe plane neſcire, quinam *Theodora* mandati a *S. Sabino* excepti de ipſi ædificando Templo cum *auro* in ſuo Sepulchro reperto oblita fuerit: *Cujus præceptum neſcio, quo Ordine eſt oblita*. Quamquam vero *imperſcrutabilia ſint judicia Dei*, & humanis ſenſibus omnino impervia, ut clamabat *Apoſtolus* ad *Rom.*, tamen ex eorumdem effectibus aliquid nobis miſeris mortalibus interpretari, & conjicere licet. Quare idem teſtatur *Anonymus*: *Theodora vero oblita mandati aurum abſtulit, Sepulchrum reliquit, remeare ſuam Sedem volens, Beneventum feſtinabat, ſed dum*

Ad Rom. 11.

Anonym. loc. cit.

ad

ad Pontem, *qui a* Trajano Auguſto *paratus*, *ſuperfluenta eſt Aupbidi*, *veniſſet*, *Omnipotentis Dei judicio equus in quo ſedebat pede lapſus eſt*, *quæ mox in terram corruit*, *& a Terra*, *brachiis famulorum levata*, *quis eſſet*, *& quantis meritis Sabinus poſt caſum agnovit*. Sicut *Saulus* ex equo delapſus ex perſecutore in *Apoſtolum* converſus fuit; ita *Theodora* in terram dejecta, *poſt caſum agnovit* non tam ipſa, quam omnes ex Regia Ducis aula famulatui ſuo addicti, quantum *Deus mirabilis ſit in Sanctis ſuis*. Quo ſane miraculo omnes admoniti ſunt, ut tandem aliquando reliquias gentilitatis prorſus abjicerent, atque deponerent, ſimulque univerſi intelligerent, minime de *S. Sabini Corporis* Canuſio tunc reperti *identitate* dubitari debere, cum Deus eam *miraculo* comprobaverit, quo nullum magis authenticum teſtimonium de ſacrarum reliquiarum identitate exhiberi, & proferri poſſe ſapientiſſimus, & incomparabilis omuium Magiſter docet BENEDICTUS XIV. in immortali ſuo opere *de Canonizat. Sanctor*.

Benedictus XIV. *de Canon. Sanctor. lib. 4. part. 2. cap. 24. n. 10 edit. Rom. 1749. tom. 4. pag. 802.*

Anonym. num. 24. pag. 36.

26. Cum autem proteſtetur *Anonymus*, ſe memorati auri inventionem literis conſignare, & teſtari ſolum ex *credulitate*, liberam facit omnibus opinandi copiam, ut cauſam, ob quam ibi conditum fuerat, inveſtigemus: *Sed*, *& quadam parte Sepulchri non modicum auri pondus repertum eſt*. *Quod factum propter gentilium inſanam* credimus *incurſionem*, *quæ ante hæc*, *ut Vir prædixit*, *totam uſque ad internitionem Italiam vaſtavit*, fortaſſe *ſimul*; *& ut ad conſtructionem Eccleſiæ ſervaretur*. Itaque *Bollandus* in Comment ad *Vitam S. Sabini* eamdem cauſam interpretari ſtudet: *Provide igitur Sanctiſſimi Antiſtitis ſui Corpus vel alte terra obruerunt*, *vel etiam alibi*, *quam prius ſepultum fuerat*, *abdiderunt Canuſini*; *ſimul defoſſa* pecunia *vel ipſius Eccleſiæ theſauro*, *vel ad reſtituendum olim ſacræ*, *& ædis*, *& ſupellectilis ſplendorem collata a privatis vel ut ea ratione tutius ſuis Dominis ſervaretur*. *Sed qui conſcii erant*, *omnes extincti prius ſunt*, *quam refodi geminus ille theſaurus tuto poſſet*; *qui proinde ultra centum annos ſepultus oblivione delituit*.

Bollan. §. 9. n. 56. Tom. 2. menſ. Feb. pag. 319.

Joſeph lib. 7. Antiquit. Judaic. cap. final.

Torniello Annales Sacri An. Mun. 3. 31. tom. 4. pag. 157.

ff. ad Legem Juliam pecul. 13. lib. 48. apud Gotofr.

Caſſiodorus Var. lib. 4. Ep. 34. pag. 147.

27. Docti, & eruditi minime ignorant, apud antiquos in more fuiſſe poſitum, (id quod etiam nunc in Principum mauſoleis factitari videmus,) ut magna monetarum auri, & argenti copia in Sepulchris reconderetur. Celebre eſt exemplum *Davidis* Sepulchri, in quo filius ejus *Rex Salomon* repoſuit theſaurum, ex quo poſtea ſummus Sacerdos *Hircanus* elapſis 1300. annis extraxit *trecenta auri talenta*, quorum partem unam Regi *Antiocho* dedit, ut obſidione Civitatem liberaret, altera Populum juvit, atque ſubvenit. Porro mos hic cum in abuſum degeneraſſet, magna enim auri copia etiam in privatorum hominum Sepulchris profundebatur, idcirco graviſſimis pœnis a legibus vetatus fuit, ut habetur *in l. Julia peculatus*, ibi: *Non fit locus religioſus ubi theſaurus invenitur*. *Nam*, *& ſi in monumento inventus fuerit*: *non quaſi religioſus tollitur*. *Quod enim ſepelire quis probibetur*, *id religioſum facere non poteſt*: at pecunia ſepeliri *non poteſt*; ut, & maudatis principalibus *cavetur*. Etiam apud nos hoc prohibitum fuit a Rege *Theodorico* Gotho, uti refert *Caſſiodorus*. Nec ideo licebat inter mortuorum cineres *aurum*, *& argentum* expiſcari. Contra namque hujuſmodi ſcelus idem Rex *Theodoricus* caverat *epiſt*. 18. apud memoratum *Caſſiodorum* exſtante. Legibus tamen hiſce necquicquam obſtantibus certum, & indubitatum eſt apud Doctores, qui hac de re ſcripſerunt, omnino licere aurum, & argentum in Sepulchris reponere *cauſa cuſtodiæ*. De hoc eleganter de more, & eloquenter verba facit *Chry-*

ſoſto-

Digitized by Google

ſoſtomus hom. 35. in 1. ad *Corinth.* relat. à *Gothofredo*. Fuſe etiam hoc pertractat argumentum in ſuis eruditis Sermonibus *Menochius*, ex profeſſo demum doctiſſimus *Leonardus Guttierez in l. 2. cap. 10. de theſauris in ſepulchris repertis*. Par igitur omnino æquumque eſt, ut hinc conjiciamus juxta *Anonymi* ſenſum, quod cum *S. Sabinus* imminentem prædixerit Civitatis Canuſinæ deſolationem, eamque procerto haberent Canuſini, qui *prophetiæ* dono illum præditum optime norant; illi Patritii, & Optimates, qui ejuſdem funeribus interfuerunt, magnam *auri copiam* in ejus Sepulchro poſuerint, ut ſervaretur pro coſtructione Eccleſiæ in ſuum honorem dedicandæ, poſtquam barbarorum perſecutio ceſſaſſet; ſicut revera exædificata fuit Eccleſia a piiſſima Duciſſa *Theodora propriis expenſis*. *Aurum* namque uti ſupra repertum in *ſacris vaſis* conficiendis eidem Eccleſiæ neceſſariis conſumptum eſt.

Gothofr. in Cod. Theodoſ. de ſepulchr. violat. lib. 9. tom. 3. pag. 148.

P. Menoch. Stuore par. 2. cap. 18.

Guttierez de Theſaur. lib. 2. cap. 10. pag. 235.

28. Etſi autem hæc *Eccleſia a Theodora* a fundamentis excitata, partim adhuc hodie appareat a latere veteris Cathedralis *S. Petro Apoſtolo* dicatæ a cornu *Evangelii* (*Ara* enim reſpicit *Orientem*) ſicut etiam *Beatillus* teſtatur: tamen *Bollando* placuit de hac Cappella hæc memoriæ prodere: *Unde conſicias, contra quam referat Beatillus; non in Templo* S. Petri, *ſed* alibi defoſſum *fuiſſe illud* Sepulchrum, *Nam ſi in Templo S. Petri id fuiſſet, quomodo ſupra id* Eccleſiam *conſtruxit? Interpretatur ipſe ſacellum fuiſſe, ſive parvam Eccleſiam majori Baſilicæ conjunctam. At* cap. 7. *dicitur mille paſſibus a Cathedrali abfuiſſe. Neque ſane intra Eccleſiam ipſam, quantumvis alte defoſſum, tutum a Barbaris Sancti Corpus, & ei addita pecunia, fuiſſet. An primitus conditum in ipſa Eccleſia fuerit, quod ait Beatillus? Haud nullum eſt, unde id certo ſtatuamus, argumentum: neque enim vacui Sepulchri mentio fit, & diſſerte aſſeritur Sepulchrum inventum apertumque, ut videatur illud primum fuiſſe, quo conditus eſt* Sabinus; *ſed adventantibus Longobardis ita obrutum terra, dejecta, ſi qua ſuper illud ſtabat, ædicula, ut nulla iis ſuſpicio latentis theſauri præberetur.*

Beatillus in Vita S. Sabini cap. 13. pag. 116.

Bollan. in Vita S. Sabi. §. 10. n. 63. pag. 320.

29. Verum omiſſis hujuſcemodi tricis, veroſimilius ſemper erit, quod cum *S. Sabinus* adhuc vivens proprium ſibi conſtruxerit Sepulchrum, illud defodendum curaverit *loco humili*, abjectoque, ſed adnexum *muris extra Eccleſiam* reſpondentibus, ut ſupra demonſtravimus, atque in eodem Sepulchro funeribus intereſſentes *auri* monetas condiderint. Quemadmodum vero *Theodoræ* tempeſtate pauci *Canuſii* reperiebantur Presbyteri, iidemque fortaſſe alienigenæ ab Epiſcopo Sipontino Viſitatore deputati, idcirco cum hi judicium nullum haberent loci, ubi Corpus *S. Sabini* requieſceret, deſcripta revelatione ejus Sepulchrum detectum fuit. Eodemque plane loco reconditum fuit idem ſacrum pignus ſub *Ara Sacelli a Duciſſa Theodora* extructi. Sepoſitis vero aliis teſtibus ſolus nobis ſufficiet *Anonymus*, ut ſuaſos nos reddat, quod memoratum *Sacellum* ipſi *Cathedrali adnexum*, & conjunctum eſſet. Nam de quodam *infirmo* ille verba faciens, qui ante *Sabini* Sepulchrum preces fundebat dum Epiſcopus ſolemnem celebraret Miſſam, hæc ſcriptis conſignavit: *Ut Epiſcopus ex more in B. Petri Apoſtoli Baſilica Miſſarum Solemnia cum Populo celebraret, & idem* (infirmus) *ad Sepulchrum Sabini ſolus jaceret, dum a Diacono Miſſæ finis caveretur, in Camera ubi æger tantum jacebat* ſtridor auditus eſt: *ad hæc aures Virorum cunctorum, qui aderant concuſſæ ſunt, & quod hoc factum fuiſſet ad videndum concurrere celeriter, ſed mox ut Cameram ingreſſi ſunt, juxta* Altare Dei, *hunc, qui infirmus fuerat, ſanum repererunt*. Si igitur clamores infirmi, qui ante Sabini Corpus jace-

Cap. 3. n. 109. pag. 70.

Anonym. ſup. cap. 3. num. 26. pag. 36.

bat in Camera (ideſt Sacello Theodoræ) auditi fuerunt ab Epiſcopo, qui in Cathedrali ſacris ſolemniter operabatur, & ab omni Populo iisdem Sacris interreſtente, dicendum certe eſt, quod *Sacellum* præfatum omnino *conjunctum* eſſe debuit memoratæ *S. Petri* Cathedrali.

30. Reliquum eſt, ut *annum*, quo hujuſmodi *Inventio* contingit, ſtatuamus. Noſter *Anonymus* expreſſe affirmat, ipſam eveniſſe *tempore*, quo *Rex Grimoaldus* Papiæ regnavit, ibi: *Eo quoque tempore Longobardorum Regni Grimoald gubernacula ſubſtinebat*. Sed quoniam accuratus ſane idem Scriptor etiam affirmavit, quod *Theodora* filia extiterit *Lupi Ducis Forojulienſis*, & quod ea fuerit *Regens* Ducatus Beneventani poſt Ducis *Romoaldi* ſui conjugis obitum utpote *Tutrix*, & *Curatrix Grimoaldi* nati ſui minoris, ideo addidit: *Qui* (Grimoaldus Rex) *filium ſuum Romualt, dum Beneventi Principem inſtituit, eique Lupi, qui ex nobili proſapia extiterat filiam nomine Theodoram, quam ſupra meminimus, in matrimonium dedit.* Romualt *defuncto* eam ad regendum Samnitum Populum cum parvo filio *reliquit*.

Anonym. ſup. cap. 3. n. 23. pag. 35.

31. Quamvis autem evidens ſit, & perſpicuus textus noſtri *Anonymi*, qui inquit, contigiſſe memoratam Inventionem Regnante *Grimoaldo* ideſt ab *an. 662.*, quo electus fuit Rex Italiæ, & conſtitutus *Romoaldus* Dux Beneventanus, & celebratæ fuerunt Nuptiæ ipſum inter, & *Theodoram* uſq. ad *an. 671.* quo *Rex obiit*: nihilominus *Bollando* placuit, quamdam *Cronologiam Ducum* Beneventanorum pro ſui libitu ordiri, atque demum concludere *Inventionem* circa *an. 690.* contigiſſe: *His* ad *Benevent. hiſtoriæ claritatem ita deductis, expeditius erit S. Sabini Inventionis, & Tranſlationis tempus indicare. Beatill. c. 13. ait circ. 700. an. Chr. Gregorium Hiſpanum divinitus admonitum, ut in Italiam conferret ſeſe ad S. Sabini tumulum, morbo, quo laborabat, remedium inventurus. Anonymus Vitæ ſcriptor c. 5. n. 16. id contigiſſe, quo tempore Theodorada, Romoalt defuncto, Samnitum populum cum parvo filio regebat. Obiit Romoaldus, ut jam ſtatuimus ann. 687., at filius ejus Grimoaldus an. 690. Igitur* Grimoaldi junioris tempore inventum eſt S. Sabini Sepulchrum, *apertumque, & Templum ſuper illud erectum, ac varie exornatum*.

Bollan. in Vita S. Sabini §. 10. n. 63. tom. 2. menſ. Febr. pag. 320.

32. Ut nodum diſtrigamus, qui diu exercuit mentes doctiſſimorum hiſtoricorum, non leves in hac Cronologia difficultates offendentium, prætermittendum omnino eſt, id quod narrat *Paulus Diac.* „ Mortuo igitur, ut „ diximus, *Lupo Duce, Grimoaldus Rex filiam ejus nomine Theodoradam* „ *ſuo filio Romoaldo, qui Beneventum regebat, in matrimonium tradidit.* „ Ex qua tres filios, hoc eſt Grimoaldum, Giſulphum, necnon, & Arichis „ genuit. *Idem lib. 6. cap. 2.* Romoaldus quoque poſtquam *ſexdecim annos* „ Ducatum geſſit, ab hac luce ſubtractus eſt, poſt quem ejus filius *Grimoal*„ *dus tribus annis* Samnitum populos rexit. Huic in conjugio ſociata fuit *Wi*„ *gilinda* ſoror *Cuniberti*, filia *Bertharidi* Regis. Defunctoque Grimoaldo, „ *Giſulphus* eius germanus Ductor effectus eſt, præfuitque Benevento annis „ *decem, & ſeptem*, huic ſociata fuit *Winiberta*, quæ ei *Romoaldum* pepe„ rit. *Idem cap. 27.*: Hac denique ætate; *Giſulphus* Beneventanorum Du„ ctor Suram Romanorum Civitatem, Hirpinos, atque Arcem pari modo „ oppida cepit. Qui Giſulphus, tempore *Joannis Papæ*, cum omni ſua vir„ tute Campaniam venit, incendia, & deprædationes faciens, multos cap„ tivorum cepit, & uſque in locum, qui Horrea dicitur, caſtramentatus eſt, „ nulluſque ei reſiſtere potuit. Ad hunc Pontifex, miſſis Sacerdotibus cum „ Apoſtolicis donariis, univerſos captivos de eorum manibus redemit, ipſumque

Paulus Diaconus l. 5. cap. 6. apud Pratilli tom. 1. pag. 23. ad 29.

Digitized by Google

„ ſumque Ducem cum ſuo exercitu ad propria repedare fecit. *Idem cap.* 39.
„ Defuncto itaque *Giſulpho* Beneventanorum Duce, Samnitum Populus *Ro-*
„ *moaldum* ejus filium ad regendum ſe ſublimavit.

33. Inhærentes igitur auctor. *Pauli Diac.* hiſtorici illorum temporum, multum implicatam faciunt totam Ducum Beneventanor. *Cronologiam*: *Romoaldus* enim Dux *ann.* 662. electus *ſexdecim ann.* regnavit. Unde ex hac vita migravit *an.* 677. *Grimoaldus* vero ejus filius per *tres annos* ducatum rexit ideſt ab *anno* 677. *uſque ad* 680. Eidem ſucceſſit *an.* 681. *Giſulphus* ipſius frater, qui cum 17. imperaſſet *annos*, occubuit *anno* 697. Sed hujuſce poſtremi Ducis ætas totam gignit controverſiam, quæ inter literatos agitatur. Etenim *Giſulphus* hic Campaniam Romanam invaſit Pontificatum gerente Joanne. Qualis autem fuerit iſte Joannes, non convenit inter auctores. *Camillus enim Peregrinus* exiſtimavit hoc eveniſſe *an.* 685. ſedente *Joan. V.* Verum hæc opinio reprobatur ab *Horatio Blanco*, & communiter ab omnibus hiſtoricis, qui certo tenent, memoratam invaſionem contigiſſe ſedente *Joan. VI.*, qui ab *anno* 701. *uſque ad* 705. Romanam adminiſtravit Eccleſiam, quemadmodum *Anaſtaſii Biblioth.* auctoritate firmat *Platina*, & *Franciſcus Pagius*. Ex quo omnes concludunt *Giſulphum an* 707. obiiſſe.

Franc. Pagi Brev. R. P. de Joann. VI. tom. 1. *pag.* 267.

34. Porro Doctiſſimus *Bollandus* ut ſe ab impedimentis eximeret Cronologiam texuit hac ratione, quod *Rex Grimoaldus*, qui regnavit 25. *annis*, in quibus contineri cenſuit etiam tempus Regni ſui, & Ducatus Beneventani, *an.* 671. occubuerit. Ab hoc anno ille enumerare incipit *ſexdecim* dominii *Romoaldi annos*, minime comprehendens annos illos, in quibus Ducatum Beneventanum adminiſtravit Patre ſuo adhuc in vivis agente, ideoque Romoaldi obitum *an.* 687. ſtatuit. *Grimoaldo* vero ejus filio, & in Ducatu ſucceſſori tribuit *annos tres* ideſt ab *an.* 687. *uſque ad* 690. Cur autem ſic hujuſmodi diſtribuit annos, illud in cauſa eſſe affirmat, quod cum *Grimoaldus* minor *Wigilindam* duxerit uxorem, nec certe contrahere matrimonium iſte potuerit, priuſquam ad pubertatis annos perveniret, cumque ipſius Parentum *Romualdi* & *Theodoræ* Nuptiæ celebratæ non ſint, niſi poſt obitum *Lupi* Ducis Forojulienſis, qui occiſus fuit ab *Hunnis* poſt Græcorum bellum *ann.* nempe 664.; omnino Ducis Romoaldi mors conſtituenda eſt *an.* 687., in quo certe Grimoaldus eam agebat ætatem, ut Nuptias celebrare potuerit. Huic demum *an.* 690. ſucceſſit *Giſulphus* ſuus frater, qui 17. *ann.* imperavit; atque adeo Campaniam Romanam ſub *Joanne VI.* Pontifice invadere potuit, vitamque explicuit *ann.* 707.

35. Hæc *Bollandi* Cronologia multas patitur difficultates. Etenim *Anonymus* ſcriptor Vitæ *S. Sabini* ſupponit, ut ſupra, quod *Rex Grimoaldus* eo prorſus tempore, quo ipſe Rex electus fuit, ejus filium conſtituerit Ducem Beneventanorum, eique nuptui dedit *Theodoram*, *anno* nempe 662. *Lupo* ejuſdem genitore adhuc ſuperſtite. Cum eo conſentit *Vitæ S. Barbati auctor*, qui putat *an.* 663. belli tempore Ducem *Romoaldum* in ſua Beneventi Civitate obſidione cinctum fuiſſe a Græcis, quibus *Conſtantinus* ſive *Conſtans* Imperator præerat. Porro tunc temporis jam *Romoaldus* uxorem duxerat *Theodoram*, apud quam *S. Barbatus* inſtabat pro conjugis ipſius converſione, quemadmodum notat doctiſs. *Pratillus*. Unde hac ratione Dux Grimoaldus ad ætatem 14. *an.* attigiſſe poterat, cum ſupremum obiit diem *Romoaldus* ejus Pater, & Nuptias contrahere potuit. Atque ita concluditur, quod *Grimoaldus* in minori conſtitutus ætate Ducatum rexit Beneventanum ſub *curatela* *Matris*

Anonym. ſupra n. 23. *pag.* 15.

Vita S. Barbati ap. Boland. tom. 1. *menſ. Febr.*

Pratill. hiſt. Longobard. tom. 1. *n* 105. *pag.* 23.

Digitized by Google

Anonym. ſupra cap 3. numero 23. pag. 35.

Matris ſuæ Theodoræ uti noſter teſtatur *Anonymus* : *Romualt defuncto eam* (*Theodoram*) *ad regendam Samnitum populum cum parvo filio reliquit*.

Trovli Hiſt. Neap. tom. 3. pag. 258.

Murat. Annal. Ital. tom. 4. pag. 474. & ſeq.

36. Hiſce ita ſe habentibus cum celebratiſſimus *Aſſemanus* animum ſerio appuliſſet ad inveſtigandam viam, ac rationem, qua hæc conciliari poſſit Cronologia, nullo enim pacto ſubſtineri poteſt illa *Bollandi*, *Sarnelli*, & Abbatis *Troyli*; & cum illuminatiſſimus *Muratorius* profiteatur ad *ann.* 702. *Io per me laſcio la queſtione come ſtà, a decider la quale ci occorrerebbe qualche documento di quei medeſimi tempi. Quello ch' è certo eſſendo venuto a morte Giſolfo I. Duca di Benevento gli ſuccedette in quelli Stati Romoaldo II. ſuo Figliuolo. Il Dottor Bianchi nelle Annotat. à Paolo Diacono, crede che Romoaldo II. ſuccedeſſe à Giſolfo nell'anno* 707.. Cumque exinde certum habeatur, quod *Giſulphus* vitam produxerit uſque ad *annum* 707., idcirco laudatus Scriptor, relatis omnium hiſtoricorum opinionibus, ſuam proferre adnititur, hiſce verbis „ In tanto Doctorum Virorum conflictu, ſi licet meam inter-

Aſſeman. de Reb. Neap. cap. 13. §. 8. tom. 2. pag. 474. & ſeqq.

„ ponere ſententiam, a *Paulo Diacono* ne latum quidem unguem recеden-
„ dum eſſe exiſtimo..... Quum ex Paulo habeamus *Romoaldum* per *an-*
„ *nos* 16. Ducem fuiſſe, *Grimoaldum* per *tres annos*, & *Giſulphum per* 17.;
„ dicendum omnino, primum ab *anno* 662. uſque ad 677. exeuntem, alte-
„ rum uſque ad *annum* 680. tertium vero uſque ad exeuntem 697. Ducatum
„ Beneventanum rexiſſe. Verum neque *anno* 697. *Giſulphum* obiiſſe, ſed
„ longe ulterius vitam produxiſſe, demonſtrant res ab eo geſtæ ſub *Joan-*
„ *ne VI. Papa*; quando Campaniam Romanam invaſit ..... *Et poſt plura*
„ *concludit*: Quid igitur? Si pro *XVII.*, uti in *Pauli* hiſtoria ſcribitur,
„ *anni XXVII. Giſulpho* ſunt conſignandi: itaut ad *ann.* Chr. 707. devene-
„ rit. Hoc ſuadere videtur ipſa *Giſulphi* actio, quam *Paulus* ſub *Joanne*
„ *Papa* deſcribit: quæ quum juxta *Anaſtaſium*, ſive antiquiorem eo Vita-
„ rum Pontificum ſcriptorem, ad *Joannis VI.* tempora referatur, exinde
„ non immerito colligitur, errorem in numero annorum *XVII.* cubare:
„ quemadmodum error certe cubat in Catalogo illo (qui præmittitur hiſto-
„ riæ *Anonymi Salernitani*, & *Erchemperti*) in quo anni dumtaxat *XIV.*
„ *Giſulpho* tribuuntur.

Anonym. Salernitan. apud Murat. tom. 2. Rer. Ital. par. 2. pag. 269.

37. Hanc optimam Cronologiam hiſtoriæ Longobardorum illuſtrandæ peropportunam, minime, vero *Epochæ S. Sabini Inventionis* perſcrutandæ aptam ideo adduxi, ut inferrem (quod mihi certe ſat ſuperque eſt), quod communis ſit Scriptorum ſententia, Regnum nimirum *Regis Grimoaldi* perduraſſe ab *ann.* 662. uſque ad *ann.* 671. Et demum ſtatuerem, quod illo temporis intervallo *Corpus S. Sabini* repertum ſit: *Eo quoque tempore Longobardorum Regni Grimoald gubernacula ſubſtinebat*. Ex quo illud neceſſario ſequitur, quod minime repertum ſit in tribus illis annis, in quibus parvus *Grimoaldus* Ducatum tenuit ſub adminiſtratione *Theodoræ* ipſius genitricis. Demum illud quoque perſpicuis comprobatur momentis, quod Corporis *S. Sabini* inventio omnino aſſignanda ſit *circa an.* 666. ſæculo adamuſſim elapſo ab ejuſdem obitu. Quo toto temporis ſpatio occultum omnino manſit, divinaque certe providentia factum fuit, ut omnibus innoteſceret, & appareret eo tempore, quo Dux *Romoaldus* precibus, & ſermonibus tum *S. Barbati*, tum *Theodoræ* nullatenus motus adhuc firmus, & conſtans perſtabat in obſervandis aliquibus *Gentilitatis ritibus*, quibus Nuncium penitus miſit poſtquam Longobardi ſpectatores fuere miraculorum a Deo *S. Sabini* interceſſione patratorum. Quibus permoti eumdem *Patronum* ſibi ſuum conſtituerunt.

38. Ex

38. Ex *S. Barbati* actis eruitur, quod ipſe Beneventanus Antiſtes electus fuerit, ipſique demandata *præfectura Baſilicæ S. Michaelis ann. 663.* poſtquam Beneventum obſidione ſolutum fuerat. E contra illius electio non prius confirmata reperitur quam *an.668.* a Pontifice *Vitaliano* cum *Bulla* ſub datum *3. Kal. Februarii Indict. XI.*, qua idem conceſſit *Eccleſiam Beneventanam*, & juriſdictionem ſupra alias etiam Eccleſias Epiſcopales tunc dirutas hiſce ſequentibus verbis: *Idcirco piis tuis deſideriis faventes, ac noſtra auctoritate id quod expoſcit effectus mancipamus, concedentes tibi, tuæque præfatæ Reverendiſſimæ Beneventanenſi Eccleſiæ, ideſt Bibinum, Aſculum, Larinum, & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Gargano, pariterque Sipontinam Eccleſiam, quæ in magna inopia, & paupertate eſſe videtur, & abſque cultoribus, & Eccleſiaſticis officiis, nunc cernitur eſſe depravata, cum omnibus quidem eorum pertinentiis*. Ex hac igitur Pontificia diſpoſitione colligitur, quod Dux *Romoaldus* Paganis ritibus prorſus abjectis verum Catholicum ſeſe exhibuerit, & Sacram Baſilicam Garganicam, quæ *S. Barbati* Epiſcopi Beneventani juriſdictioni ſuberat, reparandam ſuſceperit.

Vita S. Barbati ap. Bolland. tom. 3. menſ. Febr.

Ughell. de Archiep. Benev. tom. 8. col. 20.

39. Immo *Sarnellius* nos docet, quod memoratus Dux *Romoaldus* tum laudatam *S. Michaelis Baſilicam*, *tum Sipontinam* Cathedralem Eccleſiam, & Civitatem reſtaurans *S. Sabini* Epiſcopi Canuſini *Reliquiam*, quam divinitus repertam aſſerit, præfatis Eccleſiis dono dederit. Sed quinam fieri poterat, ut *Sancti Sabini reliquia* elargiretur, priuſquam a piiſſima Duciſſa *Theodora* detegeretur ejusdem *Corpus*, quod uti diximus ſeculi ſpatio occultum manſit, & locum, ubi jaceret ipſi *Canuſinæ Eccleſiæ Presbyteri* prorſus neſciebant; unde *Hiſpano* ægroto repoſuere: *Sepulchrum illius* (S. Sabini) *quod quæris, uſque hodie hominibus incognitum manet*. Eapropter omnino dicendum eſt, quod Duciſſa *Theodora* priuſquam *S. Sabini Corpus* in deſcripta Cappella reconderet, *quaſdam* excerpſerit, ſecumque diſcedens detulerit *reliquias*, quarum partem quamdam *Romoaldo* conjugi ſuo tribuerit. *Romoaldus* vero ut ſuæ in *S. Sabinum* pietati, & devotioni ſatisfaceret earumdem *reliquiarum*, *partem* unam Sipontinæ, partem alteram Garganicæ Eccleſiis, in quibus reparandis tunc totus erat, donaverit. Ex quibus omnibus luculentius comprobatur, *S. Sabini* Corpus repertum fuiſſe regnante *Grimoaldo*, & Duce *Romoaldo Theodoræ* conjuge, minime vero ſub trium annorum regimine parvi Ducis *Grimoaldi*, ut perperam putavit *Bollandus*. Proinde Eccleſia Sipontina jure gloriatur per Ducis *Romoaldi* manus accepiſſe *Reliquiam S. Sabini Epiſcopi Canuſini*, qui quoad vixit magni Sanctuarii Garganici decora, & incrementa præ omnibus ardentius procuravit, & impenſius promovit. Quocirca, eodem teſtante *Sarnellio*, in *Tabulis Sipontinis* merito legitur:

Sarnelli Cronol. Archiep. Sipont. pag. 84.

Anonym. cap. 3. n. 22. ſup. pag. 35.

Sarnell. loc. cit.

Hincque non abſunt celebris Sabini
Oſſa, Canuſi Populi bonus qui
Dictus Antiſtes fuit, atque Cuſtos,
Dignus, & Aſtris.

CA-

CAPUT V.

Epiſcopi Eccleſiæ Canuſinæ, qui floruerunt VII. & VIII. ſeculo.

1. Singularis Ducіſſæ *Theodoræ* pietas, & munificentia non in erigenda tantummodo, & ornanda Regia *S. Sabini Cappella* conſtitit, ſed ulterius etiam progreſſa, ingentia tum Cathedrali Eccleſiæ, tum Civitati *Canuſinæ* attulit beneficia. Quandoquidem non ſolum illa effecit, ut a conjuge ſuo *Romoaldo* quamplurimis decorarentur privilegiis, verum ipſa etiam multa illis conceſſit, & elargita eſt dum Ducatum adminiſtraret minori cum eſſet in ætate conſtitutus *Grimoaldus* ejus filius, qui 17. *ann.* circiter natus interiit, & cum regnare cepiſſet alter ejus filius minor *Giſulphus* appellatus, cui ſtatus regimen de jure ſpectabat ex firmatis per doctiſſimum *Illum Valenzuola*. Reſtauratis igitur Eccleſia, & Civitate Canuſina, beneficentiſſima mulier ſtatim formali Eccleſiæ, ideſt ſpirituali Populi bono providere, & conſulere ſtuduit. Eapropter ut *novus Epiſcopus* eligeretur, curavit, Ducemque *Romoaldum* adduxit, ut pias ſuas apud Romanum Pontificem *Vitalianum* preces interponeret, quo memoratam electionem confirmare dignaretur. Id quod ut facilius præſtaret Pontifex, eidem expoſita fuere ſingularia Eccleſiæ Canuſinæ merita, eo vel magis, quod ſacris *Sabini exuviis* ditata amplius illuſtris, & inſignis evaſerat: adeoque minime conveniens erat, ut adhuc Viſitationi *Epiſcopi Sipontini* ſubeſſet. Huic aliud adjungebatur inconveniens, quod *Sipontina Eccleſia Beneventani Epiſcopi* longiſſime a Canuſio poſiti, juriſdictioni ſubjecta erat. Hinc conſtans fama eſt, quod hæc, & alia rationum momenta Pontificem adduxerint, ut, eodem plane tempore ideſt *ann.* 668. quo electionem *S. Barbati* in Beneventanum Epiſcopum approbavit, ſimulque *Viſitatoris* jurisdictionem, (uti tunc inoleverat conſuetudo) ſupra *Sipontinam, Bibinenſem, Aſculanam, & Larinenſem Eccleſias* (ſicut ſupra dictum fuit) illi contulit, etiam electionem *MARCI in Antiſtitem Canuſinum* approbaret, eique plurium Epiſcopalium Apuliæ Eccleſiarum Viſitatoris jurisdictionem conferret. *Marcus* vero tam labente, quam in ſequenti ſeculo ſuos habuit ſucceſſores ab *Ughellio* deſcriptos:

Valenzuol. Conſil. 198. tom. 2. pag. 518.

Ughell. Ital. Sac. tom. 7. col. 591. & tom. 10. col. 37.

MARCUS	URSUS
JULIUS	TRANSMUNDUS
STEPHANUS	RODECAUTUS
PALUMBUS	BURSA

2. Tot, & tantæ perturbationes, quas *Apulia* præſertim pertulit, in cauſa ſunt, cur acta, & glorioſa horum Sanctiſſimorum Antiſtitum geſta deſideremus. Nihilominus monumenta firmiſſima ſuperſunt, quibus meridiana luce clarius comprobatur, in *Canuſina Eccleſia Epiſcopum fuiſſe confirmatum*; eique ampliſſimam collatam fuiſſe jurisdictionem in Eccleſiam tunc Epiſcopalem, nunc Archiepiſcopalem *Tranenſem*, ad quam ſeſe contulit Canuſi-

nuſinus Epiſcopus, ut in ea ſolemni pompa *S. LEUCII Epiſcopi Brunduſini Corpus* reponeret, uti apparet ex hujus ſolemnis *translationis* actis *ab Ughell.* relatis, & ab *Bollando* brevi Commentario illuſtratis. Quæ hic apponere libuit, utpote glorioſum *Eccleſiæ Canuſinæ* monumentum:

De S. LEUCIO Epiſcopo Brunduſii: die XI. Januarii.

3. „ Glorioſum, & omni devotione venerandum Beatiſſimi *Leuci* Con- *Bollan. tom. 1. menſis Januar. pag. 671.*
„ feſſoris Corpus, qualiter, volente Chriſto *Brunduſinis* ablatum, & *Tra-*
„ *nenſibus* ſit conceſſum, ſeriatim inſinuare curabo. Igitur poſt quam ſacra-
„ tiſſimum Corpus hujus Confeſſoris apud Urbem *Brunduſinam* digne tradi-
„ tum eſt ſepulturæ, plurimiſque decurſis temporibus exigentibus accolla-
„ rum meritis, divinoque judicio contigit, ut præfata *Urbs HOSTILI*
„ *MANU funditus everteretur*, & quæ quondam fuerat divitiis ſublimis,
„ & gloria, parviſſimi ſub ſpecie oppidi nunc uſque incolitur, & videtur:
„ cujus quidem ruina intueri eam volentium, oculis patet. *Everſa* vero at-
„ que *diruta Urbe*, Oratorium Sancti Confeſſoris, quod foris conſtructum
„ fuerat, extra oppidum colebatur. Unde factum eſt, ut quidam *Tranen-*
„ *ſium* religioſi viri, divinitus inſpirati, ad idem Oratorium, quo pretio-
„ ſum pignus quieſcebat, devotiſſime properarent. Cum vero perveniſſent
„ ad locum, ubi glorioſi Antiſtitis admirabile, & præclarum corpus habe-
„ batur, nullumque hic reperientes, inito conſilio, abſtulerunt inde ſacra-
„ tiſſimum corpus, & ſumma, cum lætitia repedantes applicuerunt longe
„ ab Urbe *Trano*, quaſi ſtadia fere duodecim. Illic vero gaudentes, & exul-
„ tantes depoſuerunt venerabile pignus. Audito vero hoc cunctus populus
„ de ſancti corporis adventione, cum ingenti lætitia feſtinabant videre, quod
„ deſiderabant habere. Ad hujuſmodi vero ſpectaculum omnis ætas quæ
„ poterat, uterque ſexus catervatim confluebant, laudantes, & benedi-
„ centes Omnipotentis magnalia, qui ſuis famulis tantum, ac talem digna-
„ tus eſt deſtinare Patronum.

4. Tandem vero *CANUSINUS PONTIFEX* cum univerſo Clerico-
„ rum comitatu, & populorum conventu præcedentium, atque ſequen-
„ tium, & cum omni cautela, & devotione, ſuſcepit *ſacratiſſimum Pi-*
„ *gnus*, & cum lampadibus, & thymiamatibus, cum lacrymis, & canti-
„ cis ingreſſus eſt Civitatem *Tranenſem*, ſecum afferens tantum theſaurum
„ uſque in *Eccleſiam Sanctæ Dei Genetricis, & perpetuæ Virginis Mariæ*, in
„ qua depoſito tanto pignore, nec mora, lætanter cives effodientes magno
„ cum gaudio ibidem *Oratorium* eo modo, quo idem glorioſus Confeſſor
„ Chriſti apud *Brunduſium* meruit, conſtruxerunt, ubi cum omni diligen-
„ tia honorifice ſacratiſſimum ejus condiderunt Corpus, agentes gratias
„ *Domino Jeſu Chriſto*, qui per ſuum Antiſtitem *Leucium* plurima benefi-
„ cia, admirandaſque virtutes illic exhibere dignatus eſt. In loco vero, quo
„ prius depoſitum fuerat ſacratum illius corpus, non longe ab Urbe eadem,
„ ut præfatus ſum, ædificaverunt *Baſilicam* in ejus honore, & nomine con-
„ ſecratam, in qua devote petentes diverſorum languorum ſuſcipiunt ſa-
„ nitatem, uſque in hodiernum diem.

5. „ Accidit autem poſt *longa Annorum curricula*, ut, *gens ISMAE-*
„ *LITARUM* propter delicta Populorum præfatam invaderet Civitatem,
„ & dirutis mœnibus, paſſimque per loca vicina diſperſis habitatoribus,
„ *Templa Sanctorum deſtrueret*; & quod dici nefas eſt, in quibus divina ca-
„ nebantur Officia, irrationabilium animalium voces intonarent; & ubi

Chri-

Digitized by Google

,, Chriſtianus populus vitæ cibum, & potum ſumebat, illic (proh dolor!)
,, præſepia facta erant equorum, *Oratorium* namque Beatiſſimi Confeſſoris
,, in contemptione, & conculcatione ſine reverentia a *Barbaris* habebatur.
,, Audiens itaque hoc vir quidam illuſtris genere, *Beneventi Comes*, quia
,, venerabile, & omni honore dignum ſacratiſſimi *Leucii corpus ab Iſmaeli-*
,, *tis* pro nihilo haberetur, protinus eorum *Principi* ſtuduit nuntiare, pro-
,, mittens plurima auri pondera ſe illi daturum, ſi pretioſum pignus ei dare-
,, tur. Allectus vero ille *auri* cupiditate, tale dedit reſponſum, ut ſi pro-
,, miſſum aurum deferret, nullatenus contradiceret de Sancti Corporis abla-
,, tione, & hoc jure jurando fide affirmavit. Tunc vero idem *Comes* gavi-
,, ſus gaudio magno, dedit quod promiſerat munus, & accepit glorioſiſſi-
,, mum pignus, cum omni diligentia, & alacritate *Beneventum* perducens.

6. ,, Sed Deus omnipotens nolens Urbem *Tranenſium* tanto fruſtrari Pon-
,, tifice ac Patrono, *EFFUGATIS HOSTIBUS* dedit re-
,, quiem feſſis, & diu laborantes populos reſpirare permiſit. Et quia tantum
,, theſaurum perdiderant, magna afficiebantur mœſtitia: & cum anxie quæ-
,, rerent, quo pacto adipiſci poſſent admirabile corpus, conſilio habito, *Be-*
,, *neventum* miſerunt, ut ſi vellet idem *Comes*, datum munus acciperet,
,, & oblatum in neceſsitate ſanctum corpus ſibi donaret. Qui cum multum
,, reſiſtens, nollet ſatisfacere petentibus, tunc *germanus* ejus, qui cum
,, æqua lance idem Beatum pignus diviſerat, inquit: Si vero dederitis mihi,
,, quantum pro toto corpore paganis tribuimus, integram a me habebitis
,, ejusdem corporis medietatem: ſin alias, ſine tanto theſauro ad propria
,, remeabitis. Audientes itaque hoc, qui miſſi fuerant, quamvis triſtes,
,, tamen intra ſe colloqui taliter cœperunt. Melius inquiunt, nobis eſt parti-
,, cipes ſancti Corporis effici, & nobiſcum partem afferre, quam cum ru-
,, bore, & confuſione ſine effectu repedare. Datoque *auri* pondere, ſuſce-
,, perunt *integram diviſi Corporis medietatem*, & cum omni lætitia devote
,, attulerunt ſacratiſsima lipſana *B. Leucii* Confeſſoris in Urbem *Tranenſium*
,, ponentes ea per manus religioſorum Sacerdotum eo loco, quo prius fue-
,, rant cum omni cautela, & reverentia collocata, glorificantes, & collau-
,, dantes clementiam Redemptoris, qui afflictis *Tranenſibus Populis diu-*
,, *turnam hoſtium oppreſſionem abſtulit*, & conceſsit benignum Tutorem at-
,, que Cuſtodem. *Vir* igitur non ſolum, *qui ſanctum Corpus ſumpto pretio;*
,, *vendiderat, verum etiam qui ex eo propagati ſunt in generatione, & genera-*
,, *tione famis penuria cruciantur uſque in hodiernum diem.*

7. ,, Interea *Theodoſius Orietanæ Sedis Antiſtes*, cum *Beneventano*
,, *Principe* Charitativam inierat amicitiam; in cujus dilectione confiſus, pe-
,, tiit ab eo aliquantum partis pretioſi Corporis. At ille petitionibus ejus ſa-
,, tisfaciens ſumma cum diligentia conceſsit, quod fraterna devote Charitas
,, poſcebat; ſuſcipienſque tanti theſauri munus magna cum exultatione apud
,, *Brunduſium* loco priſtino collocavit. Ideoque dilectiſsimi fratres, in hu-
,, jus diei ſolemnitate *Beneventum* gaudeat, & exultet *Tranum*, *Brunduſium*
,, lætetur, quia meruimus tantum, ac talem habere Patronum.... *S. Leu-*
,, *ci adiuva nos*.... Memento Chriſtianorum omnium, præcipue *Joannis*
,, *Tranenſis*, *Sipontini*, *atque Garganenſis Archiepiſcopi; nec non Pontifi-*
,, *calis*, *& Auguſtalis SINKELLI*, qui tua præ omnibus devotiſsime
,, feſta venerantur, præſtante D. N. Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu
,, S. vivit, & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

§. I.

§. I.

Epiſcopus Canuſinus Tranum pergit S. Leucii Epiſcopi Brunduſini Corpus ibidem collocaturus.

8. S. Leucii Eccleſia Romana meminit in ſuo Martyrologio *die* 11. *Jan.*: *BRUNDUSII S. LEUCII Epiſcopi, & Confeſſoris* ubi Baronius notat: *Reſtitutus eſt ex vet. MSS. Licet enim Brunduſinus eſſet Epiſcopus etiam Romæ colebatur. Erat enim quinto ab Urbe lapide Eccleſia Sancti Leucii, cujus meminit S. Greg. lib. 9. Regiſt. epiſt. 73. cumque inde fuiſſent ablatæ ejus Reliquiæ, idem Pontifex alias ejuſdem ſancti ad ſe Reliquias mitti juſſit.* Epiſtola *S. Gregorii* a *Baronio* memorata ſcripta fuit *Indict. IV.*, quæ incidit in *an.* 601.. Data fuit ad *Petrum Epiſcopum Hydruntinum*, & Eccleſiæ *Brunduſinæ* Viſitatorem, a quo poſcit Pontifex, ut *reliquiarum S. Leucii* partem aliquam ad ſe mittat. Unde intelligimus, quod ea tempeſtate ſacræ *Leucii exuviæ Brunduſii* quieſcebant; Id quod urget nos, ut perſcrutari conemur *annos* in quibus *tres Corporis ejuſdem ſancti Translationes* ſupra deſcriptæ contigerunt. Quarum *prima* fuit quando *Brunduſio, hoſtili manu, funditus everſo Tranum* tranſvectum fuit: *Altera*, cum *poſt longa annorum curricula* ejuſdem corpus a *Saracenis* emit, & Beneventum aſportavit *Comes Beneventanus*: *Tertia*, cum *effugatis hoſtibus* Corporis ejusdem medietas denuo empta *Tranumqae* reducta fuit, quædam vero reliquiarum pars ab *Epiſcopo Uritano*, obtenta *Brunduſio* recondita fuit. *Sarnellus* itaque exiſtimat, *S. Leucii* reliquias *an.* 620. a *Tranenſibus*, & ab Epiſcopo *Uritano* fuiſſe recuperatas; id quod pugnat ex diametro cum tota Cronologia; quocirca cum nullum alium invenerimus, a quo aliquid luminis mutuari quiverimus; oportet, ut conatus induſtriamque omnem noſtram exeramus, quo talium *Translationum epocham* ſtatuere valeamus.

Baron. in not. ad Martyrol. Rom 11. Jan.

S. Gregor. M. lib. 9. ep. 75. Indict. 4.

Sarnellus Cron. Archiepiſ. Sipontin. pag. 142.

9. In primis igitur nulli dubium, quin *Brunduſium* ad incitas redactum ſit poſtquam illud invaſit Rex *Totila*, qui ejusdem mœnia ſolo æquavit. Multa etiam incommoda excepit diuturno illo bello, quo idem *Gotbis* eripere *Joan Imp. Juſtiniani Dux* modis omnibus adniſus eſt. Nec minora ſubſtinuiſſe opinor *Authari* regnante; legitur enim, *S. Gregorium M.* ejusdem Eccleſiæ Viſitatorem deputaſſe *Petrum Epiſcopum Hydruntinum*. Hujus tamen Civitatis deſolatio a *Paulo* Diacono deſcripta Duci *Romoaldo* tribuitur: *Romoaldus Beneventanorum Dux, congregata exercitus multitudine, Tarentum expugnavit, & cepis; parique modo Brunduſium, & omnem illam, quæ in circuitu eſt, latiſſimam Regionem ſuæ ditioni ſubjugavit.* Hinc etiam eſt quod *Antonius Galateus* in ſua *de Situ Japygiæ*, hiſtoria Duci memorato *Brunduſii* adſcribit Everſionem „ *Brunduſium* Urbs quondam populoſiſſima, nunc „ crebris ſeditionibus, & cœli intemperie pene deſerta eſt, & majori ex par- „ te vacua. Hoc fere *commune* eſt omnibus *magnis Urbibus*, ubi frequentia „ hominum deeſt, *aeris* accuſatur *inclementia*. Hoc *Babylon*, omnium „ Urbium populoſiſſima, experta eſt, quam, ſi Scriptoribus creditur, Pro-

Procopius de Bello Goth. lib. 3. cap. 8.

S. Greg. M. lib. 5. ep. 21.

Paulus Diac. lib. 6. cap. 1.

Antonius Galateus de ſitu Japygiæ apud Grevii tom. 9. par. 5.

M vin-

Anonym. ſupra cap 3. numero 23. pag. 35.

Matris ſuæ Theodoræ uti noſter teſtatur *Anonymus* : *Romualt defuncto eam (Theodoram) ad regendum Samnitum populum cum parvo filio reliquit*.

Trovli Hiſt. Neap. tom. 3. pag. 258.

Murat. Annal. Ital. tom. 4. pag. 474. & ſeq.

36. Hiſce ita ſe habentibus cum celebratiſſimus *Aſſemanus* animum ſerio appuliſſet ad inveſtigandam viam, ac rationem, qua hæc conciliari poſſit Cronologia, nullo enim pacto ſubſtineri poteſt illá *Bollandi*, *Sarnelli*, & Abbatis *Troyli*; & cum illuminatiſſimus *Muratorius* profiteatur ad *ann.* 702. *Io per me laſcio la queſtione come ſtà, a decider la quale ci occorrerebbe qualche documento di quei medeſimi tempi. Quello ch' è certo eſſendo venuto a morte Giſolfo I. Duca di Benevento gli ſuccedette in quelli Stati Romoaldo II. ſuo Figliuolo. Il Dottor Bianchi nelle Annotat. à Paolo Diacono, crede che Romoaldo II. ſuccedeſſe à Giſolfo nell'anno* 707.. Cumque exinde certum habeatur, quod *Giſulphus* vitam produxerit uſque ad *annum* 707., idcirco laudatus Scriptor, relatis omnium hiſtoricorum opinionibus, ſuam proferre adnititur, hiſce verbis „ In tanto Doctorum Virorum conflictu, ſi licet meam inter-

Aſſeman. de Reb. Neap. cap. 13. §. 8. to. n. 2. pag. 474. & ſeqq.

„ ponere ſententiam, a *Paulo Diacono* ne latum quidem unguem receden-
„ dum eſſe exiſtimo..... Quum ex Paulo habeamus *Romoaldum* per *an-*
„ *nos* 16. Ducem fuiſſe, *Grimoaldum* per *tres annos*, & *Giſulphum per* 17.;
„ dicendum omnino, primum ab *anno* 662. uſque ad 677. exeuntem, alte-
„ rum uſque ad *annum* 680. tertium vero uſque ad exeuntem 697. Ducatum
„ Beneventanum rexiſſe. Verum neque *anno* 697. *Giſulphum* obiiſſe, ſed
„ longe ulterius vitam produxiſſe, demonſtrant res ab eo geſtæ ſub *Joan-*
„ *ne VI. Papa*; quando Campaniam Romanam invaſit..... *Et poſt plura*
„ *concludit*: Quid igitur? Si pro *XVII.*, uti in *Pauli* hiſtoria ſcribitur,
„ *anni XXVII. Giſulpho* ſunt conſignandi: itaut ad *ann.* Chr. 707. devene-
„ rit. Hoc ſuadere videtur ipſa *Giſulphi* actio, quam *Paulus* ſub *Joanne*
„ *Papa* deſcribit: quæ quum juxta *Anaſtaſium*, ſive antiquiorem eo Vita-
„ rum Pontificum ſcriptorem, ad *Joannis VI.* tempora referatur, exinde
„ non immerito colligitur, errorem in numero annorum *XVII.* cubare:
„ quemadmodum error certe cubat in Catalogo illo (qui præmittitur hiſto-
„ riæ *Anonymi Salernitani*, & *Erchemperti*) in quo anni dumtaxat *XIV.*
„ *Giſulpho* tribuuntur.

Anonym. Salernitan. apud Murat. tom. 2. Rer. Ital. part. 2. pag. 169.

37. Hanc optimam Cronologiam hiſtoriæ Longobardorum illuſtrandæ peropportunam, minime, vero *Epochæ S. Sabini Inventionis* perſcrutandæ aptam ideo adduxi, ut inferrem (quod mihi certe ſat ſuperque eſt), quod communis ſit Scriptorum ſeutentia, Regnum nimirum *Regis Grimoaldi* perduraſſe ab *ann.* 662. uſque ad *ann.* 671. Et demum ſtatuerem, quod illo temporis intervallo *Corpus S. Sabini* repertum ſit: *Eo quoque tempore Longobardorum Regni Grimoald gubernacula ſubſtinebat*. Ex quo illud neceſſario ſequitur, quod minime repertum ſit in tribus illis annis, in quibus parvus *Grimoaldus* Ducatum tenuit ſub adminiſtratione *Theodoræ* ipſius genitricis. Demum illud quoque perſpicuis comprobatur momentis, quod Corporis *S. Sabini* inventio omnino aſſignanda ſit *circa an.* 666. ſæculo adamuſſim elapſo ab ejusdem obitu. Quo toto temporis ſpatio occultum omnino manſit, divinaque certe providentia factum fuit, ut omnibus innoteſceret, & appareret eo tempore, quo Dux *Romoaldus* precibus, & ſermonibus tum *S. Barbati*, tum *Theodoræ* nullatenus motus adhuc firmus, & conſtans perſtabat in obſervandis aliquibus *Gentilitatis ritibus*, quibus Nuncium penitus miſit poſtquam Longobardi ſpectatores fuere miraculorum a Deo *S. Sabini* interceſſione patratorum. Quibus permoti eumdem *Patronum* ſibi ſuum conſtituerunt.

38. Ex

Digitized by Google

38. Ex *S. Barbati* actis eruitur, quod ipſe Beneventanus Antiſtes electus fuerit, ipſique demandata *præfectura Baſilicæ S. Michaelis ann. 663.* poſtquam Beneventum obſidione ſolutum fuerat. E contra illius electio non prius confirmata reperitur quam *an.668.* a Pontifice *Vitaliano* cum *Bulla* ſub datum *3. Kal. Februarii Indict. XI.*, qua idem conceſſit *Eccleſiam Beneventanam*, & jurisdictionem ſupra alias etiam Eccleſias Epiſcopales tunc dirutas hiſce ſequentibus verbis: *Idcirco piis tuis deſideriis faventes, ac noſtra auctoritate id quod expoſcit effectus mancipamus, concedentes tibi, tuæque præfatæ Reverendiſſimæ Beneventanenſi Eccleſiæ, ideſt Bibinum, Aſculum, Larinum, & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Gargano, pariterque Sipontinam Eccleſiam, quæ in magna inopia, & paupertate eſſe videtur, & abſque cultoribus, & Eccleſiaſticis officiis, nunc cernitur eſſe depravata, cum omnibus quidem eorum pertinentiis.* Ex hac igitur Pontificia diſpoſitione colligitur, quod Dux *Romoaldus* Paganis ritibus prorſus abjectis verum Catholicum ſeſe exhibuerit, & Sacram Baſilicam Garganicam, quæ *S. Barbati* Epiſcopi Beneventani jurisdictioni ſuberat, reparandam ſuſceperit.

Vita S. Barbati ap. Bolland. tom. 3. menſ. Febr.

Ughell. de Arbiep. Benev. tom. 8. col. 20.

39. Immo *Sarnellius* nos docet, quod memoratus Dux *Romoaldus* tum laudatam *S. Michaelis Baſilicam, tum Sipontinam* Cathedralem Eccleſiam, & Civitatem reſtaurans *S. Sabini* Epiſcopi Canuſini *Reliquiam*, quam divinitus repertam aſſerit, præfatis Eccleſiis dono dederit. Sed quinam fieri poterat, ut *Sancti Sabini reliquia* elargiretur, priuſquam a piiſſima Duciſſa *Theodora* detegeretur ejusdem *Corpus*, quod uti diximus ſeculi ſpatio occultum manſit, & locum, ubi jaceret ipſi *Canuſinæ Eccleſiæ Presbyteri* prorſus neſciebant; unde *Hiſpano* ægroto repoſuere: *Sepulchrum illius* (S. Sabini) *quod quæris, uſque hodie hominibus incognitum manet*. Eapropter omnino dicendum eſt, quod Duciſſa *Theodora* priuſquam *S. Sabini Corpus* in deſcripta Cappella reconderet, *quasdam* exceipſerit, ſecumque diſcedens detulerit *reliquias*, quarum partem quamdam *Romoaldo* conjugi ſuo tribuerit. *Romoaldus* vero ut ſuæ in *S. Sabinum* pietati, & devotioni ſatisfaceret earumdem *reliquiarum*, *partem* unam Sipontinæ, partem alteram Garganicæ Eccleſiis, in quibus reparandis tunc totus erat, donaverit. Ex quibus omnibus luculentius comprobatur, *S. Sabini* Corpus repertum fuiſſe regnante *Grimoaldo*, & Duce *Romoaldo Theodora* conjuge, minime vero ſub trium annorum regimine parvi Ducis *Grimoaldi*, ut perperam putavit *Bollandus*. Proinde Eccleſia Sipontina jure gloriatur per Ducis *Romoaldi* manus accepiſſe *Reliquiam S. Sabini Epiſcopi Canuſini*, qui quoad vixit magni Sanctuarii Garganici decora, & incrementa præ omnibus ardentius procuravit, & impenſius promovit. Quocirca, eodem teſtante *Sarnellio*, in *Tabulis Sipontinis* merito legitur:

Sarnelli Cronol. Archiep. Sipont. pag. 84.

Anonym. cap. 3. n. 22. ſup. pag. 35.

Sarnell. loc. cit.

Hincque non abſunt celebris Sabini
Oſſa, Canuſi Populi bonus qui
Dictus Antiſtes fuit, atque Cuſtos,
Dignus, & Aſtris.

CA-

CAPUT V.

Epiſcopi Eccleſiæ Canuſinæ, qui floruerunt VII. & VIII. ſeculo.

1. SIngularis Duciſſæ *Theodoræ* pietas, & munificentia non in erigenda tantummodo, & ornanda Regia *S. Sabini Cappella* conſtitit, ſed ulterius etiam progreſſa, ingentia tum Cathedrali Eccleſiæ, tum Civitati *Canuſinæ* attulit beneficia. Quandoquidem non ſolum illa effecit, ut a conjuge ſuo *Romoaldo* quamplurimis decorarentur privilegiis, verum ipſa etiam multa illis conceſſit, & elargita eſt dum Ducatum adminiſtraret minori cum eſſet in ætate conſtitutus *Grimoaldus* ejus filius, qui 17. *ann.* circiter natus interiit, & cum regnare cepiſſet alter ejus filius minor *Giſulphus* appellatus, cui ſtatus regimen de jure ſpectabat ex firmatis per doctiſſimum *Iſtum Valenzuola*. Reſtauratis igitur Eccleſia, & Civitate Canuſina, beneficentiſſima mulier ſtatim formali Eccleſiæ, ideſt ſpirituali Populi bono providere, & conſulere ſtuduit. Eapropter ut *novus Epiſcopus* eligeretur, curavit, Ducemque *Romoaldum* adduxit, ut pias ſuas apud Romanum Pontificem *Vitalianum* preces interponeret, quo memoratam electionem confirmare dignaretur. Id quod ut facilius præſtaret Pontifex, eidem expoſita fuere ſingularia Eccleſiæ Canuſinæ merita, eo vel magis, quod ſacris *Sabini exuviis* ditata amplius illuſtris, & inſignis evaſerat: adeoque minime conveniens erat, ut adhuc Viſitationi *Epiſcopi Sipontini* ſubeſſet. Huic aliud adjungebatur inconveniens, quod *Sipontina Eccleſia Beneventani Epiſcopi* longiſſime a Canuſio poſiti, juriſdictioni ſubjecta erat. Hinc conſtans fama eſt, quod hæc, & alia rationum momenta Pontificem adduxerint, ut, eodem plane tempore ideſt *ann.* 668. quo electionem *S. Barbati* in Beneventanum Epiſcopum approbavit, ſimulque *Viſitatoris* jurisdictionem, (uti tunc inoleverat conſuetudo) ſupra *Sipontinam, Bibinenſem, Aſculanam, & Larinenſem Eccleſias* (ſicut ſupra dictum fuit) illi contulit, etiam electionem *MARCI in Antiſtitem Canuſinum* approbaret, eique plurium Epiſcopalium Apuliæ Eccleſiarum Viſitatoris jurisdictionem conferret. *Marcus* vero tam labente, quam in ſequenti ſeculo ſuos habuit ſucceſſores ab *Ughellio* deſcriptos:

Valenzuel. Conſil. 198. tom. 2. pag. 518.

Ughell. Ital. Sac. tom. 7. col. 591. & tom. 10. col. 37.

MARCUS	URSUS
JULIUS	TRANSMUNDUS
STEPHANUS	RODECAUTUS
PALUMBUS	BURSA

2. Tot, & tantæ perturbationes, quas *Apulia* præſertim pertulit, in cauſa ſunt, cur acta, & glorioſa horum Sanctiſſimorum Antiſtitum geſta deſideremus. Nihilominus monumenta firmiſſima ſuperſunt, quibus meridiana luce clarius comprobatur, in *Canuſina Eccleſia Epiſcopum fuiſſe confirmatum*; eique ampliſſimam collatam fuiſſe jurisdictionem in Eccleſiam tunc Epiſcopalem, nunc Archiepiſcopalem *Tranenſem*, ad quam ſeſe contulit Canuſi-

Digitized by Google

nuſinus Epiſcopus, ut in ea ſolemni pompa *S. LEVCII Epiſcopi Brunduſini Corpus* reponeret, uti apparet ex hujus ſolemnis *translationis* actis *ab Vghell.* relatis, & ab *Bollando* brevi Commentario illuſtratis. Quæ hic apponere libuit, utpote glorioſum *Eccleſiæ Canuſinæ* monumentum:

De S. LEVCIO Epiſcopo Brunduſii: die XI. Januarii.

3. ,, Glorioſum, & omni devotione venerandum Beatiſſimi *Leuci* Con- *Bollan. tom. 1. menſis Januar. pag. 672.*
,, feſſoris Corpus, qualiter, volente Chriſto *Brunduſinis* ablatum, & *Tra-*
,, *nenſibus* ſit conceſſum, ſeriatim inſinuare curabo. Igitur poſt quam ſacra-
,, tiſſimum Corpus hujus Confeſſoris apud Urbem *Brunduſinam* digne tradi-
,, tum eſt ſepulturæ, plurimiſque decurſis temporibus exigentibus accolla-
,, rum meritis, divinoque judicio contigit, ut præfata *Vrbs HOSTILI*
,, *MANV funditus everteretur*, & quæ quondam fuerat divitiis ſublimis,
,, & gloria, parviſſimi ſub ſpecie oppidi nunc uſque incolitur, & videtur:
,, cujus quidem ruina intueri eam volentium, oculis patet. *Everſa* vero at-
,, que *diruta Vrbe*, Oratorium Sancti Confeſſoris, quod foris conſtructum
,, fuerat, extra oppidum colebatur. Unde factum eſt, ut quidam *Tranen-*
,, *ſium* religioſi viri, divinitus inſpirati, ad idem Oratorium, quo pretio-
,, ſum pignus quieſcebat, devotiſſime properarent. Cum vero perveniſſent
,, ad locum, ubi glorioſi Antiſtitis admirabile, & præclarum corpus habe-
,, batur, nullumque hic reperientes, inito conſilio, abſtulerunt inde ſacra-
,, tiſſimum corpus, & ſumma, cum lætitia repedantes applicuerunt longe
,, ab Urbe *Trano*, quaſi ſtadia fere duodecim. Illic vero gaudentes, & exul-
,, tantes depoſuerunt venerabile pignus. Audito vero hoc cunctus populus
,, de ſancti corporis adventione, cum ingenti lætitia feſtinabant videre, quod
,, deſiderabant habere. Ad hujuſmodi vero ſpectaculum omnis ætas quæ
,, poterat, uterque ſexus catervatim confluebant, laudantes, & benedi-
,, centes Omnipotentis magnalia, qui ſuis famulis tantum, ac talem digna-
,, tus eſt deſtinare Patronum.

4. Tandem vero *CANVSINVS PONTIFEX* cum univerſo Clerico-
,, rum comitatu, & populorum conventu præcedentium, atque ſequen-
,, tium, & cum omni cautela, & devotione, ſuſcepit *ſacratiſſimum Pi-*
,, *gnus*, & cum lampadibus, & thymiamatibus, cum lacrymis, & canti-
,, cis ingreſſus eſt Civitatem *Tranenſem*, ſecum afferens tantum theſaurum
,, uſque in *Eccleſiam Sanctæ Dei Genetricis, & perpetuæ Virginis Mariæ*, in
,, qua depoſito tanto pignore, nec mora, lætanter cives effodientes magno
,, cum gaudio ibidem *Oratorium* eo modo, quo idem glorioſus Confeſſor
,, Chriſti apud *Brunduſium* meruit, conſtruxerunt, ubi cum omni diligen-
,, tia honoriſice ſacratiſſimum ejus condiderunt Corpus, agentes gratias
,, *Domino Jeſu Chriſto*, qui per ſuum Antiſtitem *Leucium* plurima benefi-
,, cia, admirandaſque virtutes illic exhibere dignatus eſt. In loco vero, quo
,, prius depoſitum fuerat ſacratum illius corpus, non longe ab Urbe eadem,
,, ut præfatus ſum, ædificaverunt *Baſilicam* in ejus honore, & nomine con-
,, ſecratam, in qua devote petentes diverſorum languorum ſuſcipiunt ſa-
,, nitatem, uſque in hodiernum diem.

5. ,, Accidit autem poſt *longa Annorum curricula*, ut, *gens ISMAE-*
,, *LITARVM* propter delicta Populorum præfatam invaderet Civitatem,
,, & dirutis mœnibus, paſſimque per loca vicina diſperſis habitatoribus,
,, *Templa Sanctorum deſtrueret*; & quod dici nefas eſt, in quibus divina ca-
,, nebantur Officia, irrationabilium animalium voces intonarent; & ubi

Chri-

Digitized by Google

,, Chriſtianus populus vitæ cibum, & potum ſumebat, illic (proh dolor!)
,, præſepia facta erant equorum, *Oratorium* namque Beatiſſimi Confeſſoris
,, in contemptione, & conculcatione ſine reverentia a *Barbaris* habebatur.
,, Audiens itaque hoc vir quidam illuſtris genere, *Beneventi Comes*, quia
,, venerabile, & omni honore dignum ſacratiſſimi *Leucii corpus ab Iſmaeli-*
,, *tis* pro nihilo haberetur, protinus eorum *Principi* ſtuduit nuntiare, pro-
,, mittens plurima auri pondera ſe illi daturum, ſi pretioſum pignus ei dare-
,, tur. Allectus vero ille *auri* cupiditate, tale dedit reſponſum, ut ſi pro-
,, miſſum aurum deferret, nullatenus contradiceret de Sancti Corporis abla-
,, tione, & hoc jure jurando fide affirmavit. Tunc vero idem *Comes* gavi-
,, ſus gaudio magno, dedit quod promiſerat munus, & accepit glorioſiſſi-
,, mum pignus, cum omni diligentia, & alacritate *Beneventum* perducens.

6. ,, Sed Deus omnipotens nolens Urbem *Tranenſium* tanto fruſtrari Pon-
,, tifice ac Patrono, *EFFUGATIS HOSTIBUS* dedit re-
,, quiem feſſis, & diu laborantes populos reſpirare permiſit. Et quia tantum
,, theſaurum perdiderant, magna afficiebantur mœſtitia: & cum anxie quæ-
,, rerent, quo pacto adipiſci poſſent admirabile corpus, conſilio habito, *Be-*
,, *neventum* miſerunt, ut ſi vellet idem *Comes*, datum munus acciperet,
,, & oblatum in neceſsitate ſanctum corpus ſibi donaret. Qui cum multum
,, reſiſtens, nollet ſatisfacere petentibus, tunc *germanus* ejus, qui cum
,, æqua lance idem Beatum pignus diviſerat, inquit: Si vero dederitis mihi,
,, quantum pro toto corpore paganis tribuimus. integram a me habebitis
,, ejusdem corporis medietatem: ſin alias, ſine tanto theſauro ad propria
,, remeabitis. Audientes itaque hoc, qui miſſi fuerant, quamvis triſtes,
,, tamen intra ſe colloqui taliter ceperunt. Melius inquiunt, nobis eſt parti-
,, cipes ſancti Corporis effici, & nobiſcum partem afferre, quam cum ru-
,, bore, & confuſione ſine effectu repedare. Datoque *auri* pondere, ſuſce-
,, perunt *integram diviſi Corporis medietatem*, & cum omni lætitia devote
,, attulerunt ſacratiſsima lipſana *B. Leucii* Confeſſoris in Urbem *Tranenſium*
,, ponentes ea per manus religioſorum Sacerdotum eo loco, quo prius fue-
,, rant cum omni cautela, & reverentia collocata, glorificantes, & collau-
,, dantes clementiam Redemptoris, qui afflictis *Tranenſibus Populis diu-*
,, *turnam hoſtium oppreſſionem abſtulit*, & conceſsit benignum Tutorem at-
,, que Cuſtodem. *Vir* igitur non ſolum, *qui ſanctum Corpus ſumpto pretio;*
,, *vendiderat, verum etiam qui ex eo propagati ſunt in generatione, & genera-*
,, *tione famis penuria cruciantur uſque in hodiernum diem.*

7. ,, Interea *Theodoſius Orietanæ Sedis Antiſtes*, cum *Beneventano*
,, *Principe* Charitativam inierat amicitiam; in cujus dilectione confiſus, pe-
,, tiit ab eo aliquantum partis pretioſi Corporis. At ille petitionibus ejus ſa-
,, tisfaciens ſumma cum diligentia conceſsit, quod fraterna devote Charitas
,, poſcebat; ſuſcipienſque tanti theſauri munus magna cum exultatione apud
,, *Brunduſium* loco priſtino collocavit. Ideoque dilectiſsimi fratres, in hu-
,, jus diei ſolemnitate *Beneventum* gaudeat, & exultet *Tranum*, *Brunduſium*
,, lætetur, quia meruimus tantum, ac talem habere Patronum .... *S. Leu-*
,, *ci adiuva nos* .... Memento Chriſtianorum omnium, præcipue *Joannis*
,, *Tranenſis*, *Sipontini*, *atque Garganenſis Archiepiſcopi; nec non Pontifi-*
,, *calis*, & *Auguſtalis SINKELLI*, qui tua præ omnibus devotiſsime
,, feſta venerantur, præſtante D. N. Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu
,, S. vivit, & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Digitized by Google

§. I.

Epiſcopus Canuſinus Tranum pergit S. Leucii Epiſcopi Brunduſini Corpus ibidem collocaturus.

8. S. Leucii Eccleſia Romana meminit in ſuo Martyrologio *die* 11. *Jan.*: *BRUNDUSII S. LEUCII Epiſcopi*, *& Confeſſoris* ubi Baronius notat: *Reſtitutus eſt ex vet. MSS. Licet enim Brunduſinus eſſet Epiſcopus etiam Romæ colebatur. Erat enim quinto ab Urbe lapide Eccleſia Sancti Leucii, cujus meminit S. Greg. lib. 9. Regiſt. epiſt. 73. cumque inde fuiſſent ablatæ ejus Reliquiæ, idem Pontifex alias ejuſdem ſancti ad ſe Reliquias mitti juſſit.* Epiſtola *S. Gregorii* a *Baronio* memorata ſcripta fuit *Indict. IV.*, quæ incidit in *an.* 601.. Data fuit ad *Petrum Epiſcopum Hydruntinum*, & Eccleſiæ *Brunduſinæ* Viſitatorem, a quo poſcit Pontifex, ut *reliquiarum S. Leucii* partem aliquam ad ſe mittat. Unde intelligimus, quod ea tempeſtate ſacræ *Leucii exuviæ Brunduſii* quieſcebant; Id quod urget nos, ut perſcrutari conemur *annos* in quibus *tres Corporis ejuſdem ſancti Translationes* ſupra deſcriptæ contigerunt. Quarum *prima* fuit quando *Brunduſio, hoſtili manu, funditus everſo Tranum* tranſvectum fuit: *Altera*, cum *poſt longa annorum curricula* ejuſdem corpus a *Saracenis* emit, & Beneventum aſportavit *Comes Beneventanus*: *Tertia*, cum *effugatis hoſtibus* Corporis ejusdem medietas denuo empta *Tranumqae* reducta fuit, quædam vero reliquiarum pars ab *Epiſcopo Uritano*, obtenta *Brunduſio* recondita fuit. *Sarnellus* itaque exiſtimat, *S. Leucii* reliquias *an.* 620. a *Tranenſibus*, & ab Epiſcopo *Uritano* fuiſſe recuperatas; id quod pugnat ex diametro cum tota Cronologia; quocirca cum nullum alium invenerimus, a quo aliquid luminis mutuari quiverimus; oportet, ut conatus induſtriamque omnem noſtram exeramus, quo talium *Translationum epocham* ſtatuere valeamus.

Baron. in not. ad Martyrol. Rom 11. Jan.

S. Gregor. M. lib. 9. ep. 75. Indict. 4.

Sarnellus Cron. Archiepiſ. Sipontin. pag. 142.

9. In primis igitur nulli dubium, quin *Brunduſium* ad incitas redactum ſit poſtquam illud invaſit Rex *Totila*, qui ejusdem mœnia ſolo æquavit. Multa etiam incommoda excepit diuturno illo bello, quo idem *Gothis* eripere *Joan Imp. Juſtiniani Dux* modis omnibus adniſus eſt. Nec minora ſubſtinuiſſe opinor *Authari* regnante; legitur enim, *S. Gregorium M.* ejusdem Eccleſiæ Viſitatorem deputaſſe *Petrum Epiſcopum Hydruntinum*. Hujus tamen Civitatis deſolatio a *Paulo* Diacono deſcripta Duci *Romoaldo* tribuitur: *Romoaldus Beneventanorum Dux, congregata exercitus multitudine, Tarentum expugnavit, & cepit; parique modo Brunduſium, & omnem illam, quæ in circuitu eſt, latiſſimam Regionem ſuæ ditioni ſubjugavit.* Hinc etiam eſt quod *Antonius Galateus* in ſua *de Situ Japygiæ*, hiſtoria Duci memorato *Brunduſii* adſcribit Everſionem „ *Brunduſium* Urbs quondam populoſiſſima, nunc
„ crebris ſeditionibus, & cœli intemperie pene deſerta eſt, & majori ex par-
„ te vacua. Hoc fere *commune* eſt omnibus *magnis Urbibus*, ubi frequentia
„ hominum deeſt, *aeris* accuſatur *inclementia*. Hoc *Babylon*, omnium
„ Urbium populoſiſſima, experta eſt, quam, ſi Scriptoribus creditur, Pro-

Procopius de Bello Goth. lib. 3. cap. 8.

S. Greg. M. lib. 5. ep. 21.

Paulus Diac. lib. 6. cap. 1.

Antonius Galateus de ſitu Japygiæ apud Grevii tom. 9. par. 5.

Digitized by Google

„ vinciam, non Urbem, appellavit *Ariſtoteles*, non ſecus ac ſi quis cir-
„ cumponat murum toti *Peloponneſo*. Hoc videbis, & in *Italia*, ut *Meta-*
„ *pontus*, *Heraclea*, *Crotopeſtum*, *Capua*, & *Roma* terrarum caput; in
„ proverbio enim eſt, *Magna Urbs*, *magna Solitudo*. Ideo mos fuit *Græ-*
„ *corum* non immenſæ magnitudinis Urbes condere: exemplo nobis ſunt
„ *Athenæ*, *Thebæ*, *Lacedæmon*, *Megara*, *Argi*. *Plato* Urbem ſuam
„ quinque millibus domorum numerum excedere vetuit, ac ſi creſcat mul-
„ titudo, colonias eſſe mittendas juſſit: *Ariſtoteles* tantam eſſe Urbem ſta-
„ tuit, ut illius omnis populus vocem, & dicta præconis, aut concionantis
„ facile audire poſſit. Quin etiam, & Urbes, ſub ſalubri cœlo poſitæ, de-
„ letæ ſunt. Sicut, & homines, ſic, & Urbes fata habent ſua. Sed civium
„ negligentia Urbem hanc infamavit: quæ, ſi aquæ ſuos exitus apertos ha-
„ buiſſent, nunquam tale nomen aſſecuta fuiſſet. Sed qualis fuerit *Guidonis*
„ temporibus, illius hæc verba demonſtrant: *Et poſt has antiquius cuncta-*
„ *rumque nobilius Brunduſium*, *in quo Eccleſia Sancti* Pontificis, & Confeſ-
„ ſoris *CHRILEUCII*, egregio opere conſtructa, ubi & requievit, cer-
„ nitur. Hanc Urbem *ROMOALDUS*, *Beneventanorum Princeps*, cum
„ *Tarento* ſimul cepit, & diruit, ſimul quoque, & cæteras Civitates *Sa-*
„ *lentinæ* Regionis: eo quod exercitus Romanorum ab Urbe *Conſtantinopo-*
„ *litana* miſſos ſuſciperent, & devotæ Orientali Aulæ, aut antiquitus, dum
„ *Longobardorum* gens divina miſſione Italiam infeſtarent, parerent.

10. Prælium hoc a Duce *Romoaldo*, auxiliariis copiis *Bulgarorum* (quibus paucas in *Comitatu* vulgo Moliſio nuncupat titulo *Caſtaldorum* Civitates tribuerat,) commiſſum, circa *annum 669.* cum jam *Imp. Conſtans* in Sicilia fato perfunctus idem Dux opportunam nactus eſt occaſionem ab ea Græcos ejiciendi, & *Apulia Calabriaque* potiundi. Hinc circa hoc tempus factum fuit, ut, *Brunduſio* hoſtili manu jam everſo, illuc commigrarent *Tranenſes*, Sacrumque *Leucii* pignus abducerent, & ſecum in patriam transferrent. Quoniam vero *Tranum*, tunc *Epiſcopo* carebat, uti videre eſt in *Ughello*, & *jurisdictioni Epiſcopi Canuſini* uti ejusdem Eccleſiæ *Viſitatoris*, ſuberat: idcirco memoratus Antiſtes illic perrexit, ut ea, quæ ex actis recit. habemus, perficeret *n.4. Tandem vero CANUSINUS PONTIFEX cum univerſo Clericorum comitatu, & populorum conventu præcedentium, ac ſequentium, & cum omni cautela, & devotione ſuſcepit ſacratiſſimum pignus*. Quamquam vero hujuſce rei *Epocha* certa adſignari nequit, eam tamen non multo poſt 670. ſtatuendam eſſe crediderim. Nam Dux *Romoaldus*, qui poſt abolitos uti ſupra *gentilitatis ritus* admodum pie chriſtianeque regnabat, eam ſibi curam inter cæteras ſumpſit reſtaurandi nimirum Civitatem *Brunduſinam*, in qua legitur *ann. 695.* jam fuiſſe in Epiſcopum deputatum *Theodorum*, uti teſtatur *Ughell.*

Paulus Diac. lib. 5. cap. 19.

Ughellus Ital. ac. tom. 9. col. 19.

11. *Secunda* autem *S. Leucii Translatio* omnino referenda eſt tempori, quo *Iſmaelitæ*, ideſt *Saraceni* in *Apuliam* venerunt, id quod evenit circa *an.* 840., uti ſuo loco dicetur. Porro crediderim, quod eo prorſus tempore, quo *Ludovicus* Imp. forti ſtipatus exercitu *Apuliam* venit ut *Saracenos Bario* expelleret, tunc *Quidam ex comitibus*, *qui Principi Beneventano*, *famulabantur, potis fuit ab Saracenis Corpus S. Leucii coemere*, quod contigit *anno* 866. *circ. ad* 870.

12. *Tertia translatio* accidit, cum memoratum Sacrum Corpus Benevento Tranum advectum fuit, Auctor *S. Leucii* actorum exiſtimat, eamdem

Digitized by Google

dem eveniſſe effugatis jam hoſtibus, & ideo hæc aſſerit, quia ipſe *Græcis* favebat. Unde opinor, quod intelligat accidiſſe eo tempore, quo Græci Benevento potiti ſunt regnante *Urſo* Principe teneræ adhuc ætatis. Commode enim tunc commercium *Tranenſes* inter, & *Beneventanos* intercedere poterat. Ex quo conſequens eſt, quod facile Tranenſes corporis *S. Leucii* medietatem emere, & *Tranum* aſportare valuerint; id quod contigit intra *annos* 891., & 894. in quibus *Benevento Græcos potitos* fuiſſe, teſtatur *Ignotus Barenſis*. Unde laudatus actorum Auctor affirmavit: *Vir igitur* (ille Comes) *non ſolum qui ſanctum corpus ſumpto pretio, vendiderat, verum etiam qui ex eo propagati ſunt in generatione, & generatione, famis penuria cruciantur uſque in hodiernum diem;* quibus verbis nos condocet, *tempore* quo ipſe ſcribebat, nempe circa initium XI. ſeculi *ſacras reliquias a Tranenſibus minime recuperatas* fuiſſe, ſed *multo ante*, quandoquidem jam præterierant *plurimæ generationes Comitis*, qui ſacras reliquias vendere auſus fuit, quæ in hujus ſceleris pœnam *mendicitate, & egeſtate* premebantur.

Ignot. Baren. ap. Pratill. tom. 4. pag. 316.

13. Poſtmodum contigit, ut *S. Theodoſius Epiſcopus Uritanus* qui *Brunduſinæ* Eccleſiæ erat Commendatarius, vel cum Epiſcopo Beneventano uti fert editio apud *Ugbell.* vel cum *Principe* ejuſdem Civitatis uti alia fert *editio* apud *Bollan.* amicitiam contraheret, quamobrem *S. Leucii* reliquiæ partem obtinuit, eamque in Eccleſia *Brunduſina* condidit. Id quod initio X. ſeculi evenire potuit. Nam poſt *an.* 840., in quo Saraceni Brunduſium everterunt, illius Eccleſia commendata fuit *Theodoro Epiſcopo Uritano* deinde *Joanni Archiepiſcopo Canuſino*, ac poſtremo *Theodoſio Epiſcopo Uritano*, & ſic deinceps ab *uno eodemque Paſtore utraque Eccleſia* longiſsimi temporis ſpatio uſque ad poſtremas haſce noſtras ætates fuit adminiſtrata.

Anonym Salernit. n. 57. ap. Murat. tom. 2. Rer. Ital. p. 2. pag. 216.

§. II.

Sub Burſa Epiſcopo Canuſino quidam Aquitanus ante S. Sabini aram inſanabili morbo liberatur.

14. DE Burſa Epiſcopo nihil aliud memoriæ proditum eſt, quam, ipſo Præſule, memorandum contigiſſe *miraculum, S. Sabini* interceſsione, erga quemdam *Aquitanum* a Deo patratum. Idem narratur ab *Anonymo*, ut ſupra legi poteſt *Cap. 3. a num. 25. ad 27. pag. 36.* & *ſeq.* Cum vero idem *Anonymus* teſtetur, ſe hujuſce rei ſeriem audiviſſe ex Eccleſiæ Canuſinæ *Primicerio*, illamque eveniſſe eo tempore, quo floruerunt in Eccleſia Canuſina Burſa Epiſcopus, & Audoalt ejus Archidiaconus, qui tandem pariter Epiſcopus Canuſinus extitit, dum adhuc in humanis agebat noſter *Anonymus*, clare hic infertur memoratum prodigium contigiſſe exeunte *Seculo VIII.* ſub eodem *Epiſcopo Burſa*. Cum vero tradat *Anonymus*, quod Aquitanus ille: *Ita erat omnis ſui compagine corporis ſolutus, ut nunquam ad os manum ducere, vel ad ambulandum pedes movere valeret, quoniam durius pedes natibus adjuncti tenebantur, nunquam illius aures ſonum audire poterant, nec ad mortalium lumen lumina patebant, utque verius dicam, quaſi in quodam vaſculo quodammodo anima manebat.* Idcirco indagandum ſupereſt, quomodo ex *Aquitania Canuſium* deduci potuit, cum eſſet ita attractus, & tam *Aqui-*

Anonymi ſup. cap. 3. n. 25. pag. 36.

tania, quam *Lombardia* aſsiduis bellis arderent, & maximis concuterentur perturbationibus. Sane nullam vel minimam afferre debet admirationem, quod nomen famaque *Sabini in Aquitaniam* pervaſerit. Satis enim exploratum eſt, quantopere Duces Beneventani Longobardi adlaboraverint, ut *S. Sabini Epiſcopi Canuſini* eorum tutelaris devotio ubique diffunderetur: non ſecus ac efficere adnitebantur Longobardi Duces *Spoletini* pro *S. Sabino Martyre*, cujus revelatione ægrotum illum Hiſpanum veniſſe Canuſium, ſupra retulimus. Horum itaque Principum fuit conſtans, ac perpetuum inſtitutum, poſt experta eorumdem Sanctorum mira, hæc veluti oſtentare, eorumque famam undequaque propagare. His porro non contenti alias Sanctorum reliquias perquirere; inventaſque in eorum dominia transferre ſtudebant. Quocirca huc mirifice faciunt, quæ *Muratorius* animadvertit:

Murat. Diſſert. Antiquitat. Ital. Diſſ. 58. tom. 3. p. 1. pag. 219. & ſeqq. edit. Romana de anno 1755.

15. ,, Non ſi potrebbe con poche parole ſpiegare, qual foſſe la magnifi-
,, cenza e religioſita, con cui ſi facevano una volta le Traslazioni de' Cor-
,, pi de'Santi. Allora i Popoli, e Veſcovi di tutte le vicine Città colà con-
,, correvano facendo a gara ognuno per vedere e venerare le prezioſe ſpo-
,, glie de'Santi, per iſperanza ancora di riportar grazie ſpirituali, ò tempora-
,, li da Dio per mezzo loro. I PP. *Bollandiſti* ne recano aſſaiſsimi eſempli,
,, Ne rapportai anch'io un nobil'eſempio nel *Tom. 6. Rer. Ital.* cioè la Trasla-
,, zione del Corpo di *San Geminiano* Protettore di *Modena*, fatta nell' *an-
,, no* 1106. Tuttociò camminava bene ſecondo le regole della vera Pietà.
,, Ma conviene ora accennare un'uſanza de'Secoli barbarici, la quale forſe
,, ſi potrà ſcuſare, ma non mai lodare. V'erano Città, abbondavano
,, Monaſterj, a quali niuna parte era toccata *d'inſigni Reliquie*: cioè loro
,, mancava quello, che in eſsi tempi ſi credeva *l'ornamento più prezioſo de'
,, Luoghi*, e ſvegliava tutto dì *l'invidia* in chi ne era privo. *Quelle Reliquie*
,, adunque che non ſi potevano ottener con preghiere, s'introduſſe il coſtu-
,, me di procurarſele con *frodi*, *furto*, *danari*, *e fin colla violenza*, e con
,, altre arti. Tutto pareva a quella gente ben fatto, ed approvato da Dio,
,, purchè fortiſſero il loro intento..... Quanto ai potenti Cacciatori di ſagre
,, reliquie, *Aſtolfo Re de Longobardi*, mentre teneva uno ſtretto aſſedio
,, alla Città di *Roma nell' anno* 755. *Multa corpora Sanctorum effodiens eorum
,, Cœmeteria, ad magnum animæ ſuæ detrimentum abſtulit*: ſono parole
,, di *Anaſtaſio Bibliotecario* nella Vita di *Stefano II.* o ſia *III.* Papa. Della
,, medeſima cupidità ſi prevalſe Sicone *Principe di Benevento*, per arricchire
,, colla violenza la ſua Capitale di reliquie de Santi. Perciocchè aſſediando
,, *l'anno* 832. Napoli, forzò quel Popolo a venire a patti, *& JANUARII
,, Sancti Martyris CORPUS de Baſilica, ubi per longa temporum ſpatia re-
,, quievit, elevans, cum magno tripudio Beneventum regreditur*: così ſcriſſe
,, *l'Anonimo Salernitano pag.* 290. *Par.* 1. *del tom.* 2. *Rer. Ital.* Ne a lui pun-
,, to cedette in ſimil ricerca *Sicardo* Principe ſuo Figlio, per teſtimonianza
,, del medeſimo *Anonimo Cap.* 47. nella *Part.* 2. *del tom.* 2. *Rer. Ital.* perchè
,, egli affliſſe i Napolitani, *& Corpora Sanctorum effodiens, eorum ſacra my-
,, ſteria abſtulit*. Di lui parimenti è ſcritto al *Cap.* 58. *Factum eſt, ut Tir-
,, rheni æquoris Inſulas, Auſoniæque univerſa loca idem Princeps circuiret,
,, ut Corpora Sanctorum, quotquot invenire poſſet, Beneventum cum debito
,, honore deferret. Atque per idem tempus ex Inſula Liparitana Bartholomæi
,, Beati Apoſtoli Corpus Beneventum cum magno gaudio deferri juſſit*. Tolſe
,, ancora a quei di *Amalfi* il Corpo di *Santa Triſomene*, e lo conduſſe a Be-

,, neven-

„ nevento. Così quella Città ſi gloriava delle ſpoglie altrui, come ſe ſi „ trattaſſe d'un gran trionfo in ſaccheggiar le confinanti *Chieſe per arricchir le proprie*.

16. Ex hac etiam Longobardorum in Sanctos pietate, & religione manavit, quod iidem piis locis mirum in modum faverint, eaque vel a fundamentis excitaverint, vel amplificaverint, vel redditibus locupletaverint. Revera ſub *Romoaldo II. Giſulphi* filio qui Ducatum Beneventanum per 26. *an.* rexit: *Qui uxorem ſortitus eſt Guntbergam nomine, quæ fuit filia Auronæ Liutprandi Regis ſororis: de qua filium genuit, quem nomine ſui Patris Giſulphum appellavit*. Denuo ædificatum fuit celeberrimum *Montis Caſſini* Cœnobium curante *Abbate Petronace Brixiano*. Id quod proprie accidit *an.* 720. juxta *Mabillonii* epocham. Hanc igitur operam maxime juvit, & promovit *Romoaldus*. Sed illuſtriora adhuc proferamus ipſorum in Sanctorum corpora venerationis exempla. Laudato *Romoaldo* ſucceſſit in Ducatu Beneventano *de anno* 733. *Giſulphus* ejus filius in minori adhuc ætate conſtitutus. Quamobrem optimum factu duxit Rex *Liutprandus* illum Papiæ acceſſere, ut in *aula* ſua educaretur. Hac uſus abſentiæ parvi Ducis opportunitate *Adelaus* Ducatum Beneventanum occupavit, a quo ſtatim exturbatus fuit a memorato Rege, qui fratris ſui filium nomine *Gregorium* in Ducatu ſubſtituit. Hic autem vixit uſque ad *an.* 740. & per *an.* 7. regnavit computatis etiam duobus annis *Adelai*, qui Dux legitimus non fuit. Poſt *Gregorii* obitum Ducatum invaſit *Godeſcalchus*. Sed cum hic audiviſſet Regem *Liutprandum* Beneventum jam adventare, ut ipſum pelleret, in fugam ſe conjecit Conſtantinopolim tranſiturus: at *a Beneventanis in via comprehenſus miſere interfectus* fuit. Qua de re legitimus Dux remanſit idem *Giſulphus II.*, qui uxorem habebat *Scaunipergam*, atque ad *an. uſque* 751. vixit. Refert *Oſtienſis*, quod *Giſulphus præterea junior, nepos Liutprand Regis Longobardorum, qui poſt Godeſcalchum Beneventanorum Dux extitit, quum per eos dies in hanc Arcem Caſſini, quæ tunc Mello vocabatur, aſcendiſſet, atque juxta* corpus S. P. Benedicti *tam religioſe prædictos Fratres in Dei ſervitio vivere reperiſſet, divino tactus inſtinctu, cuncta in circuitu tam campeſtria, quam montana, eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiſque donariis in perpetuum eadem poſteris habenda conceſſit*.

Paulus Diac. lib. 6. cap. 50.

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 720. tom. 2. pag. 51.

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 2. cap. 14. num. 25. pag. 568.

Leo Oſtienſ. Chron. Caſſinen. lib. 1. cap. 5.

17. Omnia hæc præſtitit Dux intuitu *Sepulchri S. Benedicti in Monte Caſſino* exiſtentis una cum illo *S. Scholaſticæ*. Quod certe non effeciſſet, niſi in illa *Caſſinenſi Baſilica* eorumdem Sanctorum pignora extarent, me referens ad *Apologiam* authore clar. *Juſtiniano Albintimilienſi Epiſcopo Qua Corporum SS. Benedicti, & Scholaſticæ nunquam a ſacro Cœnobio Caſſinenſi ad Floriacenſe translata fuiſſe propugnatur*. Idem notat *Mabillonius*, quod Scauniperga Ducis mulier, ejuſdem: *Ducis pietatem æmulata eſt uxor ejus Scauperga, quæ Templum Idolorum, quod antiquitus in Caſtra Caſſino exſtructum a Paganis fuerat, in Beati Petri Apoſtoli honorem convertit, eidemque Imagines, & cætera Eccleſiaſticis officiis congrua ornamenta liberaliter conceſſit*. Defuncto autem *ann.* 751. *Giſulpho* ad Ducatum Beneventanum evectus fuit *Liutprandus*, qui *Scaunipergam* demortui Ducis viduam matrimonio ſibi copulavit. Unde Religioſiſſima mulier loca pia juvare non deſtitit, uti plenius legitur in Diplomatibus ab *Aſſemano* collectis. Sed hic Dux haud multum temporis regnare potuit: nam 758. a *Deſiderio* Italiæ Rege Ducatu ſpoliatus fuit, eoque potitus *Arichis* Regis gener, qui totis 30., quibus regna-

Apolog. impreſſ. ap. Mabillon. Annal. Benedict. tom. 6. in fine.

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 749. tom. 2. pag. 176. cum ſeq.

Aſſeman. ibid. tom. 2. pag. 184.

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 540. §. 41. pag. 135. tom. 2.

gnavit, annis plurima beneficia in Eccleſias contulit. Præcipue vero celebrem *S. Sophiæ* Eccleſiam a Duce *Giſulpho II.* incertam perfecit: *Ibique Sanctimonialium Cœnobium inſtituit, quod deinde Caſſinatibus traditum eſt.*

18. Quo circa celeberrimum evaſit *Montis Caſſini* Cœnobium, in quo Magni Principes habitum Monaſticum ſuſceperunt. Inter quos peculiari mentione digni ſunt *Carolus Mannus Franciæ Rex*, *Rachis Italiæ Rex*. Ideo autem hæc omnia permittebat Deus, ut aliquid ſolatii redundaret in Eccleſiam calamitoſiſsimis illis temporibus ſupra quam dici poteſt vexatam, & agitatam immaniſsimo illo *Leonis Iſaurici* Imp. Conſtantinopolitani Edicto, quo omnem *Sacris Imaginibus* venerationem detrahere, & prorſus abolere nitebatur. In quo impio nefarioque conatu æmulatorem habuit *Coſtantinum Copronymum* ejus in Imperio ſucceſſorem. Unde *Iconoclaſtarum* factio adeo crevit, & roborata eſt, ut nedum *Eccleſiam*, verum *Statum* ipſum peſſumdedit. Sed immortales Deo gratiarum actiones tribuendæ ſunt, quod numquam Italicæ noſtræ Provinciæ nefandiſsimis illis Imperatorum *Sacrarum Imaginum* deſtructorum *Edictis* paruerint, uti ex Eccleſiaſticis *Annalibus* evidenter apparet.

Baron. ad ann. 747. & 750.

Idem ad an. 726. cum ſeq.

19. Ideo vero dixi, ſtatum fuiſſe ſummopere hac occaſione perturbatum, quia Reges Italiæ Longobardici ſæpius hiſce temporibus *S. Petri patrimonium* invadere tentarunt. Quapropter *Romani Pontifices* ad *Galliæ Regem* confugerunt, opem ab eiſdem imploraturi. Præcipue vero *Gregorius PP. II.* confugit ad *Carolum Martellum* Majorem Domus Galliæ Regis minime ad regimen apti, cum abſoluta poteſtate, ut contra *Leonem Iſauricum* ipſum defendendum ſuſciperet. Porro tunc Carolus in ejiciendis ab *Aquitania* Saracenis diſtentus in hac re perficienda totus erat. *Aquitania* enim pars nobiliſsima florentiſſimi *Galliarum* Regni minime quondam libera fuit, ſed ſub *Romanorum Imperatorum* dominatu tamdiu manſit, donec a *Gothis* occupata: Hi autem utpote Ariani cuncta bona Eccleſiaſtica invaſerant. Sed *an.* 507 Rex *Clodoveus* Catholicus effectus hanc Provinciam ſubjugavit, Regnoque adnexuit. Qua de re ita ſuum *rerum Aquitanicarum* tractatum concludit *Alteſerra*: *Clodoveus rerum potitus Aquitaniam veluti Remigii beneficium agnovit, & Rhemenſem Eccleſiam multis prædiis, etiam in Aquitania ſitis ditavit.*

Idem ibid. §. 12. ubi Pagi.

Alteſerra Rer. Aquitanicarum l. 5. cap. 19. pag. 304.

20. Nihilotamenſecius non ſemper ſub Francorum dominatione *Aquitania* fuit, quandoquidem ipſa ſuis paruit *Ducibus*, & *propriis* vixit *legibus*, quas hodie dum retinent, & ſervant, quemadmodum idem teſtatur *Alteſerra*. Eapropter certum eſt, quod *Aquitania* habebatur veluti corpus diſtinctum a Gallia, & quamquam *Carolus Martellus* ab ea *Saracenos* propulſaverit, nihilominus Aquitani eorum ſibi Ducem creare, & eligere pergerunt. Quare gloria Aquitaniæ penitus acquirendæ reſervata fuit *Pipino Regi Caroli Martellii* filio, qui primus fuit *Rex* ſecundæ ſtirpis *ann.* 765. juxta Epocham Card. *Baronii*. Bellum vero contra Aquitaniæ Ducem ceptum fuit *anno* 760., & *annos novem* perduravit. Unde non ante 768. figenda eſt Epocha hujuſce inſignis victoriæ: *Vaiphariús Princeps Aquitaniæ a ſuis interfectus eſt. Præfatus Rex Pippinus jam tota Aquitania aquiſita, omnes ad eum venientes Ditioni ſuæ, ſicut antiquitus fuerat, ſe faciunt cum magno triumpho, & victoria Sanctionis ubi Bertrada Regina reſidebat, venit.* Hoc eodem anno ex hac vita migravit Rex *Pippinus*, qui duos ſeliquit filios *Carolum*, & *Carolum Mannum* inter quos *Franciæ*, & *Aquitaniæ* ab ſe acquiſititæ Regna diviſit.

Idem lib. 3. cap. 18. pag. 226.

Pagi ad Baron. ad ann. 768. ad §. 12. n. 3. & 4.

21. Sum-

21. Summi vero Pontifices *Greg. II. & III.* & *Zacharias* auxilium petierant a *Carolo Martello* domus præfecto, & a Rege *Pipino* tam contra *Iconoclaſtas* quam contra *Longobardos*, potiſſimum vero contra Regem *Liutprandum* qui *ann.* 730. *Ravennæ Exarchatum*, & varia Romanæ Eccleſiæ loca invaſit. Verum Carolus, & Pipinus multis impliciti bellis, præſertim contra *Aquitanos*, nullum malis Italiæ remedium afferre potuerunt. Sed ad Galliæ Thronum ſolus aſſumptus *Carolus*; nam *Carolus Mannus* ejus germanus Regno ſeſe abdicaverat *habitumque Monaſticum* induerat, regnante in Italia *Deſiderio*, & Beneventanum Ducatum adminiſtrante *Arichi* ejuſdem Regis genero, Italiam venit, ipſoſque adorſus, *Papiam* longa obſidione tenuit. Demum Regem *Deſiderium cum captivum in manus habuiſſet, in Galliam miſit*, nec amplius de eo quidquam intellectum eſt. Solus *Adelgiſus* Regis filius liber fuit, cum in Conſtantinopolim profugerit. Quocirca *Carolus Regis Italiæ* nomen *ann.* 774. aſſumpſit.

Aſſemau. de reb. Neap. tom. 3. cap. 4. & ſeq.

22. Hic autem Rex *Carolus* (*Magnus* poſtea dictus cum primus Occidentis Imp. electus fuit) tranquillus nec in *Italia* nec in *Aquitania* diu eſſe potuit. *Arichis* namque Beneventi Dux cum tam amplo dominio, nempe omnibus fere Provinciis, quæ hodie *Regnum Neapolitanum* conſtituunt, præeſſet, atque in uxorem haberet *Adelbergam Regis Deſiderii filiam*, nullo pacto *Carolo* obedientiam præſtare voluit, eumque uti ſuum agnoſcere Dominum, utpote illegitimum Italiæ Regem. Immo arbitrabatur, quod cum ſuperſtes eſſet ejus uxor Deſiderii filia, ad eam Italiæ Regnum omnino pertineret. Unde ſcribit *Erchempertus*. *Hic* Arichis primus *Beneventi* Principem *ſe appellari juſſit, cum uſque ad iſtum, qui Benevento præfuerant, Duces appellarentur; nam, & ab Epiſcopis ungi ſe fecit, & coronam ſibi impoſuit; atque in ſuis chartis ſcriptum in* ſacratiſſimo noſtro Palatio *in finem ſcribi præcepit*. Eapropter *Princeps Arichis* tam contra *Græcos*, quam contra *Francos* fortiter ſeſe communire ſtuduit. Inter illuſtria autem Opera ab ipſo perfecta Regium *Beneventi* exædificavit *Palatium*, & alterum *Salerni*, cujus mœnia, & arcem ita reſtauravit, & munit, ut inexpugnabilis evaſerit.

Camillus Peregrin. Diſſert. Ducat. Benev. quam late patuit apud Pratilli tom. 5. pag. 220. cum ſeqq.

Erchempert. apud Pratilli tom. 1 pag. 83.

23. Interim *Carolus* Rex graviſſimis detinebatur bellis, inter quæ illud animadvertendum, quod *Aquitani* cum aliquo abhinc tempore a Rege defeciſſent, *Ducem* ſibi conſtituerant: *Hunaldum Waifarii* Aquitaniæ Ducis nuper occiſi, patrem, qui *Monachum jam induerat, bellumque redintegravit*; etſi autem hic victus interfectuſque fuiſſet, non ideo Aquitania in ditionem pacificam, & integram venit Francorum, niſi *Carolo Magno* regnante, qui in ea Gallos conſtituit Gubernatores, ſuoque ſubjugavit Imperio illam nationem ſemper tumultuantem, noviſque rebus ſtudentem. Qua de re *Carolus* coactus fuit, ut plurima cum ipſa committeret prælia, donec demum ad perfectam ſuam obedientiam reduxit, regemque *Aquitaniæ* deputavit ejus filium *Ludovicum*, qui illuc perventus: *Collapſam Chriſtianam diſciplinam reſtituere laboravit, erectiſque in ea Provincia pluribus Monaſteriis, reddidit eam ſpiritualium aquarum irriguo tamquam alterum Dei Paradiſum*. Hæc *Baronius*.

Pagi ad Baron. ad ann. 769. n. 2.

Baron. ad ann. 807. § 1.

24. Non abs re erit audire, quæ de *Aquitaniæ* diſpoſitione narrat *Petrus de Marca* „ *Quod Pippinus* exorſus erat in Gallia Gothica, Karolus auxit in
„ Marca Hiſpanica, & dein Ludovicus ejus filius implevit. Hic autem an-
„ tiquus erat regiminis ordo apud Francos, & Gothos ut Civitatibus. &
„ pagis, qui Civitatibus contributi erant Comites, impouerent, qui juridi-
„ can-

Petrus de Marca Marca Hiſpanicæ lib. 3. cap. 7. col. 252.

„ cundo, & tributariæ rationi darent operam, ut alibi monuimus. Non
„ rejecere enim hoc adminiſtrationis genus *Pippinus*, & *Karolus* in Aquita-
„ nia, in Gallia Gothica, neque in limite Hiſpanico diſponendo. Id unum
„ prudens Karoli ſolertia addidit, ut firmando novo Imperio Comites ex
„ gente Francorum paſſim præponeret. Quod regnandi arcanum non tacuit
„ *Egiubartus* ad *annum DCCLXXVI*. ubi *Rotgaudum*, Ducem res novas in
„ Italia molientem a *Karolo* caſtigatum memorat, & Civitatibus receptis
„ impoſitos eſſe Comites Francorum. *Rotgaudo*, inquit, *qui Regnum affe-*
„ *ctabat, interfecto, Civitatibus quoque, quæ ad eum defecerant, ſine dilatione*
„ *receptis, & in eis Francorum Comitibus conſtitutis, eadem, qua venerat ve-*
„ *locitate, reverſus eſt*. Auctor quoque vitæ *Ludovici pii* obſervat *Karolum in*
„ *Aquitania* ſolida Comites ex Gente *Francorum* inſtituiſſe, numeratque
„ novem Civitates, quibus dati fuerant *Comites* hujuſcemodi, aliis ſilentio
„ tranſmiſſis. Unde proceſſit vulgaris illa, & ab omnibus decantata *diviſio*
„ *Aquitaniæ in novem comitatus*, quæ a *Karolo* facta dicitur. At nos olim
„ in *Hiſtoria Benearnenſi* oſtendimus, ex eo loco non recte colligi *Aquita-*
„ *niam* in novem Comitatus tributam fuiſſe a *Karolo*, ſed *Civitatibus quatuor-*
„ *decim* utriuſque *Aquitaniæ* præfectos fuiſſe *Comites FRANCOS*, *depul-*
„ *ſis Aquitanis*.

Lib. 1. hiſt. Benearn. c. 28.

25. Interim Princeps *Arichis* cum *Græcis* bellum moviſſet, ut *Amal-phim*, & *Neapolim*, quæ *reſpublicæ* erant ſub protectione *Imp. Conſtanti-nopolitani*, potiretur, pacem cum iisdem ferire coactus eſt *an. 787*. Etenim inaudierat, quod Rex *Carolus* in Italiam adventabat, ut eum e Beneventano Principatu dejiceret: uti tradit Erchempertus „ *Quo tempore Arichis Gener jom fati Deſiderii*, vir Chriſtianiſſimus, & valde illuſtriſſimus, at-
„ que in rebus bellicis ſtrenuiſſimus Beneventi Ducatum regebat, qui au-
„ diens eos ſuper ſe adventare, *Neapolitibus*. qui a Longobardis diu-
„ tina oppreſſione fatigati erant, pacem ceſſit, eisque diaria in Liburia,
„ & Cœmiterio, per incolas ſancita diſpenſione miſericordiæ vice diſtri-
„ buit; titubans, ut conjici valet, ne ab eorum verſutiis Franci aditum
„ introeundi Beneventum reperirent. Super Beneventum autem *Gallico*
„ exercitu perveniente, prædictus *Arichis* viribus quibus valuit, primo
„ fortiter reſtitit, poſtremo autem acriter præliantibus, univerſa, ad lo-
„ cuſtarum morem, radice tenus corrodentibus, magis civium ſaluti,
„ quam liberorum affectibus conſulens, geminam ſobolem, vice pignoris,
„ jam dicto tradidit Cæſari, hoc eſt *Grimoaldum*, & *Adelgiſam*, ſimul-
„ que cunctum theſaurum ſuum; ex quibus Adelgiſa multis cum preci-
„ bus proprio reſtituta fuit genitori: *Grimoald* vero ſecum remeans de-
„ tulit *Aquis*, collata *Arichi* pace ſub *fœdere penſionis*. Nactus itaque
„ hanc occaſionem, & ut ita dicam, Francorum territus metu, inter *Lu-*
„ *caniam*, & *Naceriam Urbem munitiſſimam*, & præcelſam in modum
„ tutiſſimi *Caſtri* idem *Arichis* opere mirifico munivit, & nova fabrica
„ reparavit, quæ *Civitas* propter Mare contiguum, quod *Salum* appella-
„ tur, & ob rivum, qui dicitur *Lirinus*, ex duobus corruptis vocabulis *Sa-*
„ *lernum* appellatur; ut eſſet ſcilicet futurum præſidium Principibus, ſuper-
„ veniente exercitu Beneventum, quam Civitatem ſic idem Princeps for-
„ tificavit.

Erchempert. n. 1. ap. Pratill. tom. 1. pag. 80. & ſeqq.

26. Profecto Rege Carolo cum obſidibus *Grimoaldo* Principis filio & 12. *Equitibus* quos *Aquiſgranum* miſit, cum *Conſtantino* Imperatore fœdus inire cura-

Digitized by Google

curavit. Quo percuſſo Imperator ad eum miſit *Adelgiſum Regis Deſiderii filium* cum potenti exercitu, ut illum contra Regem Carolum tutaretur; ſed infelix evaſit hæc expeditio: nam Princeps *Arichis* magno oppreſſus dolore propter *Romoaldi* Primogeniti ſui obitum, paulo poſt etiam ipſe e vita deceſſit „ Obiit Romaldus XII. Kal. Auguſti Principante Patre, anno XXX. In- *Ap. Aſſeman. de reb. Neap. cap. 16. tom. 1. pag. 485.*
„ dictione percurrente decima „ *Hoc eſt, die 21. Julii anno 787. Arichiſus vero paulo poſt filium, nempe VII. Kal. Septemb. Anno ab Incarn. 787., quemadmodum in utriuſque Epitaphio legitur*. Quo tempore illi ſupremum diem objerunt Beneventanam adminiſtrabat Eccleſiam *David*, qui calamitates propter *Romoaldi* Principis *Arichis* (*Magni* appellati, eo quia *primus fuit Beneventi Princeps*) filii mortem Beneventanis illatas deplorans, & commiſerans, ejus tumulo præfixit Inſcriptionem hanc, quam mihi indicare ſat erit.

Alta ruit ſubito Beneventi gloria triſtis, *Apud Pratilli tom. 3. pag. 303.*
Quam tenet hic Tumulus: væ tibi, Barda Cohors
Hic ARICHIS dormit MAGNI pulcherrima proles
Unica ſpes patriæ, murus, & arma ſuis.
O Romoald mitis Ductor, ſine felle ſuavis
Terra liquiſti Regna, ſuperna tenes.

Aliam Inſcriptionem ſuperpoſuit Tumulo Arichis Magni *Paulus Diaconus*, ex qua carmina hæc excerpſi.

Lugentum lacbrymis Populorum roſcida tellus
PRINCIPIS hæc MAGNI nobile corpus habet: *Apud eundem pag. 305.*
Hic namque in cunctis recubat celeberrimus Heros
Præpollens ARICHIS, o decus, atque dolor.
Tullius ore potens, cujus vix pangere laudes
Ut dignum eſt poſſet, vel tua lingua Maro
Viderat unius nuper heu funera Nati,
Aſt alium extorrem Gallia dura tenes.

27. Funeſtiſſima omni proculdubio Beneventanis fuit *Romoaldi mors*. Etenim cum paulo ante quam Pater occubuerit, ipſe interiiſſet, nullus alius reliquus erat, qui Principatui ſuccedere poſſet, niſi ſolus *Grimoaldus*, qui apud *Carolum* obſes detinebatur. Propterea vehementiſſime inſtitum fuit apud eumdem, ut Grimoaldum libertate donaret. Quod tandem effecit, uti idem teſtatur *Erchempertus* hiſce ſequentibus conditionibus: *Quorum* (ideſt Beneventanorum) *petitionibus Rex annuens illis continuo prædictum contulit virum* (Grimoaldum) *ſimulque jus regendi Principatum largitus eſt; ſed prius pactis hujuſmodi vinxit; Ut Langobardorum mentum tonderi faceret: chartaſque vero, nummoſque ſui nominis charecteribus ſuperſcribi ſemper juberet. Ac muros Salerni, Acherentiæ, & Conſiæ funditus everteret. Accepta denique licentia repedandi, a Beneventi Civibus magno cum gaudio acceptus eſt. In ſuis aureis ejus nomen aliquandiu figurari placuit; ſchedas ſimiliter aliquanto juſſit tempore exarari; reliqua autem pro nihilo duxit obſervanda; mox rebellionis jurgium initiavit.* *Erchempert. apud Pratilli n. 4. tom. 1. pag. 84.*

28. Sed parum, ut notat auctor, perduravit, quam Gallis ſpoponderat ſubjectio. Vix enim Beneventum perventus *Grimoaldus* bellum gerere debuit cum *Græcis* a *Theodoro* Siciliæ Præfecto ductis, & ab *Adelgiſo Regis Deſiderii filio* de quibus plenam *Grimoaldus* retulit victoriam. Hæc omnia prolixo doctoque ſermone pertractat, & exponit *Aſſemanus*. Poſt *Victoriam* de *Græcis* reportatam, *Gallorum jugum* penitus excuſſit *Princeps Grimoaldus*. *Aſſeman. cit. tract. cap. 16. tom. 1. pag. 478. & ſeq.*

dus. Qua de re cum Rex *Carolus Pipinum* natum ſuum *Italiæ Regem* declaraſſet, is vero juratam a Principe *Grimoaldo* ſubjectionem ſibi reddi pretenderet, Princeps e contra omnino detrectabat. Eapropter nomen ſuum immortale & glorioſum reddere cupiens, hæc quæ ab *Erchemperto* habemus, executioni mandavit.

Erchempert. apud Pratill. tom. 1. pag. 85.

29. „ Frequenter autem Karolus cum cunctis liberis quos jam Reges conſtituerat, & cum immenſo bellatorum agmine Beneventum præliaturus „ aggreditur. Sed Deo decertante pro nobis, ſub cujus adhuc regimine fovebamur, innumerabilibus de ſuis peſte perditis, cum paucis nonnunquam *inglorius* revertebatur; unde factum eſt, ut *Pipino* Regnante in Ticino, & *Grimoalt* in Benevento præſidente, freqnentiſſimum Bellum vexarit Beneventanos, ita ut nec ad momentum pax interfuit; illis viventibus. Erant enim utrique juvenili ætate nitentes, & ad conjunctiones, & bella declivi. *Pipinus* autem fultorum præſidio bellatorum jugi, continuoque prælio exagitabat eum: *Grimoalt* vero, & Civitatibus munitis, & primoribus quamplurimis conſtipatus, parvipendens, ac deſpectius ducens illius perſecutionem, in nullo cedebat ei. Agebat itaque per Legatos ſuos *Pipinus* „ *Volo quidem, & ita pòtenter diſponere conor, ut ſicuti Arichis genitor illius ſubjectus fuit quondam Deſiderio Regi Italiæ, ita ſit mihi & Grimoalt*. Quibus e contrario *Grimoalt* aſſerebat.

Liber, et ingenuus sum natus utroque parente,
Semper ero Liber, credo, tuente Deo.

Ibid. n. 14. in Notis pag. 85.

30. Primæ *Pipini* contra *Grimoaldum* expeditiones factæ ſcilicet *an.792.* juxta *Camilli Peregrini* epocham in notis ad deſcriptum *Erchemperti num.*14. Unde *pax Gallos* inter, & *Longobardos quinquennio* perduravit. Atque intra hoc tempus, cum *Galli* liberum haberent commercium in Beneventano Principatu arbitror, quod illi ex *Aquiſania* a *Carolo ſubjugata* accerſiverint Claudum illum *Aquitanum* a noſtro *Anonymo* deſcriptum, qui ſub finem Miſſæ a *Burſa* celebratæ interceſſione *S. Sabini* perfectæ ſanitati reſtitutus fuit, & demum: *Poſt hæc duobus annis in eadem Eccleſia ſerviens ad Locum proprium cum omni exultatione Tonantem Laudando incolumis remeavit*.

Anonym. cap. 3. n. 27. pag. 37.

CAPUT VI.

S. Petrus Epiſcopus Canuſinus ejuſque Succeſſores qui floruerunt IX. ſeculo.

Bollan. de Cultu S. Petri Epiſcopi Canuſini Tom. 2. menſ. Feb. pag 357.

Ughell. de Arch. Baren in præf. tom. 7.

1. IN memoria æterna benedictionis fuit ſemper nomen *Petri* Epiſcopi Canuſini, quem propterea ab immemorabili cultu, qui Sanctis defertur, Eccleſia Canuſina proſequitur, & veneratur. Etſi vero evidens ac perſpicuum fuerit, eumdem floruiſſe exeunte circiter *Octavo ſeculo*, & ineunte *nono*, tamen *Ughellus* ipſum cum alio ejuſdem nominis, de quo ſuo loco ſermo nobis redibit, miſcuit, & confudit. *Anonymus S. Sabini* Vitæ Scriptor de memorato *Petro* hæc habet: *Venerabilis agebat* Burſæ *tempore, qui in hac Eccleſia, Deo largiente, extitit* Pontifex cujus Archidiaconus Audoalt

fuiſſe

fuiſſe commemoratur, , *qui tertio in loco a præfato Venerabili* Petro *Epiſcopo Pontificali gloria functus eſt*. Hinc eſt, quod *Ugbellii Continuator* ejuſdem errorem emendavit, & ſequeutes Antiſtites Petri ſucceſſores adſignat: *Continuator Ubell. tom. X. pag. 36.*

MAURENTIANUS	AUDOALDUS.
ANDREAS	LUDIPERIUS.

Nihilominus laudatus *Continuator* ex eo, quod *Bollandus* ſcripſit, deluſus erravit in adſignanda epocha temporis, in quo *Petrus* vixit, & *S. Sabini Corpus* ab antiqua Cathedrali, in qua in Regia Cappella a *Theodora* extructa conditum erat, ad aliam Eccleſiam illi ſubrogatam tranſtulit, quod putat eveniſſe *ann. circ.* 700.

§. I.

Translatio Corporis S. Sabini a vetere Cathedrali ad aliam Eccleſiam illi ſubrogatam.

2. HANC Translationem ab antiqua ad novam Cathedralem factam eloquentiſſime deſcribit *Anon. ſup. c. 3. a n. 28. ad 30. pag. 37. Beatillus* non ſine fundamento exiſtimat eamdem contigiſſe paulo poſt annum 800. Sed *Bollandus* hanc Translationem ſub Petro Epiſcopo peractam, cum Inventione Corporis *S. Sabini* tempore *Theodoræ* facta confundit „ *Hanc Inventionis bi-*
„ *ſtoriam Scriptori Petrus* Epiſcopus narravit, *ut c. 5. num* 13. teſtatur; Eo
„ vero ipſe a ſenibus Sacerdotum diligentius multis inquiſitionibus audierat,
„ iis, ut opinor, qui præſentes *Theodoradæ* tempore adfuerant, ut *Romoal-*
„ *di II.* aut *Gregorii* Ducum temporibus, vel non multo poſt præfuiſſe Ca-
„ nuſinæ Eccleſiæ Petrum probabile ſit. Is deinde, *ut c. 7.* refertur, ad Ec-
„ cleſiam Cathedralem, ubi majori populi iſthuc confluentis pietate honora-
„ retur, ex ea Eccleſia quam *Theodorada* ædificarat, *S. Sabini* tranſtulit
„ Corpus. Apertum marmoreum conditorium eſt 29. *Junii*. Unde ſuaviſſi-
„ mus late odor diffuſus. Poſtridie odorato liquore marmorea è tumba ema-
„ nante, ad *Cathedralem mille paſſibus* diſtantem translatum ſacrum corpus,
„ & luce cœleſti noctu illuſtratum, Epiſcopo ſpectante. Hic febri dein cor-
„ reptus, in ſomnis a *S. Sabino*, velut è Sepulchro loquente, ſanitati reſti-
„ tutus, juſſuſque curare, ut *ſervi alieni*, *qui ab ipſius hominibus male retine-*
„ *bantur*, *ſuis Dominis citius redderentur*. Hoc ille quamprimum executus,
„ ſtatim Canuſium (*nam foris erat id geſtum*) revertit, & *S. Sabini Corpus*
„ *ſub Altari SS. Joan. & Pauli* ſplendide, ac pie repoſuit *Kalendis Augusti*.
„ *Beatillus*, præterquam quod in *Petri ætate* fallitur, ut nobis quidem vide-
„ tur, totam hanc translationem aliter narrat. Statuit igitur *Sabini* Sepul-
„ chrum, & Altare ſupra illud a *Theodorada* extructum, in Cathedrali Ec-
„ cleſia *S. Petro* dicata, extitiſſe: & cum *Urbe per Longobardorum* incur-
„ ſionem ruinis deformata, longius a civium domiciliis ea diſtaret, aliam
„ Cathedralem a Canuſiuis Antiſtitibus ædificatam, in quam *Petrus* transfer-
„ re *S. Sabini Corpus* tentarit. Tum quod de *ſervis alienis* injuſte detentis,
„ ac reſtitutis dicitur, vult, *de oſſibus* Sancti Præſulis terræ reddendis, veluti

Beatillus Vita S. Sabini cap. 15. pag. 132.

Bollan. in Vita S. Sab. tom. 2. menſ. Febr. die 9. ejuſd. §. X. n. 64 & ſeqq. pag. 320.

„ propriis ejus ſervis, intellectum *a Petro*, proindeque ad *veterem locum* „ reportata, quæ qui attente caput illud *ſeptimum* legerit, perſpiciet *a vetuſti ſcriptoris mente aliena eſſe*.

3. Ad illuſtrandam hujuſce rei veritatem jam ſupra demonſtravimus, quod dum Civitas Canuſina diruta erat, & Epiſcopo viduata, detectum fuit *S. Sabini corpus*, & a Duciſſa *Theodora* in Regio Sacello, a latere Eccleſiæ Cathedralis Apoſtolo *Petro* ſacræ, collocatum fuit. Quæ res occaſionem præbuit memoratæ Theodoræ, ut intuitu ſui tutelaris Civitatem meliori quo fieri potuit modo reſtauraret, & in ea ſuus redintegraretur Epiſcopus, efficeret, quemadmodum ſatis conſtat ex *Epiſcoporum VII.* & *VIII. Seculi* Cathalogo, quem ſupra exhibui. Unde omnino dicendum eſt, quod *Petrus* exeunte octavo ſeculo floruerit, quando nempe neceſſitate compulſus, ut Canuſinorum commoditati conſuleret, S. Sabini Corpus a veteri ad *aliam* tranſtulit Eccleſiam. Extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod Civitas Canuſina priuſquam devaſtaretur ita ampla, & magnifica extiterit, ut *ſexdecim* ambitus *milliaria* concluderet, uti teſtatur *Abbas Damadenus*. Fundata autem erat in planitie Campaniæ *Apuliæ* ſupra ſeptem colles aſcenſu faciles, ſupra quorum duos præeminebant duæ munitiſſimæ arces. In obſidione, qua eamdem cinxit, & afflixit Rex *Autharis*, *cum Duce Zotone* in majori ſui parte demolitæ fuerunt Civitas, & famigerata *S. Angeli arx*, ſed caſtrum *Regionis Sanctorum quadraginta*, *ut eſt etiam hodie*, illæſum manſit. Hinc factum fuit, ut Cives eas domus reparare inceperint, quæ circum idem caſtrum extabant, ut ab ipſo tutarentur. Ex quo etiam evenit, ut *Collis* tantum *SS. Quadraginta* progreſſu temporis incoleretur, reliquæ vero domus, cum magnificis ædificiis in ſquallore, & deſolatione relictæ fuerint. Adeo ut Eccleſia Cathedralis *S. Petro* ſacra inter ruinas, & rudeta ſuperſtes nec ſacris officiis nec a Populo, niſi magna difficultate, frequentari amplius potuerit.

Damad. ſup. Cap. 1. §.1. num.12. pag.5.

4. Eapropter Epiſcopus *Petrus* aliam eidem ſubſtituere cogitavit. Hæc fuit Eccleſia *Beatiſſimæ Virgini Mariæ* dicata ab alia, *lapide uno*, diſtans, utpote incolis magis commoda, quippe quæ in ea parte Civitatis, quæ amplius habitabatur, extructa. Unde præfixa ſolemniſſima *die SS. Petri*, *& Pauli* Martyrio ſacra, ut *Corpus Sancti Sabini* ad eamdem transferret, narrat *Anonymus*: *Præfatus itaque Venerabilis Vir* (Petrus Epiſcopus) *de cujus ore cuncta, ut narrarem audivi, cæleſti amore agitatus ad Sedem Pontificalem Canuſinæ Urbis Chriſti Famuli* Corpus *introducere ſtuduit, ubi aſſiduis laudibus, frequentiaque Populi, Cleritorum pſalmo Dominus honoraretur, quia* a Sede ad *quam omnes convenire conſueverant, puto,* mille paſſibus *diſtabat; bene, & optime congitans, ut ad laudem ſui Domini, & ſalutem plebis palam tantus Pontifex jaceret, hic videlicet in ſolemniis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli cum omni Populo utriuſque ſexus, ad illud magnum, & laudandum ſpectaculum convenerat &c.*

Anonym. ſup. n. 28. pag.37.

5. Itaque corpore S. Sabini *an.* 800. in hanc novam Cathedralem Eccleſiam translato, quidquid antiquæ Cathedralis, & *Theodoræ* Cappellæ reliquum erat totum fere collapſum eſt. Nihilominus quædam memoratæ *Cappellæ veſtigia* hodieque viſuntur; ſupereſt etiam *magnificus Tribunæ laudatæ Eccleſiæ arcus*; quæ circum eadem erant domus extructæ pariter deſolatæ fuere. Prope vero veterem Cathedralem ædificatum reperiebatur *Benedictinorum Cœnobium*, cujus Eccleſia, in præſens commendata, *D. Quirico* dicata erat. Proinde circa *X. Seculi* medietatem Montis Caſſini Abbas *Majelpotus* vocatus

tus

ſus a *Baſilio* Imperatoris Protoſpatario petiit, ut memoratum *Monaſterium* in *Veteri Civitate Canuſina*, ideſt inter ruinas ædificiorum Canuſinæ antiquorum ſitum cum ſuis ædificiis ſibi reſtitueretur, inquiens *Leo Oſtien.* *In Canuſio Vetere Eccleſiam S. Benedicti, & Molendinum, & Curtes.*

Leo Oſtienſis lib.1.cap.60.

6. Narrat porro *Anonymus*, quod ſacro Sabini pignore in novam Eccleſiam transvecto, idem conditum fuit ab Epiſcopo, & Clero in loco: *Quem illi ipſe* (Epiſcopus) *paraverat*, *aliquandiu tamen in Eccleſia poſitum*, *Altare nondum mancipato*, *quievit*. Poſtea ſubdit, quod memoratus locus minime Sancto placuerit, quippe, qui rapinis direptionibuſque illis temporibus barbaris quammaxime uſitatis expoſitus. Quocirca ab eodem *Sabino* Epiſcopus, qui tunc Canuſio aberat viſitandæ Diæceſis cauſa, admonitus: *Statim vero* (pergit *Anonym.*) *ad Sedem propriam reverſus eſt*, (Petrus) *& Virum Domini Sabinum*, *cum magna lætitia in camera ſubtus Altare Beatiſſimorum Martyrum* Joannis & Pauli, die Kalendarum Auguſtarum *collocavit*, *intus in arca ex auro argentoque linita*, *ſuper qua diverſa ornamenta*, *etiam induxit*.

Anonym. ſup. cap. 3. n. 29. pag. 37.

Anonym n.30.pag.38

7. Ex eo vero, quod ait *Anonym.* nimirum *Petrum* Epiſcopum ſacrum Sabini Corpus *in Camera ſubtus Altare* collocaſſe, colligunt eruditi viri, ſacrarumque antiquitatum ſtudioſi, qua nempe ſollicitudine illa tempeſtate Sanctorum *Reliquias* cuſtodire, & adſervare curabatur, ita ut his in locis abderentur, unde extrahere, & furari minime alienigenæ poterant, prout diſſertiſſime *Muratorius* refert. Unde par æquumque eſt omnino ut credamus (id quod etiam ipſa comprobat experientia) videlicet Epiſcopum *Petrum* effeciſſe, ut profundiſſima fieret *fovea*, in eaque extrueretur *Camera*, in qua ſacrum recondidit depoſitum magno lapidum acervo, atque ex omni capſæ parte ingentibus ſaxeis molibus, injecta calce, undique compactum, eo fine, ut ex eodem loco nunquam amplius dimoveri poſſet. Atque id ipſum intellexit noſter *Anonymus* cum in *CAMERA SUBTUS ALTARE S. Sabini corpus* ſcripſit *humatum*. Notat enim *Du-Cangius*, quod verbum *Camera* ſignificet *Conclave*, *ubi theſaurus reponitur*. Quibus prænotatis proclive eſt unicuique arguere, quanta cura, & diligentia tantum theſaurum, ideſt *Sancti Sabini* pignus ſervaretur illis temporibus, in quibus Principes ipſi, & Reges, uti ſupra demonſtravimus Sanctorum Corpora furari conſueverant. De quo ipſe *S. Sabinus* Epiſcopum admonuit.

Murat. Differt. Antiq.Ital.Diſſ. 58.edit.Rom. tom.3. par.1. pag. 243.

Du-Cang v. Camera tom. 2. pag. 71.

8. Præterea nos condocet *Anonymus*, quod *prima Auguſti die* repoſitum fuit S. Sabini Corpus ſubter Altare *SS. Joanni & Paulo* dicatum. Ex quo affirmarunt nonnulli, quod hæc nova Cathedralis memoratis Martyribus conſecrata fuerit; immo addiderunt, quod ipſa Eccleſia a poſtremis Canuſinis Epiſcopis fuerit ædificata. In primis vero hac in opinione verſatur *Beatillus*. Verum *Anonymus* non dicit, quod Eccleſia, ſed quod *Altare illis Sanctis erat dicatum*, quod in confeſſione ejuſdem Cathedralis ſubter Presbyterium (ſicut nunc quoque cernitur) conſtructum erat, & laudatorum Martyrum Reliquiis juxta S. R. E. ritum a Cardinale *Bona* illuſtratum, conſecratum erat. Porro præſens Cathedralis, in qua ſæpiſſime memoratum *S. Sabini* Corpus tunc collocatum fuit, & nunc maxima religione adſervatur, eſt una ex illis Eccleſiis, ab ipſo *Sabino*, dum in humanis ageret, a fundamentis excitatis, & ab *Anonymo* ſic deſcriptis: *Beati Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti Templum*, *juxta Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis*, *& prope illud*, *alium Domino Salvatori dicatum magnifice*, *& eleganter condidit*.

Beatill. Vita S. Sab. cap. 15.

Card. Bona Rer. Liturg. cum not. Sala lib.1. cap. 19. §.5. tom. 2. pag.57.

Anonym. ſupra cap 3. numero 10, pag. 32.

9. Ita

Digitized by Google

9. Ita adamuſſim *nova Cathedralis* hodie ſita cernitur. Intermedia enim jacet inter duo memorata Templa, alterum *SS. Salvatori*, alterum *S. Joann. Baptiſtæ* dicatum, quod fere dirutum conſpicitur. Unde nitidiſſime patet, quod noſtra præſens Cathedralis illa eadem eſt Eccleſia, quæ a *S. Sabino*, & extructa, & *Beatiſſimæ Virgini Mariæ* nuncupata fuit. Et revera in eadem Eccleſia adſervatur antiquiſſima Beatiſſimæ Virginis *Imago* in tabula expreſſa, etſi vetuſtate *Carioſa*, integra tamen quoad *vultus SS. Matris*, & *Filii* ambitum, quam proinde magna veneratione proſequuntur Canuſini, quippe qui in eorum neceſſitatibus ad ipſam confugientes, ſingulares a Deo interceſſione *Mariæ* invocatæ, & in illa pervetuſta *Icone* veneratæ gratias obtinent.

10. Quamobrem quotannis menſe *Aprili ſolemniſſimam votivam feſtivitatem*, *Civitatis ſumptibus*, peragunt, & piam habent ſupplicationem, in qua ipſius Sanctiſſimæ Virginis *A FONTE* nomen habentis Imaginem deferunt, & circumgeſtant. Hanc autem denominationem ſortita fuit Imago prædicta, ab *aquæductibus* noſtræ Eccleſiæ dudum conjunctis, & adnexis, ex quibus ad magnificum fontem aqua dimanabat. De hiſce aquæductibus hæc habet *Troylus* „ Stante che Canoſa ſul principio ſcarſeggiava d' acqua, „ e però era male habitata, *Erode Ateniceſe* vi condottò l'acqua da lontano, „ e la reſe molto popolata al rapporto di *Filoſtrato in Vita Philoſophorum* „ *Herodes Athenienſis Canuſium in Italia inducta aqua, cujus vehementer* „ *indigebat habitabilem reddidit*. Veggendoſi oggigiorno queſti magnifici „ Aquedotti diſteſi da venti miglia dalla ſorgiva, che ſi vede intorno a *Venoſa*, paſſando ſopra d'un Ponte per il fiumicello *Licone*, inciſi in buona „ parte in un macigno perforato nell'Appennino, o ſia alla falda della Murgia ſotto di *Minervino*; ancorchè oggidi in varj luoghi disfatti, e incapaci di potervi condottar l'acqua come prima.

Troyli Hiſt. Neap. tom. 1. par. 2. n. 24. pag. 286.

§. II.

Anonymus S. Sabini acta ſcribit juſſu S. Petri Epiſcopi Canuſini.

11. POſtquam Petrus Sacros Sabini cineres in Confeſſione ſubrogatæ Cathedralis *anno circiter* 500. collocavit, cuidam doctiſſimo *Hiſtorico*, cujus nomen ignoramus, in mandatis dedit, ut ejuſdem geſta literis conſignaret ex notitiis, quas a Civitatis *Senioribus* excipere, & a *S. Gregor. M. Dialoghis* haurire poterat, prout *Anonymus* ipſe profitetur, & nos ſupra jam innuimus. Hinc mirum non eſt, ſi idem auctor nullam de *S. Sabini*, *Gelaſio* in Apoſtolico Throno ſedente, geſtis, nullam de *Baſilicæ Garganicæ adminiſtratione* illi demandata, nullam denique de *Conſtantinopolitana Legatione* ab eodem ſuſcepta, & expleta mentionem fecerit. Etſi vero hæc omnia omiſerit, magno tamen in pretio habendus eſt laudatus auctor, eo vel magis quod nullo vel minimo errore ipſum arguere, & carpere potuerint recentiores eruditi lynceis plane oculis inſtructi. Eapropter hæc animo meo hæret opinio, ut nullatenus dubitem, quin *Anonymus* unus extiterit ex celebrioribus illis *literatis*, qui *ſuo ſeculo plumbeo* immo, & *ferreo* floruerunt. Idem

Anonym. qui ſup. cap. 3. a p. 30. ad 38.

Idem vero *Anonymus* . fatetur quod animum ad ſcribendum appulerit, ut mandatis acceptis obtemperaret, minime vero ſui proprii alicujus ſtudii, vel genii, vel eſtri indulgendi gratia adductus; adeoque ſic ſuum opus exorſus eſt: *Voluntati tuæ parere, ſumme Pontifex, cupio*.

Anonym. ſup. num. 4. pag. 30.

12. Quandoquidem ex hoc titulo colligit *Beatillus*, *Anonymum* vitam S. Sabini juſſu *Leonis PP. III.* ſcripſiſſe, quod certe cum anno, in quo ille ſcripſit, conſonat. Nam idem Pontifex electus fuit *26. Decembris an. 795.* & ſedit ad *12. Jan. an. 806.* Anno vero *799.* in primum Imp. latinum coronavit *Carolum* Franciæ Regem *Magnum* appellatum. Etſi autem veroſimile ſit, quod *Leo* Anonymo in mandatis dederit, ut S. Sabini utpote in tota Eccleſia longe clariſſimi vitam conſcriberet, tamen hoc minime erui poteſt a titulo *Summe Pontifex*. Etenim idem *Anonymus* deſcribens Clerum, qui circum S. Sabini morti proximi lectulum adſtabat, ac præ doloris acerbitate magnam lacrymarum vim profundebat, hiſce verbis paſtorem ſuum poſtremo allocutum fuiſſe affirmat: *Quem nobis o ſumme Pontifex paſtorem dimittis*. Ex quo infero, *Anonymum* eumdem titulum, non *Leoni* Pontifici Maximo, ſed *Petro* Epiſcopo Canuſino tribuiſſe. Et revera ille pluribus in locis profitetur, ſe Epiſcopi Canuſini juſſu perſcribere, præcipue ubi hæc habet: *Quæ autem dicturus ſum a Viro Venerabili, & fideli ejuſdem Eccleſiæ Petro Epiſcopo agnovi, qui mihi de ſuo prædeceſſore Sabino, quæ a ſenioribus Sacerdotibus multis diligentiſſimis inquiſitionibus audierat. ſæpius narrare conſuevit, & illa ut fideliter ſcriberem præcepit*. Immo innuit ſe ſcribere ipſiſſimo tempore, quo memoratus Epiſcopus *Petrus* S. Sabini Corpus tranſtulit, uti ſupra: *Optimum nunc puto ea, quæ his diebus per Beatiſſimum Sabinum geſta ſunt etiam poſteris mandare, præfatus itaque Venerabilis Vir* (Petrus) *de cujus ore cuncta, ut narrarem, audivi, cœleſti amore &c.*

Beatillus in Vita S. Sabini cap. 15. pag. 123.

Anonym. n. 18. pag. 34.

Anonym. ſup. n. 20. pag. 34.

Anonym. ſup. n. 28. pag. 37.

13. Sed cum ipſe *ſuperſtes* fuerit *Petro*. ideo hiſtoriam ſuam interpolavit, in eaque inſeruit *Epiſcopos illius ſucceſſores*, prout optime notat *Bolland.*
,, *Petrum ipſum fortaſſis ita AVCTOR* compellat, cujus imperio coactum
,, ſe eam hiſtoriam ſcribere, poſtea diſerte teſtatur; vel alium è ſucceſſori-
,, bus. Non enim eam Vitam *Petro* ſuperſtite abſolvit; aut certe poſtmo-
,, dum interpolavit. Nam *c. 6. n.* 18. ita ſcribit ,, *Neque hoc ſilentio dandum*
,, *exiſtimo, quod ab ejuſdem Eccleſiæ Primicerio ſeſe* audiviſſe aſſeruit dicens:
,, *Venerabilis namque Burſæ tempore, qui in hac Eccleſia, Deo largiente, exti-*
,, *tit Pontifex (cujus etiam Archidiaconus Audoalt fuiſſe commemoratur, qui ter-*
,, *tio in loco a præfato Venerabili Epiſcopo Petro Pontificali gloria functus eſt)*
,, ſupradicti itaque Burſæ tempore &c. quibus ex verbis patet, poſt Petri, ip-
,, ſiuſque adeo *Audoaldi*, qui *tertius* ab eo Eccleſiam illam rexit, obitum,
,, hanc ſcriptam, vel denuo adhibito *ſtylo* expolitam, & amplificatam ab
,, ipſo *auctore Vitam eſſe*.

Bollan. in Vita S. Sabini §. 2. n. 10. tom. 2. menſ. Febr. pag. 312.

14. Huc uſque bene ſentit, & loquitur *Boll.*, ſed in indagando, perveſtigandoque tempore, in quo, & Translatio peracta fuit, & Scriptum ſupra enunciatum, exaratum, in literatorum cenſuram incurrit *Bollandus*, quippe qui hallucinatus ex *dato* memorati *Scripti* noſtri *Anonymi* illam figit *anno 700.*: *Hæc principante Viroglorioſiſſimo Ermenrich pro Legrimoalt ſcripta ſunt, cujus temporibus multa Samnito populo proſpere cucurrerunt*. Etenim hiſce ſuper verbis male impreſſis in prima edit. *Bonon. 1623.*, aut in *Codice Capuano*, cujus exemplum habuiſſe teſtatur, ita de nomine *Ermenrich* laudatus ediſſerit *Bollandus* ,, At *quando* ei Provinciæ præfuit *Emerith*, ſive (ut

Anonym. ſup. num. 31. pag. 38.

habent

Digitized by Google

Bollan. in Vita S. Sabini 9. Febr. tmo.2. menſ. Feb.pag.312.

,, habent MSS. Capuana) *Hermarich* , aut *Ermenrich* ? Ejus neque in
,, Longobardicis *Pauli Warnefridi* , neque in *Heremperti* hiſtoria mentio
,, fit, quod quidem meminerim, niſi fortaſſis duo habuerit nomina, uti
,, *Totila* Badiula , vel Badwilla dictus. *Grimoaldi proles* appellatur, Be-
,, neventani Principis, ut reor. Fuere vero *Grimoaldi* , qui Beneventa-
,, nam Ditionem tenuerunt, omnino quatuor : *I. Giſulphi Forojuliani Ducis*
,, *filius* , qui deinde Longobardorum Regnum occupavit ſub *anno 662*. Se-
,, cundus , illius nepos , *Romoaldi* , *&* *Theodoradæ* filius. Tertius *Arechi-*
,, *ſis filius* , de quo ſup. quartus qui 3. ſucceſſit , a Sicone poſt interfectus.
,, Cujus potiſſimum ex hiſce quatuor *Grimoaldis* filius fuit *Ermenrich* ? *Gri-*
,, *moaldus I.* ad Regnum Longobardorum invadendum , diſſidentibus inter
,, ſe Ariperti Regis filiis Godeberto , & Bertarido , invitatus , *Romoaldum*
,, filium Beneventanis præfecit , eique *Theodoradam* Lupi Forojulienſis Du-
,, cis filiam, poſtea conjugem dedit circiter *ann.663*. vel *664*. ex qua is tres
,, filios ſuſcepit *Grimoaldum* , *Giſulphum* , *Arichiſum*. Grimoaldus Patri
,, ſucceſſit , ſed (ut infra *c. 5. n. 16.* dicitur) ſub Matris *Theodoradæ* tutela ,
,, & conjugem duxit *Wigilindam* Bertaridi Regis filiam , quæ cum Matre
,, Rodelinda , & Cuniberto fratre Beneventum videtur a *Grimoaldo Rege*
,, fuiſſe, antea , viro exulante , relegata. Obiit *Grimoaldus 3.* principatus
,, anno , fratremque *Giſulphum* nactus eſt Succeſſorem , hic filium ſuum
,, *Romoaldum*. Fortaſſis ergo *Grimoaldo II.* natus ex Wigilinda filius fuit ,
,, ſed cum is, Patre moriente, adhuc eſſet in cunis, aut etiam necdum natus ,
,, ad patruum ejus Giſulphum delatum a Longobardis regimen eſt , qui ei
,, deinde Salentinam ditionem adminiſtrandam tradiderit, quam *Romoaldus*
,, *Giſulphi* parens , *Emerithi* avus , Longobardico Imperio adjecerat ; ut
,, his verbis *lib. 6.* de geſtis Longobard. *c. 1.* teſtatur *Paulus* Diaconus : *Dum*
,, *iſta apud Longobardos trans Padum geruntur* , *Romoaldus Beneventanorum*
,, *Dux, congregata exercitus multitudine, Tarentum expugnavit* , *&* *cepit* , *pa-*
,, *rique modo Brundusium* , *&* *omnem illam* , *quæ in ciruitu eſt, latiſſimam re-*
,, *gionem ſuæ ditioni ſubjugavit.* Potuit tamen etiam Senioris *Grimoaldi* filius
,, fuiſſe *Emerith* , ſub quo S. Sabini ſcripta eſt Vita , nam Grimoaldus , qui
,, prius *de captiva puella* , *ſed tamen nobili* , *cujus nomen Ita fuit* , *Romoal-*
,, *dum filium* , *&* *duas filias genuerat* , ut *lib. 4. c. 47.* ſcribit *Paulus* : idem
,, Regnum adeptus , filiam Ariperti Regis uxorem duxit , e qua Garibaldum
,, ſuſcepit , quem deinde Bertaridus avunculus , Regno exturbavit. Fuit
,, fortaſſis *Emerith* hujus *Garibaldi* germanus , & cum is a Regno dejectus
,, eſt,ad fratrem Seniorem *Romoaldum* vel remiſſus a Bertarido Rege , vel a
,, nutritoribus ultro delatus , ibique educatus , ac tandem , vel a *Giſulpho* ,
,, vel *Romoaldo II.* Salentinæ regioni præfectus. Non videtur certe *Grimoal-*
,, *di 3.*, qui *Archiſo* Patri *ann. 788.* ſucceſſit , filius eſſe potuiſſe *Emerith* ;
,, cum ille , ut innuit *Herempertus* , ex *Irriantia* conjuge , *nepte Auguſti*
,, *Argivorum* , prolem non ſuſceperit , immo eam , ut Franco , ſibi con-
,, ciliaret , repudiarit. At, ſi *Grimoaldo IV.* natus *Emerith* eſſet , qui diceret
,, Auctor , ejus *temporibus multa Salentinati populo proſpera occurriſſe* ? Et
,, qui patrem ejus interfecit *Sico* , cur non ei quoque intulit manus ? cur
,, non *Ludovicus Pius* in ſuam eum tutelam ſuſcepit , & paterna clementia
,, principatum ei reſtituit ? At demus e paricidæ elapſum manibus , vel Imp.
,, gratia defenſum , Salentinis imperitaſſe ; quæ potuerunt tunc illi populo
,, proſpera evenire , *impiis Saracenis* , *ac perfidis Chriſtianis loca SS.* late

,, *conta-*

,, *contaminantibus* , ut *tom.* 2. Scriptorum Francicorum *Cheſnæi* in geſtis
,, *Ludovici II.* dicitur? Veriſimilius igitur eſt, & *Petrum* Epiſcopum, &
,, *Anonymum* hunc Scriptorem paulo poſt *annum* 700. ſub *Giſulpho* , &
,, *Romoaldo II.* *floruiſſe*.

15. Mirum certe in modum hiſce omnibus *Bollandi* ſenſibus reſpondit
oculatiſſimus *Aſſemanus*, qui illius errorem feliciter detexit,& felicius confu-
tavit; qua de re expleta ſupra relata narratione ſubjungit his verbis ,, *Bol-*
,, *landus* , *exemplo ſuo docens* , *eum qui ſemel a via aberraverit* , *in infinitos*
,, *errores ſenſim impingere* . *Virum eruditiſſimum* decepit Codex mendoſus ,
,, in quo pro *Samnitum populo* ſcriptum erat *Salentinati populo*; & pro *Ari-*
,, *chis prole Grimoald* , obrepſerat *Emerith* , *ſeu Ermerich prole Grimoalt* ,
,, ſive quod vitioſiſſimum eſt, *Ermerich pro Legrimoalt* . Iſthæc oſcitantis
,, librarii menda , oculatiſſimum ceteroqui *Bollandum* in tranſverſum ege-
,, runt , itaut de *Salentinis* ea commentaretur , quæ ad rem non faciunt ,
,, quum nihil ad Samnites,ſive Beneventanum Ducatum pertineant; de *Gri-*
,, *moaldi* vero filiis inani labore inquireret , de primi ne , aut ſecundi , an de
,, tertii, ſeu quarti Grimoaldi filio ſermo eſſet , quum non de filio Grimoal-
,, di , ſed de *Grimoaldo ipſo*, quisnam eſſet , cujus hic mentio ingeritur ,
,, inveſtigare debuiſſet . Quod autem de primo , aut ſecundo Grimoaldo af-
,, firmat , vel ex hac ipſa *S. Sabini* vita diſcere potuiſſet , a vero prorſus
,, abhorrere . Nam ante tertii Grimoaldi patrem *Arichim* , nullus Beneven-
,, tanorum Ducum nomen ſibi *Principis* aſſumpſerat; adeoque quum au-
,, ctor vitæ ſic dicat : *Hæc Principante .... Scripta ſunt* , haud obſcure ſigni-
,, ficat , *Arichis* illius , qui ſub *Carolo Magno* poſt exciſum *anno* 774. Lango-
,, bardicum Regnum florebat , temporibus poſteriorem *Grimoaldum* . Ad
,, ſecundum autem *Grimoaldum* , *Theodoradæ* , *&* *Romoaldi filium* quod
,, ſpectat , ex ipſis *S. Sabini Actis* conſtat , longe poſt ejus ætatem vitam
,, iſtam juſſu *Petri* Epiſcopi Canuſini ſcriptam fuiſſe : quandoquidem in ipſa
,, vita , *Translatio Corporis S. Sabini* ab *hoc Petro Epiſcopo* facta dicitur plu-
,, rimo decurſo tempore poſtquam *Theodorada* Grimoaldi mater , una cum
,, ipſo Grimoaldo Beneventanum Ducatum adminiſtrans , Eccleſiam extra
,, Urbem Canuſium ſupra ejusdem S. Sabini Sepuchrum excitaverat : quum-
,, que *Grimoaldus* ille cum matre tribus tantum *annis* regnaſſet , pronum
,, erat colligere , *Petrum* Epiſcopum , ſive potius *Auctorem* ejus vitæ , non
,, illum , ſed alterum Grimoaldum deſignare . *Aſſeman. de Reb. Neap. cap. 18. §. 16. tom. 1. pag. 573. & ſeqq.*

16. ,, Verum quid moror? Res plana eſt . *Librarius* pro , *Principante*
,, *VIRO GLORIOSISSIMO ARICHISI PROLE GRIMOAL-*
,, *DO* , perperam ſcripſit , *Emerich pro Legrimoalt* . Vox *Emerith* , *Er-*
,, *merich* , *&* *Ermenrich* , nihili eſt; & loco *ARICHIS* haud dubie poſita .
,, *GRIMOALDUS* autem , *Arichiſi* filius , mortuo patre *VII. Kal. Sept.*
,, *anno ab Incarn. Domini DCCLXXXVII.* (quemadmodum in ejusdem
,, Epitaphio apud *Anonymum Salernitanum* legitur) Beneventanum Duca-
,, tum tenuit ab *anno* 788. ad *annum* 806. uti docet *Peregrinius* in hiſt. Lan-
,, gobardica not. *in Erchempertum nu. IV. & VII.* ex quo etiam patet , *Gri-*
,, *moaldi ipſius temporibus multa Samnitum populo proſpera occurriſſe* : nam
,, primo , *Carolus Magnus* , qui univerſam Italiam Langobardis eripuerat ,
,, ſolum Langobardis Samnitibus Ducatum Beneventanum *Grimoaldo* re-
,, gendum reliquit . Secundo , *Græcis* bellum in Beneventanos , tunc tem-
,, poris Francis fœderatos , moventibus , *victoria* Samnitibus ceſſit . Ter-

Digitized by Google

„ tio, quamquam *Carolus Magnus* eum hiſce conditionibus *Grimoaldo* Du-
„ catum tradiderit, ut ſcilicet Langobardorum *mentum* tonderi faceret,
„ chartaſque, & nummos, *Caroli* nomine ſuperſcribi ſemper juberet, ac
„ muros *Salerni*, *Acherentiæ*, & *Conſiæ* funditus everteret, isque in ſuis
„ aureis, *nomen Caroli* aliquandiu figurari præceperit, *ſchedas* ſimiliter ali-
„ quanto juſſerit tempore exarari; reliqua tamen pro nihilo duxit obſervan-
„ da, & mox in apertam defectionem prorupit, *Erchemperto* teſte *num. IV.*
„ Hinc bellum perpetuum cum Francis eorumque Rege *Pipino* geſſit: quo
„ in bello cunctas Beneventanæ dynaſtiæ, uti ſub patre *Arichi* erant, Ur-
„ bes retinuit, præter Theatenſem Comitatum, Recole quæ de hoc *Gri-*
„ *moaldo* ſupra ſunt narrata *Cap. XVI. a pag. 497. ad 503.*

17. Optimæ doctiſſimi *Aſſemani* reſponſioni nihil prorſus addere queo: Proinde lectores etiam atque etiam rogo; ut Datum hujuſmodi accurate perpendere velint. Quod ſi fecerint, intelligent profecto, *Datum* ipſum iiſdem notis comprobare, & corporis *Sancti Sabini* Translationem contigiſſe, & ejusdem actorum ſeriem ſcriptis fuiſſe mandatam ſub *Principatu Grimoaldi Arichis Magni* filii. Quocirca retenta quaſi earumdem literarum in impreſſione confuſarum forma, clare ex ea eruitur, verum *DATVM*, & temporis epocha: Error itaque ita accidit.

Hæc Principante Viro Glorioſiſſimo ERMENRICH PRO LEGRIMOALT.

Corrige

Hæc Principante Viro Glorioſiſſimo ExM.ARICH PROLE GRIMOALT. *Scripta ſunt, cujus temporibus multa Samnito populo proſpere cucurrerunt.*

18. Omnes plane hiſtorici conveniunt, quod *Grimoaldus Arichis Magni* filius fuerit, & quod glorioſiſſime Beneventi regnaverit ab *ann.* 788. uſque ad 806. Sed quod *Magni* titulus eidem *Arichi* tamquam *primo Beneventanorum Principi* competeret, non ſecus ac prædictus titulus conveniebat *Atenulpho primo etiam Capuæ Principi*, de quo proinde in *Necrologio Benedictino* legitur: *Atenulphus Magnus, qui de Comite factus eſt Princeps.* Luculentiſſime apparet ex inſcriptionibus Sepulchralibus a me ſupra relatis. Eadem fere ratione, qua *Arichis Magnus* fuit appellatus: etiam vocatus *Vir Glorioſiſsimus Grimoaldus*, quo titulo eum fuiſſe donatum legimus in quodam Inſtrumento *ann.* 789. ſtipulato: *In nomine Domini Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti: Regnante Domino piiſſimo CAROLO Magno Rege Francorum, & Longobardorum, ſeu Patritio Romanorum anno Regni illius vigeſimo: Firmamus nos Dominus VIR GLORIOSISSIMVS GRIMOALDVS. Summus, & Princeps Gentis Longobardorum per Rogatum Davidis Reverend. Epiſcopi Sanctæ noſtræ Beneventanæ Eccleſiæ: Tibi Traſulpho filio q. Joannis, qui fuit conditor in Viriſano, omnes res ipſius genitoris ſui, quidquid .... Quod vero præceptum firmitatis ex juſsione nominati Domini noſtri VIRI GLORIOSISSIMI GRIMOALDI ſecundo anno Deo diſpenſante Principatus ſcripſi; Ego Rodopertus Notarius. Actum Beneventi in ſacro noſtro Palatio menſe Junii Indict. 12. feliciter admodum.*

In Necrolog. S. Bened. apud Pratilli tom. 5. pag. 84.

Ap. Ughell. de Arbiep. Benevent. tom. 8. pag. 38.

19. Sed ſi quod verum eſt fateri volumus perbelle quadrabat, & congruebat *Grimoaldo glorioſiſsimi* titulus, quippe qui glorioſas victorias, & triumphos retulerat non tam de Orientis Imp. armis, verum etiam de armis Imperialibus *Caroli M.* Imp. bellicoſiſſimi, & *Pipini* ejus filii Italiæ Regis, qui in tot præliis cum illo commiſſis, nunquam eum ſubjugare potuerunt. Eapropter

Digitized by Google

ter eidem *glorioſiſſimo Grimoaldo* hanc Epigraphen inſcripta fuit, poſtquam ipſe in Beneventi Eccleſia tumulatus fuit.

MAGNUS erat Princeps ARICHIS, lux, noſtraque ſalus
Reſtituenda Deo hic ſua membra dedit.
Nec non hic Romoald ipſius maxima proles
Sub patre jam Princeps hic requieſcit humo.
VIR quoque MAGNIFICUS GRIMOALD formoſior illis
Adſcitus eſt Princeps inter utroque loco.
Senſus, & eloquii forma deſcribere laudis
Cujus non poſſet plenius ulla manus.
Gloria magnificis de Lango maxime Bardis
Præcelſa eſt eorum ſtirpes ſuperſtes erant.
Regali genere ſatus ab utroque parente
Cras cedit geſta ſub dota genus
In terris pollens nimium pulcherrimus annus
Spes jam Samnitis certa ſalutis eras.
Mirandus ſpecie, ſed plus mirabilis actis,
A puero micuit, promptus ad omne bonum.
O dolor immenſus! præ ultimæ damna ruinæ
Quæ gens Bardorum fraude ſub alta tulit!
A patre pro patria directus Regius obſes
Placavit patriam funus ad uſque patris.
Cum DANAIS bellum felici ſorte peregit,
Finibus expellit belliger ipſe ſuis.
Extera regna ſibi terrenda pace ſubegit,
Dilectus cunctis, terribiliſque fuit.
Perculit adverſas Francorum ſæpe phalangas,
Salvavit patriam ſed, Benevente, tuam;
Sed quid plura feram? GALLORUM FORTIA REGNA
Non valuere hujus ſubdere colla ſibi.

Ap. Pratill. tom. 3. pag. 307.

20. Detecto igitur errore, qui in impreſſione circa Scripturæ *Datum* obrepſerat, ſimulatque demonſtrato quanta ratione *Arichi* titulum *Magni*, & *Grimoaldo* illum *glorioſiſſimi Viri* tribuerit noſter *Anonym.*; illud ſolum ponderandum ſupereſt, num revera erraverit, quando de Prophetia a *S. Sabino* facta de Civitatis Canuſinæ deſolatione, ut poſtea contigit, ille ſcripſit, ut ſequitur. *Quis ignoret Annibalis Carthaginenſis adventu cunctam Auſoniam devaſtatam*. Quibus ſuper verbis, hæc notat *Bollandus*: *Deſunt* hæc in MSS. Capuanis. Teſtatur *Monachus* in excuſo haberi: *Quis ignoret Annibalis Carthaginenſis adventu cunctam Auſoniam devaſtatam?* Fortaſſis *ſciolus* aliquis ita contextum exornarat: *Quis enim ignorat, ut olim Annibalis Carthaginenſis, ita & Alboin Longobardorum Regis adventu &c.* Supra indicavimus *an.* Chriſti 568. *Alboinum* in Italiam veniſſe, amplius 780. poſt Annibalis *irruptionem*. Qua de re *Bollandus* potius approbavit noſtri Anonymi acta ita a ſe correcta, & *edita*: *Quis enim ignorat Alboin Longobardorum Regis adventu, cunctam Italiam devaſtatam?*

Anonym. ſup. cap. 3. n. 17. pag. 34.

Bollan. in Vita S. Sabini in notis pag. 326.

Bollan. ubi ſup. cap. 4. n. 10.

21. Si res, quemadmodum acciderunt, referre, & intelligere volumus, fateri omnino debemus, quod Civitas Canuſina a *Rege Authari*, ſicut ſupra probavimus, minime vero ab *Alboino* primo Longobardorum Rege devaſtata fuerit. Verum quomodocumque ſit, illud certe teneo, & aſſeveranter af-

firmo, quod acta noſtri *Anonymi* nequaquam *a Sciolo* quodam, ut perperam quis ſuſpicatur, fuerint interpolata. Quamobrem detrimenta Civitati illata ideo ab *Anonymo* tribuuntur *Annibali*, ne verum illorum auctoris nomen proderet, quod cæteroquin omnibus erat ſatis ſuperque exploratum, ac compertum. Quapropter par omnino æquumque eſt, ut fateamur, prudentiſſime illum uſum fuiſſe hac *Metaphora*; cum enim eo tempore ſcriberet, in quo Principes Longobardi regnabant, omni proculdubio in eorum offenſionem incidiſſet, ſi verum everſionis Canuſii effectorem nominaſſet, a quo illi originem ſuam repetebant. Ideo etiam de *Annibale* ſcribit, *Auſoniam devaſtaſſe*: *Auſonia* (enim notat Geſnerus) *Pars Italiæ dicta eſt primo, in qua ſunt Urbes Beneventum, & Cales ab Auſone Ulyſsis ex Calypſonis filio, poſtea tota Italia, quæ Appennino finitur, Auſonia vocitata eſt ab eodem Duce*. Nomen enim *Hannibalis* formidabile, & terribile adhuc erat Canuſinis, propter bellum, quod ille cum Romanis geſſit, quo Cannarum civitas *ſub Canuſinorum oculis* deſtructa, & ſolo æquata remanſit.

Geſnerus Theſaur. Latin. verbo Auſonia tom. 1. pag. 562.

22. Non deſunt profecto varia Tyrrannorum alio nomine ob reverentiam nuncupatorum exempla: quinimmo, ut omnibus notum eſt, etiam inter pares adhibita fuit prudentia, & moderatio quædam, ut nomine proprio ille non indigitaretur, quem grave delictum admiſiſſe conſtaret. Inter quæ relatu omnino dignum mihi videtur, quod *D. Marcus* in ſuo *Evangelio* de J.C.D.N. ſcriptum reliquit: *Vidit Levi Alphæi ſedentem* ad Telonium, & ait illi: *Sequere me*: ita pariter *S. Lucas*: *Vidit publicanum nomine Levi ſedentem ad Telonium, & ait illi: ſequere me*. Nomen igitur iſtud *Levi* perſonale non erat, nec certe ſciremus quis fuerit iſte publicanus, niſi ipſe nomen ſuum publicaſſet. Fuit is, ut nemo non novit, *S. Matthæus*, qui de ſeipſo ſcribens ait: *Jeſus vidit hominem ſedentem in Telonio MATTHÆUM nomine, & ait illi: ſequere me*. Qua ſuper re merito obſervat *Doctor Maximus*: *Cæteri Evangeliſtæ propter verecundiam, & honorem Matthæi noluerunt eum nomine appellare vulgato, ſed dixerunt Levi*.

Marc. 2. 14.
Luc. 5. 27.
Matth. 9. 9.
S. Hieronym. in Matth. c. 9.

23. Pari etiam modo ſæpius in *S. Scriptura* occurrit, ut *quis pro alio nominetur*, nec hoc propterea mendacium reputari debet, cum ob oculos habeatur exemplum *Jacob*, qui ut paternam ſibi compararet benedictionem, dixit, ſe eſſe *Eſau*. Unde ſcripſit *Auguſtinus*: *Jacob quod Matre fecit auctore, ut Patrem fallere videretur, ſi diligenter, & fideliter attendatur, non eſt Mendacium* ſed *Myſterium*. *Quæ ſi mendacia dixerimus, omnes etiam* Parabolæ, ac figuræ *ſignificandarum quarumcumque rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ ſunt, ſed in eis aliud ex alio eſt intelligendum dicentur eſſe* Mendacia, *quod abſit omnino*. *Nam qui hoc putat*, Tropicis etiam tam multis locutionibus omnibus *poteſt hanc importare calumniam, ita ut hæc ipſa, quæ appellatur* Metaphora, *hoc eſt de re propria, ad rem non propriam verbi alicujus uſurpata* Translatio *poſſit iſta ratione* Mendacium *nuncupari*.

S. Aug. contra Mendacium cap. 10. tom. 4.

24. His aliiſque jam adductis rationum, momentis, ab omni prorſus errore *Anonymum* vindicaſſe mihi videtur, cum penitus ſublatæ remaneant difficultates, quæ cl. hiſtoricorum mentes, calamoſque diu exagitarunt. Ultro certe fatemur, quod memorati graviſſimi viri pluribus quidem laboribus pepercíſſent, ſi *Anonymus*, ut modum, quo *S. Gelaſius* Canuſii exceptus fuit, indicavit, ita etiam deſcripſiſſet omnia quæ ad Baſilicæ Garganicæ adminiſtrationem *Sabino* demandatam pertinebant; Sed cum hæc ad illius cognitionem non pervenerint, idcirco illi vitio neutiquam verti debet, quod in ſua

Supra cap. 3. § 1. pag. 38. ubi de S. Sabini geſtis in Monte Gargano.

Digitized by Google

ſua hiſtoria non retulerit. Unde non eſt profecto,cur accurati fideliſque Scriptoris laus, quam ſemper habuit, eidem auferri poſſit, ac valeat.

§. III.

S. Petri Epiſcopi Canuſini auctoritate SS. Martyrum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ Corpora in Polymniani Eccleſia conduntur.

25. HAbetur ex actis Translationis SS. Martyrum *Viti*, *Modeſti*, *atque Creſcentiæ*, quod mulier *Florentia*, quæ ex Salerni Principibus fuit, una cum ejus fratre *Berardo* vocato tum pluribus miraculis, & gratiis interceſſione *S. Viti* a Deo impetratis adducta, tum mandatis ab eo acceptis obtemperatura memoratorum Martyrum pignora in loco, olim dicto *Mariano*, poſtea *Polymniano* ſepelienda curavit. Quemadmodum idem *locus Juriſditioni ſuberat Epiſcopi Canuſini*; idcirco laudati Principes una cum *Nicolao Antiſtite Salernitano Canuſium* ſeſe contulerunt, ubi perhonorifice excepti, tractatique fuere ab Epiſcopo *Petro*: indeque digreſſi omnes inſimul Polymnianum perrexerunt, ubi in magnifica Eccleſia, maxima ſolemnitate, & pompa ſacri venerandique eorumdem Martyrum *cineres* collocarunt. Omnia hæc luculentius patent ex *ACTIS*, quorum proinde *compendium* hic afferre lectoribus nonniſi gratiſſimum fore mihi facile perſuadeo.

Acta Translationis Corporum SS. VITI, MODESTI, & CRESCENTIÆ MM. è Lucania in Apuliam.

Bollan. die 15. menſis Junii tom. 2. ejusd. menſis pag. 1027.

26. *Florentia* quædam illuſtris femina,fuit Principiſſa Salerni, quæ propter
„ orationem *B. Viti*, a tempeſtate fluvii Siler, fuerat liberata, in loco,qui Ba-
„ ſterna dicitur; eidem Mulieri illuſtri, ſupra aquas, dum fere mergeretur,
„ *B. Vitus* apparuit; ab ipſius fluvii aquarum inundatione, ſicut divina poten-
„ tia eam præcipiebat eripiens: quæ dum a periculo illo evaſiſſet immunis,
„ cepit in S. Trinitatis amore ferveſcere, & votum vovit Deo, & Beatis Mar-
„ tyribus memoratis, ut eorum corpora, in loco qui dicitur *Marianus*, ſicut
„ *B. Vitus* ei præceperat, honorificæ traderet ſepulturæ. Præfata vero *Illu-*
„ *ſtris mulier*.... Nec mora, cum lacrymis, & ſuſpiriis juxta fluvium, ubi
„ Sanctorum Martyrum inventa corpora, cum maximo honore fecit ſepe-
„ liri; & ibidem cum diligentia ad honorem Dei, & Beatorum Martyrum,
„ conſtrui juſſit Eccleſiam, in qua quidem Eccleſia, Altaria tria fuerunt ejus
„ juſſione conſtructa; In *primo enim Altari juſſit corpus B. Viti ſumma cum*
„ *veneratione recondi*: *in ſecundo vero corpus B. Modeſti*: *in tertio vero*
„ *corpus B. Creſcentiæ*, per manus *Joannis* Eremitæ, qui morabatur in mon-
„ te *Amalphiæ*. Et per ſpatium annorum *viginti* Omnipotens Deus languen-
„ tibus multis integram reſtituit ſanitatem...... Poſtmodum illuſtris illa
„ Domina memorata, pia Divinitatis inſpiratione compuncta, & Frater ejus
„ *Berardus* nomine, jam dictæ ſororis ſuæ charitate deductus, navem miræ
„ magnitudinis fieri præceperunt...... Ibidem in qua profecti ſunt navi re-
„ lictæ, *Hieroſolymam* honorifice properantes, Sepulchrum Domini maxi-
„ ma cum devotione, & reverentia viſitarunt; aliis nihilominus locis ſacris
„ & venerabilibus ab eis viſitatis, ita quod per quindecim dies in illis parti-
„ bus inceſſerunt. Contigit interea fratrem prædictæ illuſtris Dominæ in-

fir-

,, firmari; de cujus infirmitate...... afflictæ illi...... in ſomno apparuit
,, *B. Vitus*, dicens: *Niſi ſepelieris corpora noſtra*, *in loco qui dicitur Maria-*
,, *nus*...... Qui dixit: *in Apulia* eſt, prope caſtrum *Polymnianenſe*, quod
,, olim fuit a *Julio Cæſare* exercitu hoſtili diſſipatum, in quo loco ego jugi-
,, ter perſevero..... Igitur Domini *Papæ* precibus, eo quo decuit honore
,, ſuſceptis. Dominum *Nicolaum Archiepiſcopum Salernitanum*, & Cle-
,, rum univerſum congregari mandavit; præcipiens eis præfata Domina
,, Principiſſà, ut locum *Mariani* deberent cum ipſa, ad ſepeliendum San-
,, ctorum Martyrum corpora honore debito, proficiſci. Qui omnes man-
,, data tantæ Dominæ devotis animis admittentes, ad perficiendum opus
,, Domini ſe honore debito præpararunt.

26. ,, Itaque Sanctorum Martyrum *Reliquiis*, quibus decuit reverentia,
,, & honore ſuſceptis, & in loculis pretioſis ſicut oportuit collocatis; Do-
,, mina *Principiſſa* cum Domino *Salernitano Archiepiſcopo* viro religioſiſſi-
,, mo, & Clericorum, & aliorum multitudine copioſa, devote Deo gra-
,, tias agens iter arripuit: & ſic ipſa, & omnes qui in comitatu ejus erant,
,, Duce Domino, in brevi dierum ſpatio apud *CANUSIUM* proſpere de-
,, venerunt. De quorum adventu Dominus *PETRUS Venerabilis Canu-*
,, *ſinæ Sedis Antiſtes*, nimium lætus, & jucundus; tam Dominam Princi-
,, piſſàm, quam omnes qui in comitatu ejus advenerant, intimo affectu cha-
,, ritatis ſuſcepit, & Sanctorum Martyrum intuitu eis humiliter miniſtrare
,, non deſtitit; ita quod præfata mulier eidem Venerabili *Antiſtiti*, omnia
,, quæ a *Beatiſſimo Vito* in mandatis acceperat, per ordinem indicavit. Ita-
,, que idem *Venerabilis Antiſtes*, *& de juſsione ſummi Pontificis*, *& de*
,, *Sanctorum Martyrum* revelatione gaviſus, nec non, & prædictus Domi-
,, nus *Salernitanus Archiepiſcopus*, cum Clericorum, & aliorum fidelium
,, turba non modica, ſequentes Dominam memoratam, ad ſæpe dictum
,, locum *Marianum*; cum devotione, & orationibus devenerunt. *Locus*
,, *enim ipſe Marianus erat de juriſdictione prædicti Antiſtitis Canuſini*. Tunc
,, ad eundem locum, regulari inſtitutione conſtruendum, & benedicen-
,, dum, cum gratiarum actione devenerunt; & *Eccleſias* ad honorem Dei,
,, & Sanctorum Martyrum, aſſignarunt. Et ſtatim Domina ipſa locum ipſum
,, præcepit fodi circumquaque, atque ſignari: & in brevi temporis ſpatio,
,, nullis parcens expenſis, in honorem Beatiſſimorum Martyrum Eccleſiam
,, fieri fecit: in qua dictorum *Sanctorum Martyrum Corpora* cum honore,
,, & reverentia collocavit, & ibi feliciter requieſcunt, & operatur quotidie
,, Deus per eos mirabilia multa ſigna, atque prodigia. *Acta ſunt hæc anno ab*
,, *Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti DCCCI.*

Ughellus de Epiſcop. Polym. tom. 7. col. 750.

27. Verum *plurimi* hiſce in actis deprehenduntur *errores* ad hiſtoriam illorum temporum pertinentes ab *Ughello*, qui ea in ſerie Epiſcoporum *Polymniani* exſcripſit. Eadem vero acrius impugnantur a *Bollando* variis conjecturis, ita ut tandem ipſa ad Apocryphorum claſſem amandet. Illud autem, quod anſam hujuſmodi diſputationibus miniſtravit, totum in hoc verſatur: nimirum prætenditur, quod præfatorum *Martyrum exuviæ* primum *Romæ* conditæ fuerint, inde *ann. 756.* in *Pariſienſe S. Dionyſii Cænobium* translatæ, demum in celebre apud *Corbejam* in *Saxonia nova Monaſterium* deductæ fuerint. De qua poſtrema translatione loquens *Mabillonius* ita concludit: *Porro translatio hæc magnam Galliæ perniciem*, *Saxoniæ pacem perpetuam attuliſſe dicitur apud Witichindum*.

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 436. tom. 2. pag. 545.

Witichind. lib. 1. de geſt. Saxon.

28. Quo-

29. Quoniam autem in *Martyrol. Rom.* legimus: *In Lucania apud Silarum flumen natalis Sanctorum Martyrum, Viti Modeſti, atque Creſcentiæ*, qui *ſub Diocletiano Imperatore è Sicilia illuc delati, ibidem poſt ollam ferventis plumbi, poſt beſtias, & cataſtas divina virtute ſuperatas, curſum glorioſi certaminis peregerunt*. Idcirco veriſimilius ſemper reputatum fuit, quod eadem ſacra corpora, quæ in *Lucania* extitiſſe Eccleſia ipſa profiteur, exinde in *Apuliam* translata fuerint potius, quam *Romam*, unde in *Galliam* aſportata fuiſſe autumant adverſarii; quocirca poſtrema hæc translatio merito apocrypha exiſtimatur, quemadmodum validis prolixiſque rationum momentis probat Cardinalis *Baronius*. Meum non eſt haſce controverſias attingere, eo vel magis quod perpetua approbata traditione conſtet in Eccleſia Cathedrali *Polymniani* extare, & venerari corpora præfatorum Martyrum, quorum interceſſione ſingulares, etiam noſtris diebus, gratias impertiri dignatur Deus iis præſertim, qui *morſu Canum veneuato* impetiti ad eoſdem confugiunt, ut ſani incolumeſque evadant. Etiam *Romæ* in *Baſilica* iiſdem Martyribus ſacra adſervantur eorum reliquiæ, ad quas venerandas frequentes quotidie concurrunt Chriſtifideles, ut eorum pietati; & devotioui, quam in ipſos gerunt, ſatisfaciant. Porro utrum aliqua harum reliquiarum *pars in Galliam ann. 756.*, & poſtea *anno 836. Corbejam* translata fuerit, pleno jure dijudicare, & decidere id ſpectat ad *S. Cong. ſacris ritibus præpoſitam*, cui proinde ea, qua par eſt, reverentia, & demiſſione controverſiam hanc intactam relinquimus. Suppoſito igitur, quod Eccleſia eoſdem agnoſcat ut Martyres ad *Lucaniam* pertinentes, cum non habeant *Lucani*, qui hujuſmodi honorem *Apulis* denegent, pronum imo æquum eſt credere, quod *Polymnianum* in *Apulia*, *Petri Canuſini Epiſcopi* auctoritate, aſportata ſint.

Martyrol. Rom. die 15. Junii.

Baron. in not. ad Martyrol. Rom. loc. cit.

30. Quod vero objiciebatur nimirum *Acta* hujus *Translationis* plura menda, & errores continere, & hiſtoriæ repugnare, facile, ut mihi videtur, refelli poteſt. Nam tanti demum non ſunt hujuſcemodi errores, ut propter eos inter apocrypha Acta ipſa recenſeri debeant. Deinde ſi attente conſideretur, quod illorum *Auctor* multo poſt *Translationes* ipſas peractas ſcripſerit, proculdubio ab erroribus, qui illi imputantur, eximi, & ſolvi poterit. Etenim palmaris, qui illi tribuitur error eſt, quod aſſeruerit, *Florentiam fuiſſe Salerni Principiſſam*, & *Nicolaum Archiepiſcop. dictæ Civitatis*, & Florentiæ fratrem fuiſſe appellatum *Berardum*, quod nomen minime apud Longobardos uſitatum, ait itaque *Bollan.* „ Hanc vero (*Florentiam*) etiam Principiſſam Salerni facit; cum Salerni *Principes* primum ceperint nominari „ poſt annum *DCCCXL*. In illorum autem Principum Genealogiis, teſte „ *Ughello*, *Florentia* nulla invenitur: nullus etiam, qui frater ipſi mox infra „ aſſignatur, *Berardus*: cujus neque nomen, neque aliud ſimile in *ARDUS* „ terminatum invenias inter Longobardica, habentibus longe aſperiora nomina, quam quæ poſtea a Francis Normanniſque videntur *adducta in* „ *Italiam*; *item ſub n. 8. Aſt ante annum DCCCCXCIV. Archiepiſcopi* titulum ignoravit *Salernum*, eo primum donatum a *Benedicto PP. VII.*, *Dominus* autem *Nicolaus* ab eo tempore nullus ibi fuit, ſed nec alius quiſquam etiam antea, quod quidem probari poſſit, præter eum, qui eſt in ordine Archiepiſcoporum decimus quartus, & Eccleſiam ſumma cum laude „ rexit ab *anni MCLXXXI uſque ad MCCXX.*, uti ſupra ex *Ughello* diximus. Tunc vero nulli erant *Salerni Principes*, quorum ultimus fuit *Giſulphus II.* hactenus *Bollandus*.

Bollan. loc. cit. n. 5. pag. 1027.

31. Ve-

Beda in Martyrol. die 15. Junii.

31. Verum, mirum certe neutiquam eſſe debet, ſi *Florentiam* Salerni Principiſſam nuncupaverit Auctor; quippe quæ ita denominata fuit, non quia revera regnaverit, ſed quia ex Longobardica Regali ſtirpe fuerat procreata. Qua de re *Beda* in ſuo *Martyrol.* eam vocavit *Illũam feminam*, qui proinde titulus illis temporibus, nonniſi *Regia proſapia genitis*, competere, & deferri conſueverat, eoque *Florentiam* Regalem Principiſſam fuiſſe evidenter prodit atque demonſtrat. Sed ut hoc ipſum clarius etiam conſtet, addo, quod ſicut Arichis Beneventi Princeps Salernum *Seceſſit*, ut *Anonymi Salernitani* verbis utar, *Quæ eſt valde munitiſſima, atque præclariſſima; & opibus, dapibuſque ſufficienter abundat, & proinde eam ipſe Princeps mirabiliter ampliavit, propter ejus tuitionem*. Ita nil facilius, quod una ex Principiſſis Regalis familiæ, una cum ſuo fratre *Berardo* Salernum quoque ſeceſſerit. Nec ullum porro negotium faceſſere debet, quod eam *Salerni Principiſſam fecerit & nominaverit*. Nam non raro uſuvenit, ut nemo non ignorat, quod cum aliquis ex Regio Sanguine, & domo in quodam ſtatus loco domicilium figat, ſive per aliquod tempus diverſetur, ſtatim illius loci *Princeps* appellatur. Idcirco nil mirum, ſi actorum *SS. Viti* & Sociorum auctor memoratam *Florentiam Principiſſam* dixerit: eo vel magis, quod eodem anno, quo Translatio accidit, jam nomen, & titulum *Principis* aſſumpſerat ille, qui ex ejus cognatione Beneventi regnabat, uti ſupra oſtenſum eſt.

Anonym. Salernitan. apud Pratill. tom. 2. pag. 56.

Pratill. Hiſt. Long. tom. 5. pag. 7. & 15.

32. Nullatenus etiam obſtat, & nihil prorſus refert, quod in Beneventanorum Principum Catalogo *Florentiæ*, *& Berardi* nomina non inveniantur. Hi ſiquidem natu minores extiterunt, minime vero Primogeniti, adeoque nec Regnantes, quorum *nomina* ſolummodo olim legebantur in aliis Catalogis alias impreſſis, & nunc videri poſſunt apud *Pratillum Tom. 5.* ubi illud animadvertendum, quod multi horum Principum ſic denominantur nempe *Radoalt*, *Grimoalt*, *Romualt.*, *Leoprand*, *Sicard*; in aliis vero impreſſum eſt: *Radoaldus*, *Grimoaldus*, *Romoaldus*, *Leoprandus*, *Sicardus*. Quocirca evidens eſt, quod unice *Typographo* tribuendum eſt, ſi modo eadem nomina in *VS*, modo in *T.*, aut *D* terminaverit, atque ediderit; adeoque hallucinatur *Bollandus*, dum exiſtimat præfata nomina nonniſi in *T.* ſive *D.* fuiſſe terminata.

Ughell. de Arch. Salern. tom. 7. col. 363.

33. Demum nec ad rem facit, quod Antiſtitem illius temporis Salernitanum *Archiepiſcopum* vocaverit, cum certo certius ſit Sedem illam ad Archiepiſcopalem dignitatem fuiſſe evectam nonniſi *ann.* 984. Etenim memoratus auctor *XI. Sec.* forſan ſcripſit, quando jam tali titulo, & dignitate donatus erat Paſtor ille. Deinde ſatis omnibus exploratum eſt, quod in titulis, honoribuſque tribuendis potius plerumque exceditur, quam deficiatur. Ex quibus omnibus manifeſtiſſime conficitur, præfatum *auctorem* memoratos Principiſſæ, & Archiepiſcopi titulos uſurpaſſe, ut ſe *mori*, & conſuetudini ſui temporis accomodaret.

34. Quidquid ſit de hujuſmodi controverſiis, quas eruditis viris tractandas lubentiſſime relinquimus: ſufficit nobis, quod ſatis luculenter probaverimus, *SS. Martyrum Viti, & Sociorum corpora ann.* 801. *a Petro Epiſcopo Canuſino fuiſſe collocata in Polymniani Eccleſia*, in quam ampliſſimam obtinebat *jurisdictionem*. Porro hæc ipſa Eccleſia ſuffraganea fuit *Canuſinæ*, quando hæc in *Metropolim* elata fuit, ut mox videbimus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Petrus hujus nominis ſecundus in Epiſcopum Canuſinum electus primus ejusdem Eccleſiæ Archiepiſcopus renunciatur.

1. CUM ex hac vita migraſſet *Ludiperius Epiſcopus*, deliberarunt Canuſini in ſuum Paſtorem, & Præſulem eligere *PETRUM Grimoaldi Principis Beneventi Levirum*, qui impoſitum ſibi onus libenter ſuſcepit. Huic electioni occaſionem præbuit aſſiduus acceſſus Principum Beneventi ad Canuſium, ut in eo cum tota ipſorum familia *S. Sabinum* eorum Tutelarem venerarentur, ita ut hi ampliſſimum *RUS* ibidem emerint cum quodam luco pro venatione reſervata, nobilemque in eadem exædificaverint domum, ut eorum deliciis inſerviret. In Collectione *Pratilli* extat monumentum dictæ poſſeſſionis pertinentis *ad Potonem Radelchis* Beneventi Principis Nepotem, qui ea una cum Principe *Sicone* fruebatur. Propria verba ſunt hæc: *Curtem de Sinderiſi in CANOSE, quæ fuit commune cum Curte Domini SICONI PORTIONARII NOSTRI.*

Pratill. tom. 2. pag. 311

2. Fertur autem, quod cum ad *Gregorii IV.* Romanæ Eccleſiæ tunc clavum tenentis aures hujuſcemodi electionis Nuntius perveniſſet, magnopere de ea Pontifex gaviſus fuerit, cum ad illam uſque diem novum, ac ſingulare prorſus eſſet, *Regalis* ſtirpis Principem ad paſtorale animarum regimen electum, illud minime detrectaſſe. Cupiens vero Pontifex Succeſſoribus ſuis exemplum relinquere, ut faveant electionibus Epiſcoporum, quando hi ex Regia proſapia procreati ſunt, quippe qui Eccleſiaſticas dignitates exornant, & Eccleſiam in ſuis neceſſitatibus tutantur, *Petrum*, qui Romam Conſecrationis cauſa venerat, nedum humaniſſime excepit, & tractavit, verum ipſius intuitu *Sedem Canuſinam ad Archiepiſcopatus honorem evehere*, ipſumque *PRIMUM* illius *ARCHIEPISCOPUM* declarare conſtituit. Id quod inauditum plane erat, nam uſque ad illud tempus omnes Epiſcopi, qui ſunt hodie in Regno Neapolitano, *Romano Pontifici* etiam tamquam *Metropolitano* ſubdebantur. Cumque tunc vigebat Lex, quæ omnino vetabat, ne *Metropolitani* inſtituerentur, niſi *decem* ſaltem haberent *ſuffraganeos Epiſcopos*, idcirco facillimum fuit Eccleſiæ Canuſinæ eoſdem in *Apulia* conſtituere, quippe quę tota erat Cathedræ Canuſinæ *Diœceſis*, nec, niſi tractu temporis, aliquis in eadem Provincia Epiſcopatus erectus fuit. Et ſi autem minime honor hic *Metropolitici* juris Sedi Canuſinæ *a Gregor. IV.* collatus vel leviuſculam dubitationis in aleam revocari poſſit, nihilominus, propter exortas contentiones, & æmulationes, eumdem *Ughellus* refert cum quadam Cronologia tanto viro prorſus indigna, adductus, ſive potius illuſus relatione *Muſcæ*, & *Beatilli*, qui nullam omnino hac in re fidem merentur, uti teſtatur *Aſſeman.*: *Neque Ughellum juvat* Beatilli, *aut* Muſcæ *auctoritas. Quam enim ii, & in Cronologia parum verſati, & ad credendum fabellis vulgaribus plus juſto faciles fuerint, quisquis eorum ſcripta legerit, nullo negotio deprehendi.* Unde ad auctorem ejusdem ætatis *Anonymum*

Ughell. de Arch. Baren. tom. 7. col. 591 & Arch. Salern. col. 359. & tom. 10. col. 38.

Aſſeman. de reb. Neap. tom. 1. cap. 18. §. 37. pag. 598.

Digitized by Google

nymum videlicet *Salernitanum* confugiendum eſt, qui ita de *Petro* ſcribit.

Anonym. Salernitan. cap. 9?. apud Pratill. tom. 2. pag. 172.

3. „ *Radoalt Epiſcopus* dum aliquo tempore Salernitanam Sedem, ut ſu-
„ perius fati ſumus, rexiſſet, per idem tempus ab *Agarenorum* gente cap-
„ pta eſt *Civitas Canuſiæ*, quæ ſita fuit in *Apuliæ* finibus. Sed Dei nutu *PE-*
„ *TRUS, qui illo tempore illi Civitati præerat Epiſcopus* cum ſuis non
„ paucis fidelibus evaſerunt, atque *Salerni* venerunt, opes plurimas ſe-
„ cum deferentes. Dum vero Salernum aliquo tempore cum ſuis manſiſſet,
„ *Rodoalt* jam dictus Epiſcopus diem clauſit extremum. Quapropter omnes
„ exorarunt, ut per aliquot annos ipſe *Petrus, Epiſcopus* ipſius Eccleſiæ fa-
„ cultates nimirum regeret. Ille vero cum talia audiſſet, in hunc modum
„ illis reſpondit; *Ad regendam Eccleſiam præeſſe me dico: in Sedem ipſius Ec-*
„ *cleſiæ minime aſcenſurus ſum*. Sed dum aliquo tempore ipſam jam dictam
„ Eccleſiam moderatiſſime gubernaret, de ſuo ſumptu Eccleſiam prædictam
„ Sanctam Sedem in honorem Beati *Joannis Baptiſtæ* miræ magnitudinis
„ conſtruxit, licet minime eam uſque ad culmen perduxit, quia, divina
„ vocante potentia, de hac luce extractus eſt. Quo defuncto, *Ractulus*
„ quidam *Epiſcopus* ordinatus eſt: cumque hic obiiſſet, *Magnaldus Epiſco-*
„ *pus* ordinatur; quo mortuo, præclariſſimum quemdam *Alonem*, *Epiſ-*
„ *copum* ordinarunt. Fuit autem vir bonus, Eccleſiæque reparator. Fecit
„ autem miræ pulchritudinis Lectorium ex giſſo. Sed dum & ipſe in Domi-
„ no obdormiſſet, *Laudemarium*, qui ex *Nuceriæ* finibus fuerat ortus, *Epiſ-*
„ *copum* ſublimarunt. Cumque, & hic obiiſſet temporibus prædicti Princi-
„ pis *Siconulſi*, quemdam *Bernardum Epiſcopum* ordinarunt. Fuit autem
„ ex Civitate *Catiana* ortus, parentibus quidem non infimis. Fecit in eadem
„ Eccleſia Campanile miræ pulchritudinis, & Eccleſiam *Sancti Joannis*
„ *Baptiſtæ*, quam *PETRUS EPISCOPUS, GRIMOALDI PRINCI-*
„ *PIS COGNATUS* a novo fundamine conſtruxit, iſte eam omnino
„ conſummavit: atque tribunam pulchris figuris ſcilicet illuſtravit, & mul-
„ ta corpora Sanctorum undique adunavit. Nam cum imminente Agare-
„ norum populo metueret.... ſacras Reliquias.... collocavit.....

§. I.

Petrus a Romano Pontifice I. Archiepiſcopus Canuſinus inſtitutus, deinde Eccleſiæ Salernitanæ Adminiſtrator tantum fuit.

4. CErtum eſt, quod *Petrus* Levir fuerit Principis *Grimoaldi*, item propter Saracenorum irruptionem *Canuſio* elapſus confugerit in *Salerni Arcem* a Principe *Arichi*, ut ſupra extructam, & illuc etiam Eccleſiæ Canuſinæ Theſauros detulit, uti habetur ex cit. *Anonymo*. Vix autem Salernum appulſus e vivis exceſſit illius Eccleſiæ Epiſcopus. Unde Petrus in ejuſdem locum etſi ſuffectus noluit tamen onus ſuſcipere, nihilominus quoad vixit, (vixit autem poſt hæc *parum temporis*,) illam *Moderatiſſime gubernavit*, ut prædicti *Anonymi* verbis utar; ſuper quibus adnotat *Pratillus*: *Ergo Adminiſtrator, ſive Commendatarius tantum fuit iſte* Petrus *Salernitanæ Eccleſiæ*,

Pratill. in Anonym. Salernitan. n. 99. tom. 2. loc. cit.

neque

neque inter Salernitanos Epiſcopos *numerandus*, *uti cenſet* Ughellus *ſupra laudatus*. Eccleſiam itaque Salernitanam dum adminiſtraret, theſauris *Canuſio* aſportatis magnificam illam excitavit Baſilicam, quæ Cathedralis ejusdem Civitatis eſt, & in qua progreſſu temporis *S. Matthæi Ap. & Evangeliſtæ* corpus collocatum fuit, Eamque a Duce *Roberto Guiſcardo* reſtauratam dedicavit *S. Gregor. PP. VII.*, *cujus ſacræ exuviæ* ibidem etiam requieſcunt, & venerantur.

5. Reliquum eſt, ut diſcutiamus an revera *Petrus Canuſii Archiepiſcopus* extiterit, cum ab *Anonym.* prædicto *Epiſcopus* tantum nominetur. In primis certum eſt, quod Epiſcopi titulus competat etiam Archiepiſcopo, prout declaravit Benedictus PP. XIV. in celeberrimo opere de Synodo, ibi: *Qui Metropolitanus eſt Provinciæ*, *idem* Epiſcopus *eſt ſuæ Civitatis*; *& qui* Primas *eſt Diœceſis*, *ſumpta hic* Diœceſi *pro* plurium Provinciarum tractu, *ſicuti accipitur in* Leg. unic. C. Ut omnes Judices, *idem eſt* Metropolitanus *ſuæ Provinciæ*, *&* ſuæ tidem Civitatis Epiſcopus; *ſunt enim inter ſe ita gradus hi comparati*, *ut ſuperior ſemper inferiorem complectatur*, *uti bene animadvertit* Sirmondus in cit. cenſura conjecturæ Anonymi de Eccleſ. ſuburbicar. Diſſert. 2. cap. 5.

Bened XIV. de Synodo Diœceſana l. 2. cap. 14. edit. Rom. 1755. pag. 26.

6. Hinc eſt, quod ſæpe ſæpius in antiquis ſcripturis legitur *Epiſcopi* titulum *Metropolitanis* tributum. Id quod non ſolum in Longobardicarum Hiſtoriarum Scriptoribus, verum etiam in Conſtitutione *Honorii II. Archiepiſcopo Turonenſi* directa legimus „ Honorius Epiſcopus......... Cariſſimus „ Frater noſter Hildebertus *Turonenſis Epiſcopus*, ſicut bonus Paſtor pro grege ſuo vigilans, evocatis fratribus ſapientibus, & aliis Religioſis viris, „ quemadmodum ex ſuarum literarum inſpectione cognovimus, in Navetenſi Civitate *de more Metropolitico*, *Concilium celebravit*. Hanc ipſam Conſtitutionem illuſtrans, & commentans Card. Petra hæc literis conſignavit „ *Dubium occurrit*, *quare Honorius* vocat *Turonenſem Præſulem*, *Epiſcopum*, non autem *Archiepiſcopum*, prout vere erat? Tamen, ut dixi „ ſupra in Concilio etiam Venetico relato a *Gonzalez cit. cap. ad aures 5. n. 1.* „ *de tempore ordin.* inſcribitur *Licinius Epiſcopus Metropolis Turonenſis*, „ quaſi cum addito nominationis *Metropolis* idem ſit, ac *Archiepiſcopus*. „ Vel potius reſponſio elicitur ex eo, quod nomen *Epiſcopi* ſit commune „ omnibus etiam Superioribus, puta *Metropolitanis*, *Patriarchis*, imo „ etiam *Papæ*, qui, ut alias dixi, *Epiſcopus* nominatur, & ſic mirum non „ eſt, ſi *Honorius Hildebertum*, vocat *Epiſcopum Metropolis Turonenſis* .... Quæ cum ita ſe habeant nihil plane obſtat, quod ſolum *Epiſcopi* titulum Petro tribuerit *Anonymus Salern.* eo vel magis, quod ipſe auctor Patriarcham *Conſtantinopolitanum* etiam *Epiſcopum* tantummodo vocaverit. Eapropter tranſitum hinc faciam ad quaſdam conjecturas in medio proferendas, quibus comprobabitur eumdem *Petrum* extitiſſe *Canuſii Archiepiſcopum*, uti in *Diptychis* memoratæ Eccleſiæ memoriæ proditum eſt.

Conſtit. unic. Honorii II. in Bull. Rom. Cherubin. tom. 2. pag. 59.

Card. Petra ad Conſt. Apoſt. tom. 1. pag. 462.

Anonym. Salern cap. 141. ap. Pratilli tom. 2. pag. 243.

7. Præterea acriter inter hiſtoricos diſputatum eſt circa *ann.*, in quo Eccleſiæ tum *Capuæ*, tum *Beneventi* ad Metropolitanatus honorem evectæ fuerunt; cenſuit præ cæteris *Camillus Peregrinus*, tunc memoratas Eccleſias fuiſſe tali dignitate donatas, cum ad eas regendas viri *ex R. Longobardica Gente* oriundi delecti fuere, ajens: *Quo etiam ductus*, *non verebor adſerere*, *primum Beneventi Archiepiſcopum Laudulfum*, *Capuæque Archiepiſcopos* binos *Atenulfos*, atque *Paldulfum*, *qui regnantibus in utroque Principatu poſteris* pri-

Camillus Peregrin. de Stemm. Princip. ap. Pratilli tom. 5. pag. 101.

P 2

Digitized by Google

Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 9.

primi Atenulfi vixere, niſi de hac non fuiſſe cognatione. Leo Oſtienſis refert, Summum Pontificem *Joannem XII.* Capuam veniſſe ibique in ipſius Urbis primum Archiepiſcopum conſecraviſſe *Johannem Pandulfi Capuæ Principis fratrem*, quod *ann.* 968. contigiſſe putat, & hujus auctoritate fultus *Baronius* exiſtimat, *Cathedram Capuanam*, fuiſſe *primam adeptam in Regno Neapolitano Metropoliticos honores*. *Sarnellius* autem, qui eosdem honores *primum omnium Eccleſiæ Beneventanæ* fuiſſe delatos mordicus defendit, hanc *Baronii* opinionem concoquere non valens, hæc illi reponit „ Nè oſta ciocchè modeſtiſſimamente aſſeriſce il Cardinal *Baronio*: *Prima omnium*, „ *quod invenerim*, *Eccleſia Capuana ex Archiepiſcopatus dignitate in Regno* „ *Neapolitano fuit illuſtrata*. La modeſtia è in quelle parole, *quod invenerim*, „ perchè non ebbe egli veruna notizia della celebre *Bibliotheca Beneventana* „ come da altri luoghi manifeſtamente apparirà. Onde ſe veduto aveſſe la „ noſtra *Bolla*, non avrebbe ciò affermato, col debole fondamento del te„ſto dell' *Oſtienſe*, uomo per altro celebre: ma in ciò è certamente il „ teſto depravato.

Baron. ad ann. 968. §. 91. & ſeq.

Sarnelli Cron. l. Archiep. Benev. pag. 59.

8. Bulla ab auctore enunciata, illa ipſa adamuſſim eſt, quam ego ſuperius *cap. 4. n. 38.* exſcripſi. Continet vero, quod Papa *Vitalianus* jurisdictionem ſupra Civitates dirutas *Bovini*, *Aſculi*, *Larini*, *&* *Siponti* Beneventano Antiſtiti contulerat: *Ex quibus*, ita loquitur *Marius Vipera*, *litteris apparet, quod, & ſi Beatiſſimus Barbatus Archiepiſcopi nominis non deſcribitur honore inſignitus, tamen quoad effectum, & jurisdictionem fuit Archiepiſcopali dignitate decoratus, idemque jus Succeſſoribus tributum in prædictis Cathedralibus*. At notat doctiſſimus *Tria* nunc *Archiepiſcopus Tyri* olim *Larinen. Antiſtes*, quod hæc interpretatio *Viperæ a Sarnellia* propugnata omni careat fundamento (verba ipſius ſunt) „ Piuttoſto, che „ il Papa uniſſe tutte le ſudette Chieſe di *Bovino*, *Aſcoli*, *Larino*, *e Siponto* a quella di *Benevento* ugualmente, e principalmente, o ſia all'uſato „ motto de' Giuriſti, *æque principaliter*: poichè, dopo qualche matura con„ſiderazione non ſappiamo figurarci, come vogliono dire queſti due, per „ altro eruditi Croniſti (Vipera, & Sarnelli), che il Papa ſoggettaſſe le „ dette Chieſe a quella di *Benevento quoad effectum*, *& jurisdictionem di* „ *Metropolita*: quando che i Veſcovi di Benevento *pleno jure* hanno eſercitato la loro autorità in eſſe fino al tempo della di loro diſmembrazione, „ lo che non può controverterſi da veruno Scrittore, e ſi oſſerva da medeſimi Regiſtri Beneventani. Optima hæc animadverſio nunc bene procedit juxta *ſtilum hodiernum Romanæ Curiæ*, *quæ Cathedralium uniones adhibet*, ſed in illis temporibus cum variæ deſtitutarum Civitatum Eccleſiæ *Viſitationi* alicujus *proximi Epiſcopi* ſubdebantur, potius dici debet quod Epiſcopus Beneventanus præfatarum fuerit *Viſitator Eccleſiarum*, non autem quod *Beneventanæ* ipſius Eccleſiæ quocumque modo illæ unitæ extiterint vigore prædictæ Bullæ PP. *Vitaliani*.

Sup. cap. 4. §. 3. pag. 85.

Marius Vipera Cron. Epiſcop. & Archiep. Beneventan in Vita S. Barbati pag. 33.

Tria Hiſt. Eccleſ. Larinen. lib. 3. cap. 2. pag. 174.

Sup. cap. 4. §. 2. pag. 74.

9. Quoniam non amplius exiſtit *Bulla*, qua Eccleſiæ Capuanæ Metropoliticum jus conceſſum fuit, nulla alia cauſa excogitari poteſt, propter quam tali donata fuit honore, niſi quod ipſam regeret Principis Civitatis Frater; ſed exiſtit adhuc *Bulla* elevationis Eccleſiæ Beneventanæ ſub datum *ſeptimo Kal. Junii ann. 969.* a *Labeo* relata. ex qua apparet, unicam fuiſſe cauſam, quæ *Joann. XIII.* R. P. induxit ad eamdem Metropolitanam declarandam, quamque hiſce verbis expreſſit: *Et quoniam Sancta Sedes eſt, ubi Beati*

Labbei Conc. tom. XI. col. 939.

Bartho-

Digitized by Google

Bartholomæi *Apoſtoli corpus requieſcit, merito decet augmento cultus amplioris decorare &c.* Ad hoc vero meritum additur illud, quod in ea Epiſcopus præeſſet *Landulphus Regio* Longobardorum ſanguine ortus, ut auctoritate *Camilli Peregrini* ſupra notavimus. Itaque, ut ex his omnibus, rationum momenta, & jura Eccleſiæ Canuſinæ colligamus: indubium plane eſt, quod ipſa decorata jam reperiebatur *S. Sabini* Sanctuario pluribus ſeculis ante, quam *S. Bartholomæi* corpus Beneventuum deveheretur; etiam ante alias Eccleſias ipſa exornata fuit *Epiſcopo Regali progenie* illuſtri qualis, ut vidimus, fuit *Petrus Grimoaldi* Beneventi Principis Levir. Quapropter mirum non eſt, ſi *Gregor. IV.* R. P. eumdem *primum Canuſii Archieiſcopum* dixerit.

10. Illud quoque accedit, quod tunc vigebat canon a *Pelagio II. S. Greg. M.* Prædeceſſore ſtatutus, qui omnino vetabat elevationem Eccleſiarum Metropolitanarum, niſi ſaltem *decem*, *aut* 11. *Epiſcopi* ſuffraganei eiſdem ſubderentur: hujuſmodi ſuffraganeorum numerum facillime tunc Sedes Canuſina habere poterat; quandoquidem multo ab illinc tempore tota *Apulia* ejuſdem erat *Diœceſis*, uti evidentiſſime colligitur ex ſubſcriptione *Concil. Sardicen.*, ibi: *Stercorius ab Apulia de Canuſio*; Nec in eodem Concilio intereſſe potuit *Epiſcop. Baren.* Gervaſius, uti aſſeritur a *Beatillo*, cum eo tempore illa Eccleſia adhuc in Cathedralem erecta non fuerat. Unde optime cl. *Aſſeman.* advertit „ Ughellus in Italia Sacra *Beatillum* exſcribit

Can. ſcitote Cauſ. 6. q. 3.

Mos ſupra cap. 2. §. 3. pag. 17. cum ſeq.

Aſſeman. de reb. Neap. cap. 18. tom. 1. pag. 563.

„ ſine ullo examine.... recenſet primum *Barii* Epiſcopum (*ex Beatilli ſcilicet Catalogo*) *Gervaſium*, quem interfuiſſe ait *Concilio Sardicenſi anno* 347. ſecundum autem *Concordium*, ſubſcriptum Concilio Romano ſub
„ *Hilaro Papa anno* 465., & *tantum* (inquit) *hi duo ſunt obſervati Barenſes Epiſcopi: reliqui deſiderantur*. Melius ſcripſiſſet, *Hic tantum eſt obſervatus Barenſis Epiſcopus*, nimirum *Concordius*, cujus nomen in Concil. *Labbei tom. 4. pag.* 1060...... At vero in *Gervaſii* nomine, & Sede,
„ duplex eſt *Beatilli*, *& Ughellii* error: primo quidem, dum *Gervaſium*
„ vocant, qui in *Concilio Sardicenſi Gerontium* ſe ſubſcribit: deinde, dum
„ eum faciunt *Barenſem* Antiſtitem, qui *Berbœæ in Macedonia* Epiſcopus
„ fuit. Subſcriptiones ejus Concilii, quamquam ſint mendis plenæ, attamen
„ ex adjuncto Provinciarum nomine facile poſſunt emendari. Sic apud *Labbeum tom. 2. p. 658. & 659.* Itali Epiſcopi (poſt *Vincentium* Capuæ, *Calepodium* Neapolis, & *Januarium* Beneventi, Legatos Sanctæ Sedis Apoſtolicæ) *Maximus a Tuſcia, de Luca. Lucius (al. Lucillus) ab Italia, de Verona. Fortunatianus ab Italia, de Aquileja. STERCORIUS AB APULIA, DE CANUSIO. Severus ab Italia, de Ravenna. Urſacius ab Italia de Brixia. Protaſius ab Italia, de Mediolano.* Qui vero aliarum
„ ab Italia Provinciarum Antiſtites ei Concilio ſubſcripſere, Sedi ſuæ præponunt nomina *Hiſpaniarum, Paleſtinæ, Theſſaliæ, Macedoniæ, Daciæ, Thraciæ, Aſiæ, Achajæ, Daciæ Ripenſis, Dardaniæ, Pannoniæ, Arabiæ, Galliæ*. Inter hos ſic ſeipſum ſubſcribit *pag. 659. & 664. Gerontius a Macedonia, de Brebi: al. de Brevi*: rectius tamen ex aliis Codicibus legit
„ *Labbeus* in margine *de Civitate Bere, al. Berœæ*. Ipſum *Macedoniæ* nomen demonſtrat, non de *Bario Apuliæ*, ſed de *Berœa*, ibi ſermonem
„ eſſe. Itaque *Gerontius* iſte, a Beatillo, & Ughello appellatus *Gervaſius*,
„ omnino eſt ex Catalogo Barenſium expungendus. Sublato igitur e medio *Epiſcopo Barenſi*, certo deducitur, tunc temporis ſolum *Epiſcopum Canuſinum*, præterea neminem in tota, qua late patet, *Apulia Epiſcopum* exti-

Digitized by Google

extitiſſe. Quapropter ut memoratus Epiſcopus Canuſinus indicaret, totam Apuliam eſſe ſuam Diœceſim, ita ſubſcripſit *ab Apulia de Canuſio*, cum reliqui Itali Epiſcopi ſubſcripſerint *ab Italia de Ravenna, ab Italia de Brixia &c.* ut ſupra. Qua ſane diverſitate, & differentia minime uſus fuiſſet *Stercorius* Epiſcopus Canuſinus, ſi tantummodo denotare voluiſſet *Nationem Italam*, in qua certe *Apulia* quoque continetur.

11. Ex hoc eruitur, quod cum poſt celebratum *Sardicenſe* Concilium *Aliqui in Apulia erecti fuerint Epiſcopatus*, eidem Canuſinæ Cathedræ non quidem *Metropoliticum jus* (nam Apulia in Romana Provincia ſemper numerata fuit) ſed remanſit *MATRICITATIS* prærogativa ſuper alias Eccleſias filiales, quæ ſubjectionem quamdam Matrici, e qua prodierunt deferebant, juxta *Canon. De iis diſt.* 12. ibi: *Sic enim juſtum eſt, ut inde unuſquiſque ſumat regulas magiſterii, unde honoris conſecrationem accipit, ut juxta majorum decreta, Sedes, quæ unicuique Sacerdotalis dignitatis eſt MATER, ſit Eccleſiaſticæ magiſtra rationis.* Itaque perpetuo obſervata fuit regula illa, ut *MATRICITATIS jus* præſtaretur Eccleſiæ illi, a cujus juriſdictione diſmembrabatur territorii pars, ut alterius novo Prælato tribueretur. Id quod juxta præſentem diſciplinam Canoniſtæ nedum *Parochialibus* Eccleſiis concedunt, ſed quoque *Cathedralibus*, præfatum namque jus impertitum fuit Eccleſiæ *Pennarum* ſupra Eccleſiam *Hadrienſem*, quæ erecta fuit in Cathedralem cum aſſignatione *Territorii a Diœceſi Pennarum diſmembrati*. Sic enim Sagra *Congregatio Conciſtorialis* ſanxit *die* 22. *Septembris* 1699. In qua cauſa celebris eſt *Pitonii IX. Diſceptatio*.

Can. de iis 13. Diſtin. 12

Scarfant, ad Ceccoperii par. 2. lib. 4. tit. 10. pag. 174.

Piton. Diſcept. 9.

12. Atque hinc ortum habuit, quod Epiſcopo Canuſino titulus *Summi Pontificis* tribuebatur, quemadmodum ſupra vidimus appellatos *S. Sabinum*, & *Petrum* ab *Anonymo*. Exinde etiam manavit, quod Epiſcopus Canuſinus ad Civitatem *Tranenſem* jam tunc *Cathedralem* nunc vero *Metropolitanam* ſeſe contulerit, ut in eadem *S. Leucii corpus* collocaret. Quam vero ampla fuerit Diœceſis Canuſina ſatis eſſe putamus, quod ſupra retulimus, nempe quod Epiſcopus *Petrus Polymnianum* uſque perrexerit, ut ibidem ſacra *Viti, & Sociorum* pignora reconderet. Talis igitur, & tam honorificæ conditionis, in qua *IX.* labente *ſeculo* Sedes Canuſina reperiebatur, intuitu, additis etiam novis ejuſdem meritis a *Petro* in ea præſidente Epiſcopo Principe Longobardo provenientibus, permotus Pontifex *Greg. IV.* optimum factu duxit, *Petrum primum Archiepiſcopum*, & *Canuſium Metropolim* declarare. Unde quamvis *Anonym. Salern. Petrum Epiſcopum* tantummodo, minime vero *Archiepiſcopum* appellaverit, nihilominus hoc interpretandum eſt juxta morem illorum ſeculorum, in quibus nomen *Archiepiſcopi* uſitatum tantum erat apud *Græcos*, apud *Latinos* vero præcipue in Regno Neapolitano nec auditum adhuc fuerat: Ita *Iſidorus in Canone Cleros*: *Archiepiſcopus Græco dicitur vocabulo, quod ſit ſummus Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, quam cæteris Epiſcopis. Metropolitani autem a menſura Civitatum vocantur: ſingulis enim Provinciis præeminent, quorum auctoritati, & Doctrinæ cæteri Sacerdotes ſubjecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos agere licet.*

Anonym. ſup. cap. 3. num. 4. & 18. pag. 30. & 34.

Sup. cap. 5. pag. 87.

Sup. cap. 6. pag. 110.

Can. Cleros 1. Diſtin. 21.

13. Jam ſupra abunde demonſtravimus, *Eccleſiam Canuſinam* ſemper ſuſcepiſſe pro virili Eccleſiæ univerſalis defenſionem, quapropter *Epiſcopos ſuos* ad tot Concilia nunquam non ablegavit. Vidimus etiam conſtantiſſimam ſe ſemper exhibuiſſe in tutanda, propugnandaque ſuprema R. P. pote-

ſtate

Digitized by Google

ſtate contra *Græcos* Schiſmate infectos. Hoc ipſum luculentiſſime comprobarunt duo Epiſcopi *Probus* & *Sabinus*. Nunc autem quamvis ſua *viduata Paſtore* jaceat, & *ſuis antiquis Monumentis orbata* reperiatur, attamen paucis iſtorum fragmentis adhuc ſuperſtitibus, Eccleſiam Romanam defendere non deſinit a calumniis, quæ illi impinguntur. Negari certe non poteſt, quod plurimi docti viri omnes eorum conatus, eruditionem, & doctrinam adhibuerint, ut *Romanam* ab eisdem purgarent *Eccleſiam*, atque demonſtrarent nullo politicæ, aut alio ipſa indigno fine adductam, tot *Epiſcopatus* in *Neapolitano Regno*, & præcipue in *Apuliæ* Provincia, ubi multi quidem reperiuntur, erexiſſe. Inter eos autem qui argumentum hoc fuſe ſolideque tractarunt non poſtremum occupat locum *Cardinalis de Luca*, qui plura ſane, nec contemnenda rationum momenta, variaſque in medium attulit conjecturas, quibus Romanæ Eccleſiæ conſilium a calumniatorum obtrectationibus vindicat ac tuetur. Sed ſi quod res eſt fateri volumus incrementum, & numerum Epiſcopatuum in Apulia conſtitutorum omnino tribuere, & referre debemus erectioni Sedis Canuſinæ in *Metropolitanam*, cui ut *Suffraganei* aſſignarentur, Epiſcopatus multiplicandi fuere, & ſuam veterem Diœceſim in tot partes diſſecare, & tot Epiſcopos oportuit inſtituere, quot erant illius Parochi. *Quo circa* idem *Card. de Luca*, ſubdit, *Majori ipſorum parti potius congruere titulum Parochorum, ſeu Plebanorum, uſum Pontificalium habentium quam Epiſcoporum*. Id quod luce clarius apparet ex famigeratiſſima *Joann. Papa XIX*. Bulla, quæ legere eſt in noſtr. Append.

Card. de Luca il Veſc. prattic. cap. 2.

Card. de Luca de Præminent. diſc. 114. n. 6. & 7.

14. Aliam excitarunt quæſtionem parum veritati amantes, num *Canuſina Eccleſia a Romano Pontif. vel a Conſtantinopolitano Patriarcha* in Metropolim fuerit evecta? Quam futilis ſit quæſtio hæc cuique ſtatim patebit, dummodo in memoriam revocet ſuos *Canuſinam Eccleſiam* fuiſſe Metropoliticos honores conſecutam, priuſquam *Saraceni in Apuliam* venirent, & proin multo ante quam *Græci* eadem potirentur, quando nullatenus adhuc in mentem venerat *Conſtantinopolitano Patriachæ* Regnum Longobardicum invadere. Quæ omnia apertiſſime demonſtrant, & evincunt, *Canuſinam Eccleſiam fuiſſe Primam in R. N. cui Rom. Pontifex Metropolitica jura conceſſit*. Argumentum hoc funditus deſtruit, & diſſipat telam a *Petro Giannone* orditam, ut contra ipſam evidentiam, factorumque veritatem, uti aſſolet, probare contenderet, *Archiepiſcopos in Apulia a Conſtantinopolitano Patriarcha fuiſſe conſtitutos*, fabulas, & *Beatilli* commenta in hoc ut in quampluribus aliis, ſequens, & adoptans. Proinde hæc tradit de Canuſina Eccleſia „ La Città di „ *Canoſa* in tempo della ſua floridezza gareggiò con Bari in quanto a *Veſcovi*: ebbe ancor ella ſuoi Veſcovi antichi, e lungo di lor Catalogo ne teſsè „ *Beatillo*, incominciando dall'*anno* 347. fino all'*anno* 800. nel quale egli dice, che *Pietro* Longobardo affine di Grimoaldo Principe di Benevento fu „ eletto Veſcovo di Canoſa, il quale egli crede che foſſe l'ultimo; poichè, „ e' ſoggiunge, che fu poi la ſua *Sede* inalzata *in Metropoli* nell'*anno* 818. „ ond'egli fu l'ultimo Veſcovo, e'l primo *Arciveſcovo di Canoſa*; e non potendo dirſi, che a queſto grado l'aveſſe innalzato il Pontefice Romano, „ poichè verrebbe ad eſſere più antico di quello di *Capua*, quando tutti i noſtri „ più appurati Scrittori, queſto pregio d'antichità lo attribuiſcono a Capua, „ è da credere che dal *Patriarca di Conſtantinopoli, non già dal Romano foſſe* „ *ſtato a queſti tempi il Veſcovo di Canoſa renduto Arciveſcovo*. Che che ne ſia, „ diſtrutta dapoi Canoſa da Saraceni, ſi videro uniti queſti due Arciveſcovadi

Petrus Giannone hiſt. Neap. lib. 8. cap. 5. §. Apulia pag. 526.

„ ſtella

„ nella perſona d'un ſolo, e la Chieſa di *Canoſa* fu unita a quella di *Bari* ; „ ed *Angelario*, che a *Pietro* ſuccedè, fu il primo che nell' *anno* 845. ſi „ chiamaſſe Arciveſcovo inſieme di *Bari*, e di *Canoſa*, ſiccome dapoi „ uſarono tutti i ſuoi Succeſſori. Tolte dapoi queſte Chieſe al Trono Con„ ſtantinopolitano, e reſtituite da' Normanni al Romano, *i Pontefici Ro*„ *mani* laſciandole colla medeſima dignità, cominciarono a diſporre come „ a ſe appartenenti, concedendo all' Arciveſcovo di *Bari l'uſo del Pallio*.

15. Satis certe mirari nequit, quinam audaciſſimus præfatus hiſtoriæ civilis auctor *Beatillum* ſecutus affirmaverit *anno* 818. Canuſium in Metropolim fuiſſe elevatum, deinde a Saracenis devaſtatum, quod contigit multo antequam *Græci* in *Apuliam* veniſſent. Quomodo enim tunc temporis *Conſtantinopolit. Patriarcha* jus in ea habere poterat, cum ipſe derideat *Beatillum* aſſerentem *Epiſcopum Barenſem Metropolitanum factum uſque ab ann.* 530.

Id ead. pag. 526.

„ Quando queſte Provincie eran con vigore governate da *Goti*, nelle quali „ non avea che *impacciarſi* così nel politico, e temporale, come nell' Ec„ cleſiaſtico, e ſpirituale *i Greci* ; eſſendo allora tutte le noſtre Chieſe „ amminiſtrate dal *Pontifice Romano*, nè *l' ambizione de Patriarchi di Con*„ *ſtantinopoli* ſi era in que' tempi diſteſa tanto, ſicchè aveſſe potuto inva„ dere anche queſte noſtre Provincie.

§. II.

Irruptio Saracenorum in Apuliam.

16. Divinum terribile, invaſionis florentiſſimæ noſtræ *Italiæ* a *Saracenis* factæ, flagellum a variis deſcribitur auctoribus, qui in conſtituenda factorum epocha multum deſudant. Sed ego cum ea tantum referre debeam, quæ ad *Eccleſiam* pertinent *Canuſinam*, ideo Lectores obſecro, ut Magiſtros hiſtoriæ adeant, qui argumentum hoc erudite, copioſeque tractarunt, unde in eis ſitim abunde extinguere poterunt, mihique fontes indigitaſſe ſufficiat. Ajo ſolum, quod Diploma Apoſtolicum, quod nomine *Leonis III.* circumfertur *Abbati S. Benedicti Converſani* directum ſub datum *Anno Domini* 815. 7. *Kalendas Decembris*, in quo fit mentio Græcorum, qui Saracenis conductis, *Converſani* Monaſterium deprædarunt, Apocryphum vulgo jure exiſtimatur, quemadmodum, de more allatis clariſſimis rationum momentis, probat *Aſſemanus*, qui probatiſſimorum hiſtoricorum nixus auctoritate confirmat, *Apuliam* primum Saracenos invaſiſſe *ann.* 840. Hi autem ſuum in miſera afflictaque Civitate *Barenſi* domicilium habebant, in eaque per 30. continuos annos commorati ſæpe ſæpius totam deprædabant Italiam, ipſaque *Roma* ab eorum devaſtatione nec immunis fuit, quinimo plurimas horum infidelium deprædationes perpeſſa eſt.

Bull. Rom. edit. de anno 1739. tom. 1. pag. 161.

Aſſeman. de reb. Neap. cap. 18. §. 23. tom. 1. pag. 582.

17. Ut horum malorum, & invaſionum cauſam indagemus, ſeries Principum Beneventanorum nobis repetenda, & proſequenda eſt. In primis igitur ſciendum eſt, quod *ann.* 806. *glorioſiſſimo Grimoaldo* ſucceſſit alter *Grimoaldus*, uti ſupra dictum fuit. Huic autem *ann.* 818. ſuffectus fuit *Sico* Acerentiæ Comes, qui cum bellicoſiſſimus eſſet, vi armiſque ſub ſuam redegit

git poteſtatem *Neapolitanam Rempublicam*, eique tributum ſibi ſolvendum impoſuit. Hoc igitur imperante *Saraceni Africa* egreſſi *Sicilia* potiti ſunt, non *anno* 820. uti ſcribit *Leo Oſtienſ.*, ſed 827., ut *Baronius* refert, vel 828. extremis ſcilicet temporibus Michaelis *Balbi*, ut colligitur, ex *Cedreno*, *Zonara*, & *Curopolata*. *Anno* vero 833. *Sico* debitum naturæ perſolvit, & ſolus Beneventi Princeps remanſit *Sicardus* ejus filius ab eodem dum adhuc viveret Collega in Principatu adſcitus. Inter cæteras crudelitates ab eo exercitas, & admiſſas turpior fuit illa, nimirum *Siconolphum* fratrem ſuum in *Arce Tarentina* vinculis cuſtodiendum mandavit. Sed cito tot ſcelerum pœnas luit, nam inſidiis in ipſum ſtructis *ann.* 839. occiſus fuit, & Princeps electus *Radelchis*. Hic autem cum comperiſſet *Dauferium* demortui Principis *Sicardi* Socerum Beneventanis exoſum eſſe, illum e Civitate pepulit. Unde *Dauferius Nuceriam* profectus conjurationem una cum ſuis filiis in illum ſtruxit, & *Amalphitanis* auxiliantibus perrexit *Tarentum*, ubi è cuſtodiis cum eduxiſſent *Siconulfum Principem Salerni* acclamarunt *ann.* 840. Hæc autem defectio ſummum mœrorem attulit *Radelchi*, qui ampliſſimum amiſit dominium, cujus præcipua Pars *Siconolpho* ſeſe adjunxit, & ab eo defecit. Ideoque *Siconolfus Principis Salerni* nomen, & titulum aſſumpſit. Eapropter ut illatas ſibi injurias ulciſceretur *Radelchis Saracenos* accivit.

Murat. Annal. Ital. tom. 4. *pag.* 543.

Idem pag. 583.

*Erchempert. n.*16. *ap. Pratill. tom.* 1. *pag.* 98.

18. Quæ iſti e *Sicilia* venientes fecerint, narrat ita *Erchemp.* „ His quoque
„ diebus *Pando* quidam *Barim* regebat, qui juſſis obtemperans *Radelgiſi*, *Sa-*
„ *racenorum* phalangas in adjutorium accitas juxta murum Urbis, & ora maris
„ locavit commorandas. Hi autem, ut ſunt natura callidi, & prudentiores
„ aliis in malum, ſubtilius contemplantes munitionem loci, intempeſta no-
„ ctis, *Chriſticolis* quieſcientibus, per abdita *loca Urbis* penetrant, *popu-*
„ *lumque inſontem partim gladiis trucidarunt*, *partim captivos fecerunt*. Su-
„ pradictum vero conditorem gentis, & patriæ variis multiſque ſuppliciis
„ debacchantes, poſtremo, ut vere dignum fuit, marinis ſugillarunt gur-
„ gitibus. Quo comperto *Radelgis*, quia eos Urbe nullatenus evellere qui-
„ bat, cepit tamen quaſi familiares amicos excolere, & ad ſuum adjutorium
„ ſenſim provocare; ac primum *Caſtrum Cananenſe* una cum *Urſo* filio ſuo illis
„ deſtinavit oppugnandum. Conteſtim igitur intimatur hoc *SICONOL-*
„ *FO*, qui ſtatim, mora ſepoſita, *eos debellaturus properavit; atque ſuper*
„ *eos audacter irruens*, *cunctos*, *qui fugere nequiverant*, *armis ſtravit; tan-*
„ *toque victoriæ* potitus eſt trophæo, ut ex innumerabili acie Paganorum
„ pauci elapſi eſſent, qui in Urbem reſiduis caſum pereuntium explicarent.
„ Rex vero eorum *Calfo* nomine ſolus cum dedecore fugiens, equo in itine-
„ re jam feſſo amiſſo, tandem valde laſſus plantis propriis *Urbem* introgreſ-
„ ſus eſt. Interea *Siconolfus* Beneventum crebris præliis graviter affligebat,
„ atque ut dici ſolet, *malo arboris nodo malus infigendus eſt cuneus*, contra
„ *Agarenos Radelgiſi Lybicos*, *Iſmaelitas Hiſpanos* accivit, iiſque invicem
„ inteſtino, & extero alternantibus bello, ultramarina loca captivis noſtræ
„ gentis diverſi ſexus, & ætatis fulciebantur.

19. Ex hac *Erchemperti* narratione eruitur veluti compendium omnium malorum, quæ *Saraceni* importarunt Civitati *Barenſi*, quæ princeps, & Caput fuit eorum dominii, & diuturnius ſub horum Barbarorum Chriſtiani nominis hoſtium infenſiſſimorum jugo perſtitit. Sed etiam exiſtimatur, *Saracenos obſediſſe Canuſium*; cum enim cognoviſſent munitiſſimum in eodem *Caſtrum* extare, omnes eorum machinas primum in ipſum converterunt,

uti colligitur ex illis *Erchemperti* verbis: *Ac primum Caſtrum Cananenſe*, „ Quæ ita in ſuis notis a clariſſimo *Pratillo* interpretantur ſub *num.* 16. „ Legendum fortaſſe *Cavenſe* . . . ſed potius *Cannenſe*, *ſeu CANUSENSE* (*promiſcue porro utramque Urbem ſcriptores uſurpabant*)cum jam *Chronologus*, *Siconolfum* varias *Apuliæ* Urbes occupaſſe, ſuperius meminerit. „ Nec Saracenorum Rex, ſeu *Califus*, tam longum iter conficere fugiens „ poterat e *Cavenſi* Caſtro prope *Salernum Barium* uſque, præſertim „ cum Equo amiſſo, ei pedibus incedendum foret; quod utique facillime „ conſequi poterat e *Cannenſi*, ſive *Canuſino* Caſtro profectus, quod *Bario* 40. *circ. Milliaribus* diſtabat. Immo ea etiam ratione, quoties *Canuſiam Salernitanus Princeps* jam prius occupaſſet, illa recuperata, liberum „ iter *Bario Beneventum* fuiſſe apertum; ſicque vicinitate unius Urbis alteri *profecto ſubſidium præſto fuiſſet* „ Facem præferente eodem *Pratillo* facile intelligitur Saracenos a Principe Beneventano ductos *Canuſinam* arcem obſediſſe *ann.* 840. Sed obſedio ſoluta fuit opera, & virtute *Siconolfi Principis Salerni*: eo enim fine *Petrus Archiepiſcopus Canuſinus*, juxta *Anonymi Salernitani* narrationem, abductis ſecum Theſauris in *Arcem Salernitanam* confugit, ibique novum Principem adduxit, ut *Canuſium* ſeſe conferret, eumque obſidione liberaret.

Anonym. Salern. ſup. pag. 114.

20. Cum vero Saraceni *Bario* egreſſi per totas Italiæ Civitates frequenter excurrerent, eaſque deprædarent, conſilium initum fuit, ut ſubſidium Imperatoris *Ludovici II.* imploraretur. Precibus extemplo annuit Cæſar: proinde cum in *Samnium* veniſſet, comperiſſetque tantorum malorum cauſam promanare ex *Inimicitia*, quæ intercedebat Principes Beneventanum inter, & Salernitanum, qui viciſſim in propriam perniciem Saracenis utebantur; ideo Imperator utrumque conciliavit, & inter eos Principatum partitus eſt. Inſtrumentum *Concordiæ* una cum pactis, & diviſione confinium utriuſque Principatus etiam ab Abbate *Troylo* refertur. Vix pace ſubſcripta eodem *ann.* 851. deceſſit primus Salerni Princeps *Siconolfus*, ſucceſſoremque reliquit parvum ejus filium *Siconem* appellatum, ſub tutela *Petri Gaſtaldi* Longobardi, & non multo poſt etiam ex hac vita migravit *Radelchis* Beneventi Princeps ejus filio *Radelgario* ſucceſſore relicto. Interim novo inito tractatu cum Imperatore de ejiciendis *Saracenis* a Civitate *Barenſi*, in qua domicilium fixerant, deſcendit Cæſar in Italiam *ann.* 853. Qui cum unice diligeret *Petrum Tutorem Siconis*, hunc in Galliam relegavit, & Principem Salerni creavit *Ademarium Petri filium*; interea fato functus eſt *Radelgarius* Beneventi Princeps, eique ſucceſſit *Adelchi* ejus frater.

Troylus hiſt. Neap. cap. 4. *n.* 1. *tom.* 1. *pag.* 282.

21. *Anno* vero 856. Imperator *Ludovicus II.* ac Princeps *Adelchis*, & *Petrus* Principis Salerni genitor, valido ſtipati exercitu, *Barium* obſeſſum venerunt Tribus præliis Saracenos adorti, demum bello ceciderunt, ita ut illi campo potiti, *Francos*, & *Longobardos* in fugam egerint. *Rexque* Saracenorum, uti narrat *Erchempertus*: *Qua de re audaciam ex illo die potiorem ſumens*, *Beneventum ejuſque confinia funditus delevit; ita ut nullus locus*, *præter URBES PRÆCIPUAS*, *illius efferitatem evaderet*. In hac depopulatione crediderim certe minime fuiſſe comprehenſum *Canuſium*; nam *Arcem* habebat, uti vidimus, munitiſſimam, & in illis temporibus formidabilem, unde eum *præcipuis* illis *Civitatibus* merito aggregari debet, quæ a Saracenis neutiquam invaſæ fuere. Sed *anu.* 862. refert *Chronicon Cavenſe*: *Anno* 862. *Saraceni per totam Apuliam*, *& Beneventum excurſus plurimos*, *& occi-*

Erchempert. apud Pratilli n. 29. *tom.* 1. *pag.* 116.

Chronic. Cavenſ. tom. 4. *ap. Pratill. pag.* 395.

occiſiones fecerunt, *Aſculum*, *Minorbinum*, *& CANUSIAS incenderunt*, *& captivatos multos ſecum adduxerunt in Barim*.

22. Quibus de rebus Principes Longobardi una cum Imp. *Ludovico*, conjunctis ſtudiis, ſerio cogitare ceperunt, ut viam rationemque invenirent, qua Saracenos tandem exterminarent, eapropter cum jam Imp. in Italiam deſcendiſſet priuſquam Civitatem *Barenſem* obſiderent, deliberarunt *Arcem Canuſinam* validius communire potenti *Præſidio an.866.*, uti narrat *Erchemp.*: *Tunc*(Ludovicus Imper.) *venit Venuſiam*, *caſtrametatuſque in ea*, *cepitque renovare*; *& BARIM hinc*, *& inde graviter expugnans*, *DEMOLITUS EST*; *POSITOQUE PRÆSIDIO PUGNATORUM IN CANUSIA*, *viciſſim eos cornibus ventilabat*. Obſedio Barenſis *annis* 4. perduravit. Etenim poſt plurima commiſſa prælia, Saraceni ſeſe inimicis dediderunt *ann.* 870. juxta *Pagium* aut *ann.* 871. juxta *Camilli Peregrini* epocham a *Muratorio* in ſuis Annal. amplexam. Igitur remanſit libera Civitas *Barenſis* ſub ditione Principis Beneventani.

Erchempert. n. 33. apud Pratill. tom. 1. pag. 121.

Murat. Annul. d'Ital. ad ann. 851.

23. Sed nihilominus Saraceni qui *Tarento* ſeſe receperunt per totam *Apuliam* excurſiones facere non prætermittebant, maxime poſtquam liber evaſit *Ludovicus* a Benevento, ubi *Captivus* factus fuerat a Principe *Adelchi*, ita ſubdit *Erchemp.*: *Dimiſſo igitur Adelgis Lodovico Cæſare*, *theſaurum omnem retinuit*, *& Saugdan*, *& Annoſum*, *nec non*, *& Abadelbachi*. *Reparatis etenim viribus* Saraceni in Tarento, *quos pene captos reliquerat* Auguſtus, *ceperunt pedetentim*, Barim, & Cannenſe territorium deprædare: *quibus ter occurrit Adelgis in finibus Apuliæ*. *Quibus nihil prævalens*, *invictor ille*, *& intriumphator abſceſſit*. Hanc eandem rem iiſdem exprimit verbis, *Anonymus Salernitanus*: *Receptis Viribus Agareni Tarentum receperunt*, *eoque minime jam metuebant adventum Ludovici*; *audierant enim qualiter confuſe abſceſſerat*. *Ceperunt ergo pedetentim Barim*, *& Canenſem valide deprædarunt*....... Verbum hoc *Deprædarunt* refertur ad *Territorium Canuſinum* ideſt Saraceni excurrebant per *Agros Canuſinos*, eademque ratione intelligi debet *Chronic. Cavenſe* ſupra relatum: *Canuſium incederunt* ſed minime reperitur, quod *Canuſium* a *Saracenis everſum fuerit*: e contra extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod *iidem Barium ſubverterint* tum in acceſſu, tum in mora 30. *annorum*. Demum certum eſt, quod eadem Civitas ſolo omnino æquata fuerit tempore *Obſidionis*, quo per *ann.*4. eam cinxit *Ludovicus juxta Erchem.* allegat: *Barim hinc*, *& inde graviter expugnans demolitus eſt*, *poſitoque præſidio in Canuſia*: Unde immune, & illæſum *Canuſium* perſtitit: *Barium* vero penitus everſum, ac demolitum.

Erchempert. n. 38. apud Pratill. tom. 1. pag. 127.

Anonym. Salern. cap. 131. ap. Pratill. tom. 2. pag. 232.

24. Itaque cum optime inter ſe conveniant citati *Anonym. Salernit.*, & *Erchemperti* textus, clare facti veritas eruitur, quod cum *Radelchis* Beneventi Princeps, *peſſimo ſane conſilio* Saracenos e *Bario* vocaſſet, ut *Arcem Canuſii* iiſdem communiret, id acerbe tulit *Petrus Archiepiſcopus*, qui, & ipſe *Regii Sanguinis* Princeps ejuſdem domus erat. Unde Principem monuit ne *Saracenis* contra *Chriſtianos* uteretur: id enim cenſuris a Sacris *Canonibus* latis, a *Clemente III.* innovatis, vetatum edixit: ſed omnia in caſſum reciderunt. Nam Princeps perſtitit in conſilio jam ſuſcepto, utendi nimirum *Saracenis contra Siconolfum*, qui titulum Salernitani Principis uſurpaverat: Unde *Archiepiſcopus Petrus* decrevit *Salernum* ſeſe conferre, ſecum deferens, & *ſuos*, & *Eccleſiæ Canuſinæ* theſauros, una cum famulis, ibique *novum Principem Siconolfum* adduxit, ut potenti armatus exercitu *Canuſium* pergeret,

Cap. Quod olim 12. de Judæis ex Saracen.

forſan etiam pecuniarum ſubſidiis ab *Archiepiſcopo* adjutus. Ille monitis, & conſiliis *Archiepiſcopi* illico paruit, *Canuſium venit, plenam retulit victoriam, Saracenoſque pepulit.*

25. Poſt hæc non diu vixit *Archiepiſcopus*. Idcirco mirandum certe non eſt, ſi etiam peſſimo exemplo *Siconolfus* Saracenos adhibuerit contra Beneventi Principem. Nam hoc contigit poſt obitum *Petri*, qui, uti ex *Anon. Salern.* colligitur, ad dilectiſſimum ſuum gregem *Canuſinum* haud potuit amplius redire; tantumque eum amavit, ut nunquam ejuſdem curam, & ſollicitudinem linquere voluerit, *recuſata etiam Eccleſia Salernit. ad quam fuerat electus*, ſola contentus adminiſtratione *aliquo tempore*. Quæ dictio a Juriſtis interpretatur pro *brevi tempore*. Id quod etiam conſtat ex hoc, quod, poſt mortem *Petri* Archiepiſcopi Canuſini *quatuor* alii *Epiſcopi Salerni* electi fuerunt, qui breviſſimo vixerunt tempore. Demum electus fuit *Bernardus* illle, qui *Baſilicam a Petro* inceptam perfecit. Hic autem electus fuit imperante *Siconolfo*, qui ſicut *ann.* 851. deceſſit, ita ex hoc deducitur, quod Eccleſia Salernitana per *decem annos* comprehenſa etiam *Petri* adminiſtratione *quinque habuit Epiſcopos*. Unde cum jam conſtituerimus epocham tranſmigrationis *Petri a Canuſio ad Salernum ann.* 840., neceſſario dicendum eſt, quod hic *aliquo tempore Eccleſiam Salernitanam gubernavit, & de hac luce migravit*. *Petri* vero obitum arbitror eveniſſe *ann.* 842. circiter.

Barboſa de Dictionibus dict. 18.

Sup. pag. 114.

CAPUT VIII.

Angelarius Archiepiſcopus Canuſinus.

1. UBI Canuſinis relatum fuit, *Petrum* eorum *Arbiepiſcopum* ſupremum diem objiſſe, incredibile dictu eſt, quantum dolorem mœroremque ex hoc luctuoſiſſimo Nuntio ſuſceperint. Optime enim intelligebant, eorum *Liberatorem* ſibi, ereptum fuiſſe, ſatiſque ejus jacturam deplorare non poterant tum ob innumera ingentiaque jam ab illo accepta, tum ob majora ſperata beneficia. Certa namque ſpe omnes tenebantur ſi diutius vitam produxiſſet omnino eventurum, ut ille *Apuliam a Saracenorum* jugo eximere, & liberare curaret, maxima, quam merito apud omnes habebat, exiſtimatione tum ob *vitæ ſanctitatem*, tum ob *natalium ſplendorem*. Ut vero tantam jacturam aliquo pacto compenſarent, optimum illi Succeſſorem ſufficere ſtuduerunt. Eapropter *Epiſcopum* elegerunt quemdam nomine *Angelarium* virtutibus inter Eccleſiaſticos inſignem. Qui accepta conſecratione, & Pallio a *Greg. IV. R. P.*, una cum inſtructionibus eorum, quæ illis calamitoſiſſimis temporibus gerere debebat, ſtatim ad ſuam Eccleſiam profectus tum cum Principibus Longobardis tum cum Imp. tractare inſtitit, ut tandem una convenirent ad Saracenos expellendos, quemadmodum revera factum fuit, & ſupra nos ipſi narravimus. Sed ſicut hujus *Archiepiſcopi* tempori *Eccleſiæ Canuſinæ Deſtitutio* perperam tribuitur ob aſſertam illius Translationem ad Eccleſiam Epiſcopalem Barenſem: idcirco oportet hic referre, quæ tradit *Beatillus*, & poſtea ab eo exſcripſit *Ughellus*, ut, ſine ullo prorſus fundamento, utrumque hac de re ſcripſiſſe, clariſſime omnibus innoteſcat.

2. Ange-

2. „ *Angelario* fu fatto Arciveſcovo della Chieſa *Canoſina*, *e Bareſe* ver- *Beatill. in Catalogo Archiep. Barenſ. poſt Vitam S. Sab. pag. 158.*
„ ſo gli *anni del Signore ottocento quarantacinque*, nel qual tempo era Ponte-
„ fice Romano *Sergio Secondo*, e ſtava *la Città di Bari in potere de Sarace-*
„ *ni*. Queſto Angelario, vedendo già *deſtrutta Canoſa*, e il ſuo titolo *Ar-*
„ *civeſcovale unito* con quello della Chieſa di *Bari*, che, *permettendolo i Sa-*
„ *raceni ſtava nel ſuo decoro*, traſportò in queſta Città da Canoſa i ſacri Cor-
„ pi di *S. Sabino*, *S. Memore*, *e S. Rufina*, Veſcovi Canoſini. Ed avendo
„ degnamente eſercitata la ſua dignità 23. *anni*, paſsò da queſta vita nell'
„ 868. *a dieci di Maggio*, *tre Meſi*, *e poco più* dopo *l' uſcita de' Saracini da*
„ *Bari*, hæc *Beatillus*, ita proſequitur *Ughellus*.

3. „ *Angelarius* vir ſanctimonia clarus, ac rerum geſtarum æterna me- *Ughell de Archiep. Barenſ. tom. 7. col. 593.*
„ moria dignus, jam antea per *annos decem Canuſinæ Eccleſiæ Archiepiſco-*
„ *pus* in demortui *Sebaſtiani* locum, omnium votis, *Barenſi* Eccleſiæ præfici-
„ tur *anno* 845. retentoque ex Romani Pontificis auctoritate, & *Canuſinæ* Se-
„ dis titulo, *Barenſis*, *&* *Canuſinus Archipræſul* dictus fuit, qui deinceps
„ ex perpetua utrarumque Eccleſiarum *Unione* in Succeſſores tranſiit, uſque
„ in hodiernum diem. *Diruta* tunc erat ex Saracenorum incurſione *Canuſina*
„ *Civitas*, ac *præter Cathedralem*, Sanctorumque Epiſcoporum *Sabini*,
„ *Rufini*, *&* *Memoris* pretioſa corpora, omnia ruderibus, & ſquallore ob-
„ ruta jacebant, viſum fuit *Angelario utriuſque Eccleſiæ Archiepiſcopo*, in
„ decentiorem locum Sanctorum Lipſana *transferre*. Attulit igitur e *Canu-*
„ *ſio Barium* ſacra pignora, & ſub Confeſſione Cathedralis collocavit; *Sa-*
„ *binum* vero in Civitatis *Divum tutelarem* adſcrivit. Hujus translationis
„ meminit vetus *MSS. Liber* Archivii *Barenſis* Eccleſiæ: *Sedit B. Sabinus*
„ *in Canuſina Eccleſia annis quinquaginta duobus*, *cujus corpus ubi requievit*
„ *uſque ad tempora Petri Archiepiſcopi primi*, *&* *Angelarius ejus Succeſſor*
„ *deſtructo Canuſio*, *attulit Barium corpus B. Sabini*, *necnon corpora San-*
„ *ctorum Patrum Memoris*, *&* *Rufini Præſulum Sedis Canuſinæ*.

§. I.

Angelarius Archiepiſcopus Canuſinus fuit Commendatarius Eccleſiæ Suffraganeæ Barenſis.

4. OMnes docti unanimiter conveniunt, nullam penitus rationem faciendam eſſe aſſertionis *Beatilli*, qui Patriæ favendi gratia ſcripſit, & *Ughelli*, qui illum in hoc ſequi voluit. Etenim eorumdem narratio nedum *hiſtoriæ* repugnat, ſed omni ſpecie veri plane deſtituitur, ita ut nec pueri ipſi eam credere poſſint. Jam ſupra demonſtravimus, quod Civilis Neapolitanæ hiſtoriæ auctor *Beatillum* derideat, eo quod erectionem Archiepiſcopatus Barenſis *ann* 530. conſignaverit. *Sup. pag. 120.* Nec revera ab illo tempore eadem Eccleſia hujuſmodi conſecuta fuit honorem: nam poſtremus Epiſcoporum Barenſium *Sebaſtianus*, qui exiſtimatur mortalitatem exuiſſe *ann.* 845., reperitur ſubſcriptus in Concil. Rom. habito *ann.* 826. cum his verbis: *SEBASTIANO EPISCOPO BURENSE*. *Labbei Conc. tom. 9. col. 1118.* Nec certe, quod ſolum titulo, & nomine *Epiſcopi* ſubſcriptus reperiatur exinde argui poteſt, *Epiſcopum* tan-

tum-

Sup. pag. 115. tummodo fuiſſe, quippe jam ſupra pluribus evicimus, etiam *Patriarchas*, & *Archiepiſcopos* tantum *Epiſcopi* nomine plerumque fuiſſe donatos. Sed *Epiſcopum* ſolummodo fuiſſe apertiſſime liquet ex eo, quod legitur ſubſcriptus poſt 46. *Epiſcopos*, qui jam ſubſcripſerant poſt Ravennæ *Archiepiſcopum*, qui unicus Archiepiſcopus illi Synodo interfuit.

Sup. pag. 92. 5. Nemo ſane intelligere poteſt, quinam *Angelarius* potuerit removere ab Eccleſia Canuſina Sanctorum *Corpora*, quæ illis temporibus, uti vidimus, ſummo ſtudio ſervabantur, eademque *Barium* tranſvehere. Nec hoc tanto ſilentio efficere poterat, ut neminem lateret. Nam, uti ſupra demonſtra-
Sup. pag. 101. vimus ſacrum *S. Sabini* pignus in *Camera ſubtus Altare* defoſſum erat ex quo extrahi nequibat, ſine multorum labore, & conſequenter ſine ſtrepitu. Præterquam quod, quis umquam induci poterit ad credendum, ut ſarta tecta Eccleſia Canuſina, *Angelarius* voluerit ab ea auferre præfatum Corpus & *Barium* aſportare, qua in Civitate domicilium fixerant *Saraceni*, & in qua cuncta admittebant ſcelera, & flagitia. Supra oſtenſum eſt, quod hi barba-
Sup. pag. 90. ri *Tranum* introducti ſacra *Leucii Oſſa* inde furata Comiti Beneventi vendiderunt. Unde tanto magis eadem circa *S. Sabini Corpus* perpetraſſent, ſi eo potiti fuiſſent; nam majorem vim auri, atque argenti ex eo divendito, omni proculdubio comparaſſent ob plurima, quæ patrabat miracula, eo vel magis quod *Primarium eorum patronum* eumdem agnoſcebant, & venerabantur *Principes Beneventani*. Et expreſſio Beatilli, quod *La Chieſa di Bari, che permettendolo i Saraceni, ſtava nel ſuo decoro* tam ridicula eſt, ut cachinnos potius mereatur, quam reſponſionem.

6. Sane plurimi, iique doctiſſimi Scriptores in eo egregiam operam locarunt ſuam, ut ex libris antiquis expiſcarent, & inde ſtatuerent epocham, & modum *Canuſinæ deſtructionis*, quæ ſicut in dubium non revocatur, quin *VI. labente ſeculo* acciderit, ita communiter falſum reputatur, quod poſtea contigerit, & præcipue quod opera *Saracenorum* evenerit. Nam id neutiquam apud hiſtoricos invenitur, quemadmodum teſtantur artis criticæ peritiores *Bollan.*, & *Aſſeman.* Bollandus ipſe ſibi quæſtionem proponit: *Priuſ-*
Bollan. in Vita S. Sabini tom. 2. menſ. Febru. pag. 321. *quam de S. Sabini Translatione agamus, de tempore everſi Canuſii quærendum*: Et poſtquam ordine Chronologico diſponit, & figit epocham omnium malorum a Saracenis importatorum a *num.* 67. uſque ad 75. ita concludit: *Nihil attinet innumera alia mala, quæ citati ſæpius commemorant auctores, recenſere. Canuſium, quod adhuc anno 866. ſtetiſſe diximus, & 829 everti a Saracenis non potuiſſe, qui nondum Apuliam invaſerant, quando demum everſum ſit, bis ne Seodani Tyranni, & Joannis VIII. Papæ temporibus: & hoſtili ferro, an furtuito incendio perierit; an ipſorum incolarum manibus disjectum ſit, ut alibi firmius oppidum ædificaretur*, *NUSQUAM ADHUC LEGI &c.*

7. Doctiſſimus vero *Aſſemanus* cum hoc in argumento peculiari ſtudio, & labore inſudaſſet, pronuntiat nullam ſe reperiſſe mentionem Canuſinæ de-
Aſſeman. de Reb. Neap. cap. 18. n. 22. tom. 1. pag. 580. ſtructionis, & poſt varia allegata Monumenta, & Doctorum auctoritates a *Bollando* allatas, ita concludit „ *At certe Canuſium* ante *an.* 866. nondum fue-
„ rat *dirutum*: nam eo *an.* dicitur *Ludovicus II. Auguſtus præſidium militum*
„ *in Canuſia* poſuiſſe, *Erchemperto* teſte *num.* 33., & *Barim hinc*, & *inde*
„ *graviter expugnans, demolitus eſt; poſitoque præſidio pugnatorum in Ca-*
„ *nuſia, viciſſim eos* (Saracenos Barii degentes) *cornibus ventilabat*. Igitur
„ quum conſtet aſſignata a nobis Saracenicæ in Apuliam incurſionis ad *an-*
num

Digitized by Google

„ *num* 840. epocha, quumque uſque ad *annum* 866. *Canuſium ſletiſſe certum* „ *ſit*, videtur cjus *everſio* paulo poſt *annum* 872. contigiſſe: eo nimirum tem- „ pore, quo dimiſſus ab *Adelgiſo Seodanus*, *Tarentum* abiit, ibique Rex „ factus, totam *Apuliam* vaſtavit. *Erchempertus num.* 38. *Dimiſſo igitur* „ *Adelgis Lodovico Cæſare* (*anno* 871. *vel* 872.) *theſaurum omnem retinuit*, „ *&* *Saugdan* (Seodanum) *&* *Annoſum*, *necnon &* *Abadelbachi*. *Repa-* „ *ratis etenim viribus Saraceni in Tarento*, *quos pene captos reliquerat Augu-* „ *ſtus*, *ceperunt pedetentim Barim*, *&* *Cannenſe territorium deprædari*: „ *quibus ter occurrit Adelgis in finibus Apuliæ*. *Quibus nihil prævalens*, *in-* „ *victor ille*, *& in triumphator* (ideſt, victus) *abſceſſit* „ Sufficit ſolum nobis corum auctoritas ut comprobemus minime inveniri, quod *Canuſium a SARACENIS dirutum* everſumque fuerit.

8. Quod autem conjiciatur prætenſam deſtructionem ſecutam forſan fuiſſe inter *ann.* 871. & 875. id quidem omni caret probabilitate. Nam ſupra abunde demonſtravimus, quod hæc ſecunda *Irruptio* Saracenorum *Tarento* egreſſorum nihil aliud fuit, quam *Campaniæ Cannarum*, *ſive Canuſii* deprædatio, cum minime Civitas ab iisdem obſeſſa fuerit. Omne enim impetum illi fecerunt circa *Beneventum*, ut liberarent *Saugdan* eorum Regem, qui in eadem Civitate captivus detinebatur, ſicuti revera factum fuit. Immo ex eo quod narrat *Joann. PP. VIII.* in ſua ad Imp. *Carolum Calvum epiſtola* potius deducitur, *Canuſium* minime deſtructum fuiſſe, quin imo in eo, quo erat florido ſtatu remanſiſſe, cum ita legatur in cadem epiſtola a *Baronio* relata. *Chriſtianorum ſanguis effunditur devotus Deo populus continua ſtrage vaſtatur*. *Nam qui evadit ignem vel gladium*, *præda efficitur*, *captivus trahitur*, *& exul perpetuus conſtituitur*: *En Civitates*, *caſtra*, *villæ deſtitutæ habitatoribus perierunt*. *Et* Epiſcopi *hac illacque diſperſi*, ſola illis Apoſtolorum Principis Limina derelicta ſunt in refugium, *cum Epiſcopia eorum in ferarum ſint redacta cubilia*: *&* *ipſis vagis*, *& ſine tectis inventis*, non jam eis liceat *prædicare*, *ſed mendicare*. Si igitur *Epiſcopi* Civitatum a Saracenis dirutarum *Romam* confugerunt in hoſpitio S. Petri panem emendicaturi, & ſi *Archiepiſcopus Canuſii Angelarius prædicare*, ideſt munia Paſtoralia in ſua Diœceſi, & Provincia exercere perrexit, ut a Grege ſibi credito lupos arceret, videtur plane quod neceſſario ſequatur, *Canuſium nullatenus fuiſſe everſum*.

Sup. cap. 7. *n.* 113. *pag.* 113.

Baron. ad ann. 876. §. 31.

9. Ut vero facta hæc ab æmulis confuſe narrata bono in lumine collocentur, ſtatuamus oportet epocham temporis, in quo Archiepiſcopus *Angelarius* aſſumpſit regimen Eccleſiæ *Barenſis*, tamquam ejusdem Commendatarius. In Inſtrumento prætenſæ Inventionis Corporis *S. Sabini*, quod legitur in noſtro *App.* Archidiaconus Barii ita ſe exprimit: *Ab illo etenim tempore*, *quo ſupradicta fuerunt oſſa uſque ad hoc ibi ſuppoſita*, *invenimus ducentos*, *& quaſi quadragiuta præteriiſſe annos*, *numerantes diligenter*, *ut valuimus Epiſcoporum annos qui huic noſtræ præfuerunt Eccleſiæ*. Hoc autem Inſtrumentum ſtipulatum dicitur *an.* 1091., ex his ſi *ſubducantur* 240. circit. *anni*, remanent *an.* 851., aut 852. unde ex hac ſupputatione juxta Archidiaconi mentem eruitur, quod Archiepiſcopus *Angelarius an.* circiter 852. *Barenſis* Eccleſiæ regimen aſſumpſerit. *Ughellus*, qui nos condocet, *Angelarium decem annos* ſolam *Canuſinam* gubernaſſe *Eccleſiam*, & *ann.* 23. *Canuſinam*, & *Barenſem* ſimul rexiſſe, etiam nos adducit ut credamus, *Angelarium* vitam produxiſſe uſque ad *ann.* 875. ita ut idem *Apuliam* viderit penitus a Saracenis liberam.

Infra in Appendic. n. 3.

10. Sup-

Digitized by Google

10. Suppoſito itaque, quod *Angelarius* regimen Eccleſiæ Barenſis aſſumpſerit *ann.* circiter 852., quo tempore Romanam regebat Eccleſiam Magnus Pontifex *S. Leo IV.*, qui ſicut optime noverat, plurimas Eccleſias a ſuis Epiſcopis eſſe derelictas, eo quod eorum Civitates a Saracenis fuerant ſubverſæ, ita opus fuit, ut proximus aliquis deputaretur *Epiſcopus*, qui curam derelictarum Eccleſiarum ſuſciperet; ſed cum experientia ipſa didiciſſet, quod multo ante Eccleſiis derelictis proximi *Epiſcopi Viſitatores* deputabantur, uti ſupra vidimus; & contra hi progreſſu temporis prætendebant, quod illæ Eccleſiæ perpetuo ipſis attributæ, & aſſignatæ eſſent, & non jam ut *ſoli Viſitatores*, ſed ut *Epiſcopi* in iiſdem ſeſe gererent, id quod detrimentum non leve Populis inferebat, quippe qui eorum Civitatibus reædificatis Epiſcopum requirebant, ut in ipſis reſideret, & contendere cum Viſitatoribus debebant, ut id obtinerent; præter damna quæ ex hoc proveniebant in Eccleſiaſticam diſciplinam, quæ *ſpiritualem Poligamiam* ſemper abominata eſt, ideſt quod *Epiſcopus* jam *uni Eccleſiæ* deſponſus alias *Eccleſias* ſponſas haberet: omnibus his adductus Pontifex perpetua lata lege hæc prohibuit, ſimul, atque ſanxit: QUI PLURES ECCLESIAS RETINET; UNAM QUIDEM TITULATAM, ALIAM VERO SUB COMMENDATIONE RETINERE DEBET. Hac lege adſignata fuit *Angelario* Archiepiſcopo Canuſino Eccleſia ſuffraganea *Baren.* quam in *Commendam* retinuit, & nunquam *Canuſinæ* unitam, ita ut titulus ipſius principalis fuit *Archiepiſcopus Canuſinus*, ſicut, & ipſi *Barenſes* etiam in litis fervore *Tumulo S. Sabini* appoſuerunt: *ANGELARIUS ARCHIPRÆSUL CANUSII attulit huc corpus S. Sabini a Canuſio, quod fuit occultum in hoc Templo uſque ad tempus ELIÆ Archiepiſcopi Barinorum, & Canuſinorum, a quo fuit inventum, & hic honorifice collocatum menſe Februarii Ind. XV. hoc eſt anno 1092.*

Can. qui plures 3. 21. quæſt. 1.

Aſſeman. de Reb. Neap. l. cap. 18. §. 33. tom. 1. pag. 595.

11. Si igitur *Angelarius* ſemper *Archiepiſcopatum Canuſinum habuit in titulum*; certo inde conſequitur, quod *Eccleſiam Barenſem in Commendam* ſolum retinuerit juxta adductum *Leonis IV.* Canonem, qui eamdem Eccleſiam illi contulit. Unde falſiſſima omnino eſt *Unio Eccleſiarum Canuſinæ, & Barenſis* tantopere decantata, cum certa ſit regula apud Canoniſtas, *Commendam* eſſe temporariam, & non perpetuam, ſicuti revera in *Angelario* fuit. Nam ipſe Eccleſiam Barenſem adminiſtrandam tamquam Commendatarius ſuſcepit eo tempore, quo *Barenſes* duro *Saracenorum* jugo oppreſſi ad *novi Epiſcopi electionem devenire nequiverant*. Unde opus fuit ſecuta *Sebaſtiani* morte, ut *Angelarius Metropolitanus* vacantem Eccleſiam in Commendam aſſumeret, ſicque ea commoda, & emolumenta procuraret, quæ longe maxima ex omnimoda Saracenorum expulſione, & extirpatione redundare omnino debebant. Ipſi enim poſtquam 30. *ann.* *Barium* diverſati eſſent, quamquam ab Imp. *Ludovico II.* ejecti, tamen hoſtiles incurſiones facere non omiſerunt, uti ſupra dictum fuit. Penitus vero expulſi fuere *an.* 875. minime vero 868., quemadmodum perperam contendit *Beatillus*. Atque ita ab his hoſtibus libera Civitas, & *Apulia* circa idem tempus poſtquam 23. *an.* & aliquot menſes Eccleſiam Barenſem gubernavit meritis onuſtus *Angelarius* deceſſit. juxta etiam id quod aſſeritur *a Beatillo*: *a dieci di Maggio tre meſi, e poco più dopo l' uſcita de Saraceni da Bari*.

Gloſſ. in cit. Can. Qui plures.

Supra num. 2. pag. 125.

§. II.

§. II.

Jacobus Archiepiſcopus Canuſinus, & Dominicus eodem tempore Epiſcopus Barenſis.

12. ANgelario ſucceſſit *Jacobus*, uti teſtatur *Beatillus*: *Giacomo Succeſſor di Angelorio viſſe nello ſteſſo Arciveſcovato circa 19. anni, e mori nell'888.*; eadem plane habet *Ugbellus*. Quantum hic Archiepiſcopus vixerit, ex his quæ *§. ſequenti* diſcutiemus patebit. Illud extra omnem dubitationis aleam eſt, quod ipſe nihil præter *Metropoliticum jus* habuit *in Eccleſiam Barenſem*: nam ejectis Saracenis ſtatim Clerus coactus quemdam elegerit in Epiſcopum, cui nomen *DOMINICUS*, hic autem quoto tempore ad Eccleſiæ Barenſis gubernacula aſſiderit, plane non liquet, etenim nec *Beatillus* nec *Ugbellus* hujus Epiſcopi notitiam habuerunt. Certum tamen eſt, quod legitur ipſum interfuiſſe *Concil. Ravennatenſi ſub Joann. PP. VIII.* habito quod ſubſcripſit cum aliis Epiſcopis, uti videre eſt apud Labbei. *Beatillus in Cathalog. Archiep. Baren. poſt Vit. S. Sab. pag. 158.*

Epiſtola CONCILII RAVENNENSIS Epiſcoporum LII. qua præſente JOANNE PP. VIII. . . . . . Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione decima, nos Epiſcopi Ravennæ in nomine Domini . . . . Subſcriptiones: *Labbei Conc. tom. XI. col. 305.*

Joannes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummus Pontifex, & univerſalis Papa ſubſcripſi.
Anſpertus Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Joannes Ravennenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Petrus Patriarcha S. Gradenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.
Adelardus S. Veronenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.
Wibododus Parmenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.
Leo miſſus, & apocriſiarius S. Romanæ Eccleſiæ ſubſcripſi.
Leodoinus Mutinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Gauginus Voloterrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Petrus Elibertinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Galtericus Velitrenenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Zenobius Feſulanus ſubſcripſi.
Olchiſus Pictorienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Gerardus Lucenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
DOMINICUS BARIENSIS EPISCOPUS ſubſcripſi.

13. Ex his ipſis ſubſcriptionibus evidentius apparet, quod non ſolum *Eccleſia Baren.* tunc temporis nondum fuerat *Metropolitica* dignitate donata, quandoquidem, uti demonſtravimus, Dominicus ejus Urbis Epiſcopus poſt reliquos relatos Epiſcopos ſubſcripſit, ſed etiam ex illis eruitur, quod eodem plane tempore, quo *Angelario* ſucceſſit *Jacobus* in *Cathedra Canuſina*, *Eccleſiam Baren.* adminiſtrabat proprius ejus Epiſcopus, qui erat mox laudatus *Dominicus*. Id quod apertiſſime indicat & evincit, falſum omnino eſſe quod aſſerere non dubitarunt nonnulli, nempe in uno *Angelario Canuſinam*,

& *Ba-*

& *Baren. Eccleſias fuiſſe unitas ;* hi enim videntes, quod eo tempore, quo Barenſes in ſummis verſabantur anguſtiis nunc a Saracenis divexati, nunc a Græcis Schiſmaticis oppreſſi, & in ſervitutem redacti, S. Sedes Archiepiſcopo Canuſino utpote Metropolitano mandaverat, ut afflictis ac pæne proſtratis ejusdem Eccleſiæ rebus provideret atque conſuleret ; ſimulque ii ipſi nihil penitus diſtinguentes inter Commendam, & Unionem perperam exiſtimarunt, Eccleſiam Baren. Archiepiſcopatui Canuſino fuiſſe unitam.

§. III.

Joannes Archiepiſcopus Canuſinus, & Brunduſinæ Eccleſiæ Commendatarius.

Beatill. Catalog. Archie. Barenſ. pag. 159. poſt Vita S. Sabini.

Ughell. de Archiep. Brunduſin. Additor ad eumd. tom. 9. col. 29.

14. AD Archiepiſcopales *Canuſinas* Infulas de *anno* 882. evectus eſt *Joann.* is non ſecus ac ſuus immediatus Anteceſſor, nihil ſe penitus miſcuit in *Baren.* Eccleſiæ regimine. Nam tunc temporis hæc regebatur ab *Ermenno*, aut *Rodoaldo*, ut communiter ab auctoribus, qui hæc tractarunt, memoriæ proditum reperitur. Verum cum, ut ſupra demonſtratum fuit, in maxima deſolatione jaceret *Eccleſia Brunduſina*, eaque propterea *Theodoro Epiſcopo Uritano* commendata fuiſſet, poſtquam is e vivis exceſſit, *in Commendam tradita fuit Joanni Canuſii Archiepiſcopo*. Qui *ann.* 902. cum Brunduſium ſeſe conferret, pertranſiens *Converſanum*, cujus Epiſcopalis Sedes tunc vacabat, *quæque Metropolitanæ Canuſinæ erat ſuffraganea*, conceſſit inſigni Monaſterio S. Benedicti illud celeberrimum Privilegium ſequenti diplomate, quod ut authenticum a doctiſſimo *Aſſemano* approbatur.

Apud Aſſemo de Reb. Neapol. tom. 1. cap. 18. n. 29. pag. 590.

15. „ *Regnante in perpetuum D. N. Jeſu Chriſto*, Anno *nongenteſimo*
„ *ſecundo*, *Menſe Julio*, *Quinta Indictione*. *Ego Joannes gratia Dei Ar-*
„ *chiepiſcopus Sedis Canuſinæ*, *& Brunduſinæ Eccleſiæ*, *decimo anno Præſu-*
„ *latus mei*, per hoc libellum conceſſionis atque libertationis, una cum
„ conſenſu, & voluntate Petri Archipresbyteri, & Madelmi Archidiaconi
„ noſtri, cunctorumque Sacerdotum, vel Clericorum noſtrorum, & te-
„ ſtium ſubſcriptorum conceſſi, ſeuque *liberavi tibi Bonifacio Abbati* &
„ Monaſterio *Sancti Benedicti de Civitate Cuperſano &c. Concedit Eccleſiam*,
„ *quam idem Abbas ipſum Archiepiſcopum rogaverat*, *ut dedicaret in hono-*
„ *rem Deiparæ Virginis*, *& S. Michaelis Archangeli*, *& omnium Sancto-*
„ *rum*, *ſitam in loco Caſtellano pertinente ad prædictum Monaſterium ; eam-*
„ *que Eccleſiam declarat liberam*, *& immunem*, *in eam videlicet rationem*,
„ ut amodo, & deinceps perpetuis temporibus ipſe Abbas Bonifacius, ejuſ-
„ que hæredes, imo Succeſſores, licentiam habeant in eadem Eccleſia or-
„ dinare Presbyteros, Clericos, vel Monachos, undecumque habere poſ-
„ ſint, quomodo, & qualiter voluerint, ſine ipſius *Archiepiſcopi Joannis*,
„ *ſuorumque Succeſſorum* contradictione vel requiſitione: & qualiſcumque
„ oblatio intraverit, tam ſtabilis, quam mobilis, poteſtatem habeat tam
„ ipſe *Bonifacius Abbas*, quam ejus Succeſſores, atque hæredes, vel ordi-
„ nati in ea Rectores, exinde omnia facere, & diſpenſare ſecundum ſuam

voun-

Digitized by Google

„ voluntatem: habeatque licentiam, in ea ſignum ſonare, & omnem ho-
„ ram facere, ſicut convenit Eccleſiæ Sanctæ, & non habeat licentiam ipſe
„ Præſul, ſuique Succeſſores, Presbyteros ipſos, vel Clericos, aut Mona-
„ chos, quos ibi Abbas ordinaverit, exinde removere, aut exordinare,
„ ſed nec Eccleſiam ipſam contraire vel aliquam ibi excommunicationem
„ dirigere: ſub pæna quinquaginta ſolidorum Conſtantinopolitanorum. *De-
„ ſinit*. Quod tibi Romoaldo Subdiacono, & Notario taliter ſcrivere com-
„ miſimus. *Actum in Civitate prædicta Kuperſano, Menſe, & Indictione
„ ſupradicta*.

16. Cumque hujuſmodi Diploma affert datum *anno* 902., & decimo Præ-ſulatus anno currente, liquido conſtat, *Jacobum Archiepiſcopum Canuſinum* deceſſiſſe de *anno* 882., & eidem ſuffectum *Joannem*. Unde male a *Beatillo* aſſignatur ætas *Jacobi* uſque *ad ann.* 888. ut ſub *num.* 12. retulimus; Nec mirum videri debet, quod in eodem Diplomate *Joannes* ſe inſcripſerit *Archiepiſcopus Canuſinus, & Brunduſinus*. Hoc enim tribui omnino debet illorum barbarorum temporum abuſui. Eo magis, quod tunc Eccleſia Brunduſina nondum Archiepiſcopatus honore donata fuerat, quippe quæ nonniſi *ann.* 1060. uti apud *Ugbellum* videre eſt, Metropolitica jura conſecuta fuit. Ita ut cum poſtea eadem Eccleſia denuo *Epiſcopo Uritano* commendata fuerit, abuſus invaluit, ut is *Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus* appellaretur: uti apparet ex Brevi *de an.* 1545. *ap. Ugbell.* ibi: *Paulus PP. III. Exponi nobis nuper fecit Ven. Frater Franciſcus Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus quod licet Eccleſia Brunduſina Metropolitana exiſtat*. Ex quo factum fuit, ut plurimæ orirentur controverſiæ, *ex hoc* enim *tituli Archiepiſcopi* utriuſque Eccleſiæ tributi confuſione, anſam arripuerunt *Uritani* prætendendi eorum Eccleſiam eſſe *Archiepiſcopalem*; Unde, ut e medio tolleret haſce perniciosas, & ſcandoloſas lites, *Papa Gregorius XIV*. conſilium cepit diſmembrandi haſce duas Eccleſias, & *Brunduſinam* quidem Archiepiſcopalem declaravit, *Uritanam* vero Epiſcopalem Metropoliticæ *Tarentini Archiepiſcopi* juriſdictioni ſubjecit. Bulla, quæ hæc omnia continet, apud *Ugbellum* proſtat.

Ugbell. de Archiepiſ. Brunduſin. tom. 9. col. 41.

Ugbell. de Epiſ. Orit. tom. 9. col. 164.

17. Sed ad noſtram Metropolitanam ſermonem convertentes modo, memoratus *Ugbellus*, ut afferta *Beatilli* confirmet, Nobis exhibet ſequentium ejuſdem Archiepiſcoporum nomina:

Ugbellus & Beatillus Chatal. Archiep. Baren. pag. 159. & ſeq.

GUITPARDUS	ALSARISIUS
RODERICUS	PETRUS
JOANNES	

18. Verum cum nullam aliorum notitiam proferat, præter *Andreæ*, & *Sylveſtri* Principum præpotentia intruſorum, atque a *Guitpardo* pulſorum, qui fuit canonice conſecratus; idcirco valde dubito, quin de more Chronologiam *Archiepiſcoporum Canuſinorum cum Barenſibus Epiſcopis* confuderit. Unde cum nulla de iiſdem certa monumenta ſuppetant, quæ in medium ponam; conſultius factu duxi de ipſis nihil aliud addere; & interim gradum facere ad alterius *Archiepiſcopi* vitam texendam, exhibendamque, de quo certa aliqua proſtant monumenta, quæ lucem iterum aſpicere, & a Nobis afferre omnino merentur.

& *Baren. Eccleſias fuiſſe unitas*; hi enim videntes, quod eo tempore, quo Barenſes in ſummis verſabantur anguſtiis nunc a Saracenis divexati, nunc a Græcis Schiſmaticis oppreſſi, & in ſervitutem redacti, S. Sedes Archiepiſcopo Canuſino utpote Metropolitano mandaverat, ut afflictis ac pæne proſtratis ejusdem Eccleſiæ rebus provideret atque conſuleret; ſimulque ii ipſi nihil penitus diſtinguentes inter Commendam, & Unionem perperam exiſtimarunt, Eccleſiam Baren. Archiepiſcopatui Canuſino fuiſſe unitam.

§. III.

Joannes Archiepiſcopus Canuſinus, & Brunduſinæ Eccleſiæ Commendatarius.

14. AD Archiepiſcopales *Canuſinas* Inſulas de *anno* 882. evectus eſt *Joannes* is non ſecus ac ſuus immediatus Anteceſſor, nihil ſe penitus miſcuit in *Baren.* Eccleſiæ regimine. Nam tunc temporis hæc regebatur ab *Ermenno*, aut *Rodoaldo*, ut communiter ab auctoribus, qui hæc tractarunt, memoriæ proditum reperitur. Verum cum, ut ſupra demonſtratum fuit, in maxima deſolatione jaceret *Eccleſia Brunduſina*, eaque propterea *Theodoro Epiſcopo Uritano* commendata fuiſſet, poſtquam is e vivis exceſſit, *in Commendam tradita fuit Joanni Canuſii Archiepiſcopo*. Qui *ann.* 902. cum Brunduſium ſeſe conferret, pertranſiens *Converſanum*, cujus Epiſcopalis Sedes tunc vacabat, *quæque Metropolitanæ Canuſinæ erat ſuffraganea*, conceſſit inſigni Monaſterio S. Benedicti illud celeberrimum Privilegium ſequenti diplomate, quod ut authenticum a doctiſſimo *Aſſemano* approbatur.

Beatill. Catalog. Archie. Barenſ. pag. 159. poſt Vita S. Sabini.

Ughell. de Archiep. Brunduſin. Additor ad eumd. tom. 9. col. 29.

15. „ *Regnante in perpetuum D. N. Jeſu Chriſto*, Anno *nongenteſimo* „ *ſecundo*, *Menſe Julio*, *Quinta Indictione*. *Ego Joannes gratia Dei Archiepiſcopus Sedis Canuſinæ*, *& Brunduſinæ Eccleſiæ*, *decimo anno Præſulatus mei*, per hoc libellum conceſſionis atque libertationis, una cum „ conſenſu, & voluntate Petri Archipresbyteri, & Madelmi Archidiaconi „ noſtri, cunctorumque Sacerdotum, vel Clericorum noſtrorum, & teſtium ſubſcriptorum conceſſi, ſeuque *liberavi tibi Bonifacio Abbati* & „ Monaſterio *Sancti Benedicti de Civitate Cuperſano &c. Concedit Eccleſiam*, „ *quam idem Abbas ipſum Archiepiſcopum rogaverat*, *ut dedicaret in honorem Deiparæ Virginis*, *& S. Michaelis Archangeli*, *& omnium Sanctorum*, *ſitam in loco Caſtellano pertinente ad prædictum Monaſterium*; *eamque Eccleſiam declarat liberam*, *& immunem*, *in eam videlicet rationem*, „ ut amodo, & deinceps perpetuis temporibus ipſe Abbas Bonifacius, ejuſque hæredes, imo Succeſſores, licentiam habeant in eadem Eccleſia ordinare Presbyteros, Clericos, vel Monachos, undecumque habere poſſint, quomodo, & qualiter voluerint, ſine ipſius *Archiepiſcopi Joannis*, „ *ſuorumque Succeſſorum* contradictione vel requiſitione: & qualiſcumque „ oblatio intraverit, tam ſtabilis, quam mobilis, poteſtatem habeat tam „ ipſe *Bonifacius Abbas*, quam ejus Succeſſores, atque hæredes, vel ordinati in ea Rectores, exinde omnia facere, & diſpenſare ſecundum ſuam

Apud Aſſem. de Reb. Neapol. tom. 1. cap. 18. n. 29. pag. 590.

voun-

„ voluntatem: habeatque licentiam, in ea ſignum ſonare, & omnem horam facere, ſicut convenit Eccleſiæ Sanctæ, & non habeat licentiam ipſe Præſul, ſuique Succeſſores, Presbyteros ipſos, vel Clericos, aut Monachos, quos ibi Abbas ordinaverit, exinde removere, aut exordinare, ſed nec Eccleſiam ipſam contraire vel aliquam ibi excommunicationem dirigere: ſub pœna quinquaginta ſolidorum Conſtantinopolitanorum. *Deſinit*. Quod tibi Romoaldo Subdiacono, & Notario taliter ſcrivere commiſimus. *Actum in Civitate prædicta Kuperſano, Menſe, & Indictione ſupradicta*.

16. Cumque hujuſmodi Diploma affert datum *anno* 902., & decimo Præſulatus anno currente, liquido conſtat, *Jacobum Archiepiſcopum Canuſinum* deceſſiſſe de *anno* 882., & eidem ſuffectum *Joannem*. Unde male a *Beatillo* aſſignatur ætas *Jacobi* uſque *ad ann*. 888. ut ſub *num*. 12. retulimus; Nec mirum videri debet, quod in eodem Diplomate *Joannes* ſe inſcripſerit *Archiepiſcopus Canuſinus, & Brunduſinus*. Hoc enim tribui omnino debet illorum barbarorum temporum abuſui. Eo magis, quod tunc Eccleſia Brunduſina nondum Archiepiſcopatus honore donata fuerat, quippe quæ nonniſi *ann*. 1060. uti apud *Ugbellum* videre eſt, Metropolitica jura conſecuta fuit. Ita ut cum poſtea eadem Eccleſia denuo *Epiſcopo Uritano* commendata fuerit, abuſus invaluit, ut is *Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus* appellaretur: uti apparet ex Brevi *de an*. 1545. ap. *Ugbell*. ibi: *Paulus PP. III. Exponi nobis nuper fecit Ven. Frater Franciſcus Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus quod licet Eccleſia Brunduſina Metropolitana exiſtat*. Ex quo factum fuit, ut plurimæ orirentur controverſiæ, *ex hoc* enim *tituli Archiepiſcopi* utriuſque Eccleſiæ tributi confuſione, anſam arripuerunt *Uritani* prætendendi eorum Eccleſiam eſſe *Archiepiſcopalem*; Unde, ut e medio tolleret haſce pernicioſas, & ſcandoloſas lites, *Papa Gregorius XIV*. conſilium cepit diſmembrandi haſce duas Eccleſias, & *Brunduſinam* quidem Archiepiſcopalem declaravit, *Uritanam* vero Epiſcopalem Metropoliticæ *Tarentini Archiepiſcopi* juriſdictioni ſubjecit. Bulla, quæ hæc omnia continet, apud *Ugbellum* proſtat.

Ugbell. de Archiepiſ. Brunduſin. tom. 9. col. 41.

Ugbell. de Epiſ. Oritan. tom. 9. col. 164.

17. Sed ad noſtram Metropolitanam ſermonem convertentes modo, memoratus *Ugbellus*, ut aſſerta *Beatilli* confirmet, Nobis exhibet ſequentium ejuſdem Archiepiſcoporum nomina:

Ughellus & Beatillus Chatal. Archiep. Baren. pag. 159. & ſeq.

GUITPARDUS
RODERICUS
JOANNES
ALSARISIUS
PETRUS

18. Verum cum nullam aliorum notitiam proferat, præter *Andreæ*, & *Sylveſtri* Principum præpotentia intruſorum, atque a *Guitpardo* pulſorum, qui fuit canonice conſecratus; idcirco valde dubito, quin de more Chronologiam *Archiepiſcoporum Canuſinorum cum Barenſibus Epiſcopis* confuderit. Unde cum nulla de iiſdem certa monumenta ſuppetant, quæ in medium ponam; conſultius factu duxi de ipſis nihil aliud addere; & interim gradum facere ad alterius *Archiepiſcopi* vitam texendam, exhibendamque, de quo certa aliqua proſtant monumenta, quæ lucem iterum aſpiciere, & a Nobis afferre omnino merentur.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Joannes II. aut III. Archiepiſcopus Canuſinus Commendatarius Epiſcopalis Eccleſiæ Barenſis.

Ignotus Baron. apud Pratill. tom. 4. pag. 316.

1. QUOD in *Petri* locum indubie ſuffectus ſit *Joannes*, eique Eccleſia *Barenſis* fuerit *Commendata*, *Ignotus Barenſis* teſtatur ſubjectis hiſce verbis: *DCCCCLII. Ind. X. obiit Petrus Epiſcopus, & electus eſt JOANNES.* Joannes igitur vix novæ dignitatis poſſeſſionem adeptus fuit, ac ſtatim illud emanavit *Diploma*, quo legitur *Eccleſiæ Juvenacen.* conceſſiſſe, atque inſimul in ea ſubſtituiſſe Suffraganeum, ut illius Clericos ordinaret, utpote *Metropolitanæ Canuſinæ ſubditos*, uti clarius, & longius habetur ex eodem Diplomate, quod ex *Ugbellio* hic exſcripſimus.

Ugbell. de Epiſcop. Juvenaten. tom. 7. col. 728.

2. „ *In Nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.* Qua-
„ drageſimo anno Imperii Domini Conſtantini, ſimulque cum eo Regnan-
„ te D. Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus Sereniſſimis Imperatori-
„ bus noſtris, *menſe Januario, XI. Indictione. En ego Joannes Dei gratia*
„ *Archiepiſcopus primo anno Præſulatus mei S. Sedis Canuſinæ, & Bariſi-*
„ *næ Eccleſiæ* una cum Joannis Archipresbyteri, ſimulque Siphandi Imperia-
„ lis Spatha Judex, & Advocatore noſtri Epiſcopatui facto. Tibi *Pandoni*
„ Clerico filio Cinnami Imperialis Spatha quondam, & Judex Civitate Ju-
„ venaciæ abſolutionem, ſeu libertatem Eccleſiæ *B. Felicis* Confeſſoris, ſi-
„ mulque Pontificis quæſita per prædeceſſorem tuum eſſe videtur in eodem
„ loco erga ipſo muro de prædicta Civitate ab univerſo jure Sacerdotum,
„ tam tibi ipſam abſolvimus ſeu liberamus, quam & hæredum veſtrorum,
„ ut perhennis temporibus veſtra permaneat poteſtate, quam, & conce-
„ dimus tibi *Pandoni* Clerico, ut poteſtatem habeatis in prædictam Eccle-
„ ſiam tam tu qui ſupra, quam filii filiorum tuorum Baptiſmum facere,
„ quam, & ordinare ibidem Presbyteros, vel Diaconos, ſeu cunctos Or-
„ dines Eccleſiaſticorum ad regimen præfatæ Eccleſiæ ſine mea qui ſupra
„ *Joannis Archiepiſcopi* contrarietate, quam & poteſtatem concedimus
„ vobis, ſeu cui per vos datam paruerit ad regendam ipſa prædictam Ec-
„ cleſiam, ſonare Campanam, ſeu pulſo; De Succeſſoribus vero noſtro-
„ rumque ipſam Sedem *Sanctam Canuſinam* fuerint ordinati, ut ſit abſoluta
„ in eadem Eccleſia ab eorum juribus, de ipſa quidem oſtenſione, in quem
„ ibidem dederitis, ut nullus Epiſcopus, vel Sacerdos poteſtatem exinde
„ habeat ſubtrahere ſe, veſtra quidem permaneat poteſtas, veſtriſque hæ-
„ redum, quia vos quidem petiſtis ipſam prædictam Eccleſiam libertate,
„ & dixiſtis ibidem de rebus veſtra dare.... *Et deſinit:* tibi *Leoni* Subdiacono,
„ ſimulque, & Notario ſcribere commiſimus in Civitate Bari menſe, & In-
„ dictione ſupra nominatis.

Ugbell. de Archiep. Barenſ. tom. 7. col. 603.

3. Præterea de eodem Archiepiſcopo Joanne hæc addit *Continuator Ugbellii* „ Hic digniſſimus Archipræſul Apoſtolica vere conſtantia reſtitit *PO-*
„ *LYEUCTO* Cpolitano Patriarchæ, qui in gratiam Byzantini Auguſti
„ *Nicephori Phocæ*, diſtricte præceperat omnibus *Apuliæ*, & *Calabriæ* Græ-
„ co

Digitized by Google

,, co Imperio ſubjectarum Epiſcopis, ut non amplius deinceps in *AZIMIS*
,, *LATINO RITU, SED IN FERMENTATO PANE* ſacrificarent;
,, & licet nonnulli Epiſcopi minis perterriti jam trepidarent, adeo *ipſe forti-*
,, *ter ſe geſſit verbo, & exemplo, ut ne vix unus in hujuſmodi enormitatem*
,, *erroris defluxerit.*

§. I.

Ob Calamitates a Græcis Bario importatas Joannes Archiepiſcopus Canuſinus Commendatarius Eccleſiæ Baren. *deputatur.*

4. EXcuſſo duriſſimo Saracenorum jugo *Barenſes* in eam ſpem venerant, ut ſub Beneventani Principis ditione conſtituti, a tantis, quibus hactenus oppreſſi fuerant, malis aliquantulum demum reſpirarent, & tranquilla pace gauderent. Sed brevi eorum ſpes evanuit, nam cum vidiſſent *Saracenos* iterum *Tarento* egreſſos *Apuliam* invaſiſſe, agros depopulaſſe, vi armiſque Beneventi Principem adegiſſe, ut eorum Regem in libertatem reſtitueret, veritos ne iterum ſub formidabili Saracenorum poteſtatem venirent, peſſimo ſane conſilio, illam ceperunt deliberationem ab *Erchemperto* narratam: *Hoc audientes qui Bari reſidebant, Gregorium Bajulum Imperialem Græcorum, qui tunc in Odronto degebat, cum multis exercitibns adſciverunt, & Barim introduxerunt ob Saracenorum metum. Qui ſtatim apprehenſum Ganſt, illiusque Primores Conſtantinopolim miſit, ut quibus jurejurando fidem dederat.* Hoc factum a *Lupo* narratur his verbis: *Anno 875.: Intrarunt Græci Barum Menſe Decembr. die Natalis Domini, feria 3.* & *Gregorius Stratigo, qui & Bajulus dicebatur.* Verum *Peregiuius* recte reſtituit *anno 876.* quo *anno Natalis Chriſti in feriam 3.* incidit. Manſerunt Saraceni in *Tarentina* Urbe uſque ad *ann.* 880. nam hoc anno (Lupo teſte) *exierunt Agareni de Tarento.*

Erchempert. n. 38. apud Pratill. tom. 1. pag. 128.

Lupo Protoſpat. apud Pratill. tom. 4. pag. 18.

5. Græci tamen non tam cito Barium pacifice poſſederunt; quandoquidem *Ajo* Beneventi Princeps ab eadem Civitate viriliter illos ejecit. Idem *Lupus anno* 884: *Indictione II. ſurrexit Alo Princeps menſe Octobris*: in quæ verba adnotat *Pratillus*, quo *Alo* idem fuerit ac *Ajo* Beneventi Princeps. Quo defuncto acceptas injurias *Græci* vindicarunt invadendo illius Principatum, dum gubernabatur ab *Urſo* ejusdem filio non amplius quam *ſeptem annis* nato. Verum cum ad inſtitutum meum minime conducat tot prælia, tam in *Apulia*, quam in tota *Italia* commiſſa deſcribere, nec etiam ad idem pertineat perturbationes occaſione electionis *Imp.*, & *Italiæ Regis* ortas recenſere, nec item commemorare Saracenorum invaſiones, & detrimenta ipſi *Romæ* illata, de quibus omnibus videri poteſt *Muratorius*: Idcirco contentus ero ſolummodo hic afferre compendium calamitatum *Bario* importatarum a *Marino Freccia* ſic expreſſum.

Pratillus loc. cit. tom. 4. pag. 18.

Murat Annal. Ital. ad ann. 891. & ſeq.

6. ,, Barium *anno* 868. *Indictione I. ſub 1. die Februarii*, contra *Ludovi-*
,, *cum* Francorum Regem, magnum impendit exercitum, eodemque an-
,, no a *Græcis* habitari cepta eſt, ſub *Gregorio Stratico Bajulo*. *Et an-*

Freccia de Subfeud. lib. 1. edit. de anno 1575. num. 5. pag. 58.

no

,, *no* 884. *Indictione I.* Alo creatus eſt Princeps, & ſub *anno* 86. inter Græcos,
,, & Trapegios magna fuit clades, & ſub *anno* 900. mortuo *Alo*, frater ei
,, ſucceſſit *Urſus*, & 946. *Indictione* 4. *Menſe Decembri*, inter Cives homi-
,, cidia. Et ſub *anno* 966. *Indictione* 14. *Marancius*, & *Theſulus* Magni
,, *Duces Bari* combuſti fuerunt. Et *Nitiforus* Urbem ingreſſus eſt, & 969. *Indi-*
,, *ctione XII. Otho Rex* hanc Urbem obſedit, nil profecit. Et *anno* 982. *In-*
,, *dictione IX.* venit in manus *Calochiri* patricii dicti, *Delphino* a Sergio, &
,, Theophilato fratribus. Et 987. *Indictione XV.* 15. *Februarii* a Civibus Ba-
,, renſibus, *Sergius* Protoſpatarius occiſus eſt. Et ſub *anno* 988. *Indictione I.*
,, *Sarraceni* deprædati Caſalia *Bari*, homines, & mulieres omnes Siciliam
,, deduxere captivos. Et 998. *Indict. XI.* Menſe *Octob. Smaragdas* vi per por-
,, tam Orientalem ingreſſus eſt *Barim*, & cognitis inſidiis receſſit. Et anno
,, Domini 1003. 2. *Maij*, *Sophaucus* apoſtata ſex menſibus obſedit eam;
,, & auxilio *Petri* dicti bonæ memoriæ liberata eſt. Et 1016. *Siphea* Catapa-
,, nus, capta *Apulia*, *Bari* obiit. Et *anno* 1013. *undecimo Aprilis* obſeſſa
,, *Bari* a *Baſilio* Catapano, & habita ea pacifice, *facta eſt Sedes magnorum*
,, *virorum Græcorum*. Et 1021. *Indictione IV.*, *Melus* Dux *Apuliæ* Urbem
,, Barim ingreſſus eſt, equitans ſupra Aſinam *decimo quinto Junii*. Et 1041.
,, menſe *Novembris*, *Michael* Protoſpatarius a Sicilia adveniens in Apuliam
,, *Barim* ingreſſus eſt, *& juſſit omnes cives furca ſuſpendi*, in muro dicto *Bi-*
,, *tontino*, *decimo ſeptimo Martii*. Et 1042., moriente *Michaele* Imperatore
,, Conſtantinopolitano, *Argirus* creatus eſt Princeps Bari, & Dux Italiæ.
,, Et 1071. *Indictione VIII.*, *Robertus Normannus*, obſeſſa Bari, juſſit fie-
,, ri pontem in mari, quo clauderet Portum Barenſem. Habuit hæc Civitas
,, *Argivorum*, *Græcorum*, *& Normannorum mutationes diverſas*, & nun-
,, quam fere in eodem ſtatu perſtitit ſpatio temporum: & refert quidam
,, antiquus *Scriptor Annalium Regni*, eo anno, quo Barim a Mirrea; Ba-
,, renſes quidam *corpus Sanctiſſimi Nicolai Confeſſoris*, & *Epiſcopi* tranſtu-
,, lerint, *Anno Domini* 1087. *Indictione X.*, *Barim Urbem caput fuiſſe om-*
,, *nium Civitatum Apuliæ*, quod ego verum eſſe mihi perſuadeo.

7. Negari certe non poteſt, quod præfatus auctor, *Lupi Protoſpatæ*, & aliorum auctorum ferrei illius ſeculi ſecutus ſit Chronologiam, quam hujus ſeculi illuminatiſſimi doctores aliter diſpoſuerunt, & ſummopere enuclearunt. Nihilotamenſecius magnam meretur auctoritatem, & jure a *Toppio* hiſce commendatur verbis: *Che fù Marino Frezza, Cavaliere, e Dottore accuratiſſimo Napolitano, Regio Conſigliere*. Graviſſimus igitur hic Scriptor probat, & teſtatur, in maximas calamitates incidiſſe *Barium, dum a Græcis dominaretur*, dum vero a *Normannis*, evaſiſſe *Caput*, & Principem *Apuliæ*, ratione tamen *ſtatus Civilis*, ſed ratione ſtatus Eccleſiaſtici hæc ſubdit: *BARIUM, PRÆCLARA EST METROPOLIS S. SAVINI CANUSINI Epiſcopi DEDUCTA, utrinſque TENET DIGNITATEM*. Unde apparet *Barium* Metropolim Eccleſiaſticam fuiſſe reputatam ob reſidentiam *Archiepiſcopi Canuſini*, qui in ea commoratus fuit luctuoſis illis temporibus, in quibus Eccleſiam illam in Commendam habebat.

Toppi Biblioth. Neap. par. 1. pag. 208.

Id. Frezza loc. cit.

8. Illud vero hic peculiari dignum obſervatione occurrit, quod etſi *Petrus Giannone* fateatur, per hæc verba; *SCRITTOR GRAVE FRA NOI MARINO FRECCIA*, nihilominus neglecta, & poſtpoſita ipſius auctoritate, proprio marte, conſcripſerit, & aſſerere non erubuerit, *Barium* nempe *Metropolim*, tam in *ſpiritualibus*, quam in *temporalibus Græcorum* bene-

Giannone hiſtor. Civil. lib. 1. cap. 4. §. 4. tom. 1. pag. 24.

beneficio, & privilegio, fuiſſe conſtitutam „ La principal Sede del Magi-
,, ſtrato Greco, donde era amminiſtrata non men la Puglia, che la Cala-
,, bria, la veggiamo ora collocata in *Bari*; quindi dagli Scrittori fu chiamata
,, Capo di tutte le Città della Puglia. e ch'ella teneva il *primato* in queſta
,, Provincia. Il ſuo *Veſcovo* perciò eſtolſe il capo ſopra tutti gli altri Veſ-
,, covi della Puglia; s'aggiunſero i favori de' *Patriarchi di Conſtantinopoli*,
,, *i quali avendoſelo appropriato, e ſottopoſto al Trono Conſtantinopolitano*, di
,, molti privilegj, e prerogative lo ricolmarono. Ma ſopra ogni altro ſi eſtol-
,, ſe per lo trasferimento quivi fatto delle miracoloſe oſſa del Santo *Veſ-*
,, *covo di Mira Nicolò*; le quali fin dalla Licia, navigando alcuni Bareſi per
,, Levante, e ritornando da Antiochia per Mare, dando a terra nelle Ma-
,, remme di Licia, venne lor fatto d'involar di colà il ſacro Depoſito, e
,, nell'*anno* 1087. traſportarlo in *Bari*. Così *Bari* gareggiando or con *Bene-*
,, *vento*, e con *Salerno*, ſe coſtoro pregiavanſi de'corpi di due Santi Apo-
,, ſtoli, ella ſi vanta di quello di *S. Nicolà*; e con tanta maggior ragione,
,, quanto che coloro ne conſervano l'oſſa aride, ed aſciutte, ma Bari le ha
,, tutte grondanti di prezioſo liquore; di che ne abbiamo un'illuſtre teſtimo-
,, nianza, quanto è quella dell' Imperadore *Emanuel Comneno*, il quale in
,, una ſua *Novella* lo teſtifica. Ebbe la Chieſa di Bari ſuoi Veſcovi antichi:
,, aſſi memoria di *Gervaſio*, che nell' *anno* 347. intervenne nel Concilio di
,, *Sardica*: di *Concordio*, che ſi ſottoſcriſſe nel Concilio Romano ſotto il
,, Pontefice *Ilario* nell'*anno* 465., e di altri che non erano, che ſemplici Veſ-
,, covi. Antonio *Beatillo* nella ſua *Iſtoria di Bari* vuole, che ſin dall'*an-*
,, *no* 530. nel Pontificato di *Felice IV.* da *Eugenio Patriarca di Conſtantino-*
,, *poli* foſſe ſtato *Pietro* Veſcovo di Bari inalzato al titolo, ed autorità di *Ar-*
,, *civeſcovo*, e di *Metropolitano* eſſendo manifeſto dalle greche Bolle, che ſi
,, conſervano ancora nel Duomo di Bari, che i Patriarchi di Conſtantinopo-
,, li confermavano gli Eletti, e ne ſpedivano le Bolle: ma ſiccome è vero
,, che *Bari* quando era ſottopoſta al *Greco Imperio*, fu ancora attribuita al
,, Trono Conſtantinopolitano, leggendoſi in *Balſamone* nell' eſpoſizione,
,, ch'egli fa de'Veſcovadi a quel Patriarcato ſoggetti, fra gli altri, quello
,, di *Bari* al *numero XXXI.* quello di *Trani* al *numero XLIV.* l'altro di
,, *Otranto* al *LXVI.* e gli altri di Calabria al *XXXVIII.* nulladimanco ciò
,, non deve riportarſi a tempi cotanto indietro, e remoti infino all'*anno* 530.
,, quando queſte Provincie con vigore erano governate da *Goti*, e nelle qua-
,, li non avean che *impacciarſi* così nel politico, e temporale, come nell'Ec-
,, cleſiaſtico, e ſpirituale *i Greci*; eſſendo allora tutte le noſtre Chieſe am-
,, miniſtrate dal *Pontefice Romano*, nè l'ambizione de' Patriarchi di Coſtan-
,, tinopoli s'era in quei tempi diſteſa tanto, ſicchè aveſſe potuto invadere
,, anche queſte noſtre Provincie, ſiccome ſi vide dapoi ne' tempi di *Lione*
,, *Iſaurico*, e più, ſotto gli Imperadori *Lione*, *Armeno*, *e Lione il Filoſo-*
,, *fo*, che ſi portano per Autori della diſpoſizione delle Chieſe ſottopoſte al
,, Trono di Coſtantinopoli; ond'è da credere, che i *Veſcovi di Bari* deco-
,, rati prima ſecondo il ſolito faſto de'Greci col titolo di *Arciveſcovi*, ſi foſ-
,, ſero dapoi renduti Metropolitani da Patriarchi di Coſtantinopoli, con at-
,, tribuir loro *dodici Veſcovi* ſuffraganei, molto dapoi, che *Reggio*, *S. Se-*
,, *verina*, ed *Otranto* furono ſottopoſti al Trono Coſtantinopolitano, quan-
,, do vindicata *Bari da Longobardi, e da Saraceni*, pervenne finalmente
,, ſotto la *dominazione de'Greci*.

Idem Giannon. l. 8 cap. ultimo 1. Puglia pag. 525. tom. 1.

9. Verum

9. Verum quidquid novarum hujuſcemodi doctrinarum Auctor, ſive verius Conſarcinator effutiat, jam pridem ſatis ſuperque doctiſſimi viri ſuis ſapientiſſimis reſponſionibus os illius obſtruxerunt, & veritatem tot nebulis obductam ſuo ſplendori reſtituerunt: Inter quos recentiſſime incomparabilis *Aſſemanus* evidentiſſime demonſtrat, allegatum *Catalogum* Eccleſiarum a Romano Apoſtolico Throno avulſarum a *Balſamone* conſtructum falſiſſimum omnino eſſe, ajens „ Multa hic falſa: Primo falſum eſt, eam expoſitionem, quæ „ per *Gentianum Hervetum* inter opera Canonica *Theodori Balſamonis anno* 1620. *pag.* 1095. prodiit ab ipſo *Balſamone* fuiſſe evulgatam. Falſum „ quoque eſt, id factum a *Balſamone*, imperante *Andronico Palæologo ſeniore*. Ea expoſitio ſic inſcribitur loc. cit. *Expoſitio eorum, qui ſubſunt „ Throno Patriarchali Reginæ Civitatum edita regnante Imperatore Domino „ Andronico Palæologo ſene*. Atqui *Andronicus* iſte ab *anno* 1282. ad 1327. „ imperavit; *Theodorus* autem *Balſamon anno* 1200. Antiochenus Græcorum „ Patriarcha erat; imo, ſi Caveo *tom.* 1. *hiſt. liter. pag.* 477. credimus, vi- „ xit uſque ad *annum* 1203. quo capta eſt a Latinis Conſtantinopolis. Non „ igitur ea expoſitio (uti aſſerit *Jannonius*) a Balſamone edita, neque Bal- „ ſamon Imperante *Andronico Palæologo* Seniore vivebat. Falſum eſt „ etiam, quod idem *Jannonius* aſſerit, in laudata Andronici Expoſitione, „ *num.* 31. *Barium*, Apuliæ Urbem, recenſeri, & *num.* 44. *Tranum*, Jan- „ nonius ſi oculos in mente, ſicut in fronte habuiſſet, vidiſſet utique, non „ *Barium* ibi, aut *Tranum*, ſed *Berrhæom*, & *Trajanopolim*, inter ſubje- „ ctas Throno Conſtantinopolitano Sedes numerari. Nihil autem commu- „ ne habet *Berrhæa Macedoniæ*, & *Trajanopolis Thraciæ*, *cum Bario*, & „ *Trano Apuliæ*....

Aſſeman. de reb. Neap. & Sic. cap. 10. §. 4. tom. 3. pag. 537.

10. Etſi ita ſentiant docti viri, tamen alii non tanta eruditione, & ſapientia præditi aliter exiſtimant, & ſic in hanc diſputationem ingredientes, loquuntur. Certum eſt *Eccleſiam Canuſinam* minime reperiri deſcriptam in aſſerto *Balſamonis* catalogo, nec item in illo *Nili Doxapatrii* inſcripto *Notitia de quinque Thronis Patriarchalibus*, nec prætere a in aliis Catalogis ab *Aſſemano* relatis. Eapropter nullo modo intelligere poſſunt, quinam Eccleſia Canuſina ſuo deſtitui, & orbari Paſtore potuiſſet, aut fieri potuerit, ut tanto temporis intervallo, quo ipſe *Barium* commoratum perrexit, ibique Eccleſiam ipſam *Barenſem* adminiſtravit, & rexit, quando hæc a *Conſtantinopolitano* Patriarcha in Archiepiſcopalem evecta fuerit. Oportet igitur, ut aſſeratur, quod *Eccleſia Barenſis* nunquam ad eam ſervitutem devenerit, & redacta ſit, ut Sciſmaticis pareret, & ſubjiceretur. Immo conſtanter tenendum eſt *Barenſes* ſemper dicto audientes fuiſſe *Romanis Pontificibus*, qui ad violentias Græcorum evitandas, *Archiepiſcopum Canuſinum deputarunt Adminiſtratorem Eccleſiæ Baren.*, qui propterea *Bario* ſuum collocans domicilium, qua in Urbe Græcorum *Statigo* Aula erat, & poſtea etiam ſubſtitit *Catapanus* Imp. Conſtantinopolitani Miniſter *Statigo* ſubſtitutus, facilius blandis modis antevertere, & obviam ire poterat cuicumque detrimento, ac præjudicio, quod Catholicæ Eccleſiæ inferri, & importari contingeret. Eo vel magis, quod prædicto *Canuſino Archiepiſcopo* fere omnes *Apuliæ Peucetiæ Epiſcopi*, utpote ipſius *ſuffraganei* ſubdebantur, proindeque *Bario* commorans facilius etiam eos in officio continere poterat, & efficere, ut a debita *Romani Pontificis* obedientia minime recederent. Luculentiſſimum hujus rei etiamnum extat exemplum, quod in §. *ſeq.* referam.

Aſſeman. ibid. cap. 9.

§. II.

§ II.

Joannis Canuſini Archiepiſcopi in rejiciendo Conſtantinopolitani Patriarchæ de Græci Ritus in Apuliam introductione edicto conſtantia

11. INeunte *VIII. ſeculo* (cum antea apud nos inauditum fuerit, *Patriarcham Conſtantinopolitanum* id juris ſibi tribuere, & arrogare, ſive verius nimia temeritate præſumere, ut *Eccleſias Epiſcopales in Archiepiſcopales* eveheret) tunc primum accidit, quod *Sergius Neapolis Antiſtes* electus, ut refert *Joan. Diac.* his verbis: *Hic dum a Græcorum Pontifice* (hoc eſt Patriarcha Conſtantinopolitano) *Archiepiſcopatum nanciſceretur; ab Antiſtite Romano* (Gregorio II. alii volunt III.) *correptus, veniam impetravit*: hunc in modum Byzantini Patriarchæ tunc retuſa fuit audacia. At nihilominus ambitionis ſpiritu illius ſucceſſores abrepti, & ſemper præcipites acti ab hujuſmodi jure ſibi vindicando neutiquam deſtitere, quamvis eorum nefarii conatus irriti prorſus ceſſerint tum in *Sergio*, tum in aliis Præſulibus, qui ſemper ſe nominavere *Epiſcopos Neapolitanos*, donec illa Eccleſia in *Metropolim* a Romano Pontifice *poſt medium decimum ſeculum* (*quo anno incertum*) erecta fuit. Hiſce tamen non attentis *Patriarcha* perrexit ſua prætenſa jura in illam Eccleſiam propugnare, hinc non mirum ſi in aſſerto *Catalogo Nili Doxopatrii Eccleſia Neapolitana n. IX.* deſcripta legitur, uti animadvertit magnus hujus ſeculi literarum ſplendor *Canonicus Mazochius*, nunquam ſine exquiſitarum laudum præfatione, nominandus.

Joann. Diac. ap. Murat. tom. 1. rer. Italic. par. 2. de Sergio Epiſcop. Neap. XXXVII.

Mazoch. Differt. de Cath. Eccleſ. Neap. vicibus par. 2. c. 2. §. 4. pag. 114.

12. Nullum porro aliud ſupereſt exemplum circa eadem Patriarchæ Conſtantinopolitani prætenſa jura ſupra Eccleſias Apuliæ a Græcis ſubactæ, quam ſeculo decimo, poſtquam electus fuit Imperator *Nicephorus Phoca ann. 963.*, & a *P. Polyeucto* coronatus; hic enim crudelitatem ſuam exercere voluit in S. R. E. præſertim ipſum *Polyeuctum* compellendo, ut edictum illud emanaret a *Luitprando Cremonenſi Antiſtite* in altera ſua *Legatione* memoratum:
„ *Nicephorus*, inquit, *cum omnibus Eccleſiis homo ſit impius, livore quo in vos*
„ *abundat, Conſtantinopolitano Patriarchæ præcepit*, ut *HYDRUNTI-*
„ *NAM Eccleſiam in ARCHIEPISCOPATUS honorem dilatet, nec*
„ *permittat in omni Apulia* ſeu Calabria *LATINE amplius, ſed GRÆ-*
„ *CE Divina Myſteria celebrari* .... Scripſit itaque *POLYEUCTUS*
„ Conſtantinopolitanus Patriarcha privilegium *Hydruntino Epiſcopo*, qua-
„ tenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in *Aci-*
„ *rentila*, *Turcico*, *Gravina*, *Maceria*, *Tricario*, qui ad conſecrationem
„ Domini Apoſtolici pertinere videntur: hæc *Luitprandus*.

Apud Baron. ad ann. 968. §. 84.

13. Verum enimvero, quidquid Epiſcopus *Hydruntinus* in ſua Diœceſi violentiæ admiſerit, prorſus indubitatum eſt, quod in Provincia *Canuſina* nunquam *Ritus Græcus* invehi, & ſtabiliri potuerit, ex eo quia Apoſtolica conſtantia *Joannes Archiepiſcopus* ejuſdem introductioni obſtitit. Id quod etiam videre eſt præſentibus hiſce temporibus. Tota namque, ut nemo non

Sup. n. 3. pag. 132.

novit, *Apulia* Peucetia, quæ *Canuſini Archipræſulis* Provincia eſt, nihil prorſus, ne veſtigium quidem ullum *Græci Ritus* retinet, nec angulus in ea eſt, in quo Latinus Ritus non vigeat, & adamuſſim ſervetur. Econtra in Provincia *Hydruntina*, ſatis compertum eſt, adhuc ſuperſunt *Italo Græci*, ita ut dictæ Provinciæ Archiepiſcopus *Synodum* ſeparatim celebret pro ipſis, quemadmodum teſtatur BENEDICTUS PP. XIV. Quocirca multa, & varia exiſtant Canonica Statuta, & Decreta eorum *Ritus* reſpicientia a providentiſſima *S. Sede* pro ipſis ſpeciatim condita, & emanata, uti videri poteſt in ejusdem R. P. *Conſtit. 53. §. 21. & ſeqq.*

Bened XIV. de Synodo Diœceſana l. 2. cap. 12. pag. 50.

In Bull. ejusd. tom. 4. pag. 375. & ſeq.

14. Quam vero Deus conatus, & ſtudia *Canuſini Antiſtitis* in propulſandis novis Ritibus edita probaverit, videtur, quod clare demonſtrare voluerit, inſperata illi auxilia ſubmittendo, quo facilius novatores eliminaret. Nam *Magnus Otho Imp.* in Italiam deſcenſus, ut a R. P. de more ſolemniter coronaretur, ſtatim de nefariis Græcorum conatibus edoctus in *Apuliam* venit, ubi Indigenarum opitulatu, quandoquidem ab *Anonymo Salernit.* hæc memoriæ ſcriptiſque mandata invenimus: *Ipſe Imperator deinde Apuliæ fines venit, & valide eam dimicavit, & Civitatem Bari aliquantulum obſedit, & quantum valuit, undique conſtrinxit.* Et quidem *Græcos* ad unum omnes Imp. exterminaſſet, niſi *Luitprandus Cremonenſis Præſul* interceſſiſſet. Quo factum fuit, ut *Barium* obſidione ſolveretur, ipſeque *Legatus* perrexit, ut pacem tractaret; quamvis omnia infeliciter ceſſerint, uti legere eſt in ſua ipſius *relatione* Imp. *Ottoni I. & II.* facta, & a *Baronio* relata in cit. *an. 958.*, ubi verſibus ſuæ Legationis cauſam ita exprimit:

Anonym. Salern. cap. 141. ap. Pratilli tom. 2. pag. 293.

Baronius ad ann. 968. §. 77.

Præſul ab Auſonia Luitprandus *in Urbe* Cremona
Conſtantinopolim pacis profectus amore
Quattuor æſtivis concludor menſibus iſtic:
Induperator enim Bareas *conſcenderat* Otto,
Cæde ſimul, flammiſque ſibi loca ſubdere tentans,
Sed precibus remeat Romanas victor ad Urbes.
Inde meis. &c.........................

15. Multi in ea ſunt opinione ut exiſtiment, *Romanos Pontifices* idcirco Eccleſias *Neapolitanam*, *Capuanam*, *& Beneventanam* illis temporibus ad *Metropoliticam* dignitatem ſuſtuliſſe, nimirum ut Patriarchæ Bizantini conatus anteverterent. Quidquid de hoc ſit, indubia res eſt, quod minime oportuit Eccleſiam *Barenſem* illa tempeſtate *Metropolim* conſtituere. Etenim, etiamſi *Græci* eam incolerent, tamen recte a *Canuſino Archiepiſcopo* regebatur tamquam illius *Commendatario*. Nec certe hoc tunc evenire poterat; nam idem *Canuſinus Antiſtes* toto pectore, & robore hujuſmodi erectioni ſeſe oppoſuiſſet, ut *Metropolitanæ* Eccleſiæ ſuæ jura ſarta tecta ſervaret, neve vel minimum eadem lædere, vel imminuere permitteret, cum ſatis conſtet fere omnes *Apuliæ*, *Epiſcopos ſuffraganeos* fuiſſe *Canuſinæ Metropoleos*, nec alii reperiebantur Antiſtites, præter memoratos, qui Metropolitano Barenſi, (etiamſi demus, quod talis declaratus fuiſſet) ſubjici poterant. Satis igitur ſuperque, ut nobis videtur, demonſtratum eſt, quod nullo pacto contingere poterat, ut hiſce, de quibus loquimur, temporibus *Eccleſia Barenſis* ad Metropoliticos honores eveheretur.

Baron. ad ann. 969. §. 4. & ſeq. ubi Pagius.

16. Priuſquam vero huic §. coronidem imponamus cum *Baronio* advertimus, quod *Nicephorus Phoca* meritam a Deo retulit pænam tot malorum Catholicæ Eccleſiæ illatorum, miſereque *interfectus* fuit *ann. 969.* E contra melio-

meliorem ſortem nactus *Patriarcha POLTEUCTUS* commiſſorum ſcelerum vere *pœnituit*, omnia acta *reſcidit*, & edicta revocavit, & in omne reliquum vitæ ſuæ tempus tot, ac tanta dedit Chriſtianæ pietatis, & orthodoxæ fidei zeli exempla, ut tandem *mortuus an. 970. inter Sanctos relatus ſit*, ut probat *Bollandus*.

Bollan. die 5. Febr. tom. 1. ejuſd. m. pag. 706. cum ſeq.

§. III.

Paulus, & Chryſoſtomus ambo Canuſini Archiepiſcopi ambo Baren. Commendatarii.

17. DIſcimus a *Lupo Protoſpata*, *Joannem* de *ann.* 978. ad ſuperos evolaſſe, eique ſuffectum fuiſſe *PAULUM Archiepiſcopum*. Ab *Ignoto* vero *Barenſi* docemur, eodem anno fuiſſe ædificatum Bario *S. Benedicti Cœnobium*. Porro hiſce temporibus *Otho II.* Imp. Primi filius, cum in matrimonium haberet *Theophaniam* Græci Imp. *Romani* appellati Junioris, ob jura quæ ad Uxorem pertinebant, in ditionem ſuam *Apuliam*, & *Calabriam*, quæ illi *Dotis* nomine promiſſæ fuerant, extendere prætendebat, adeoque *Græcis* eaſdem auferre moliebatur. Poſt itaque plura commiſſa prælia cum *Saracenis*, qui ſub Græcorum vexillo pugnabant, poſt multas de iiſdem relatas *Victorias*, ac *Triumphos*, demum *ipſe a Græcis* bello ſuperatus fuit, & *captivus* effectus. *Anno* autem 982. ab eorum manibus *ereptus Romam* venit, ubi vitam cum morte commutavit.

Protoſpat. & Ignot. Baren. ap. Praœill. tom. 4. pag. 317.

Chronici Cavenſ. tom. 4. ap. Praœill. pag. 419. Murat. Annal. Ital. tom. 5. pag. 465.

18. Græci igitur cum immunes ab armis Imper. ſe cernerent, & Longobardos depreſſos viderent, denuo *Barium* triumphantes, ovanteſque remearunt, omneſque fere Provincias, quæ hodie *Neap. Regnum* conſtituunt in ſuam poteſtatem redegerunt; unde factum fuit, ut *Bario* conſtituerint Magiſtratum majorem, quam antea, auctoritate præditum. Etenim prius *Statigo*, ideſt *Gubernatorem* illuc mittebant, poſtea vero miſerunt *CATAPANUM*, ideſt *Capitaneum* abſoluta auctoritate munitum, qui veluti *Pro Regis* ſpeciem referebat. Primus hujuſcemodi dignitate ornatus fuit, ſi fides habenda *Protoſpatæ*: *Anno 982. tradita eſt Civitas Barii in manus Chalochyri Patritii, qui & Delfina, a duobus fratribus Sergio, & Teophilacto menſe Junii* 11. die; & *Otho Rex obiit Romæ*. *Muratorius* exiſtimat, & probat emendandum eſſe hunc *Protoſpatæ* locum de anno, quo obiit *Otho*, & *Barium* denuo a *Græcis* captum fuit, quæ omnia *ann. 983.* contigiſſe putat.

Protoſpat. apud Praœill. tom. 4. pag. 28.

19. Legitur autem apud *Aſſemanum* quoddam Diploma hoc titulo: *Calocyrius Anthypatus Patricius, & Catepanus Italiæ* „ Quoniam pio juſſu Sanctorum noſtrorum Imperatorum commiſſum mihi eſt, ut ad obedientiam „ illorum Imperii redeuntes ſuſcipiam, & compaſſione dignos cenſeam; „ idcirco etiam Te, *Rhodoſtamum Epiſcopum Trani*, ... Te per vitam, „ & gaudium Sanctorum Imperator. noſtrorum, in *Sede tui Epiſcopatus*, „ quemadmodum a *Beatiſſimo Benedicto Papa Romano* ſuſcepiſti ordinatio- „ nem, ut dirigas, & diligenter adminiſtres res maxime utiles, & poſſeſ-

Aſſeman de Reb. Neap. tom. 3. pag. 519.

 „ ſio-

Digitized by Google

,, ſiones Sanctæ hujus Dei Eccleſiæ, ſarciendo, & vindicando omnia ab iis,
,, qui damnum afferunt *bonis Epiſcopatus* tui, ſecundum traditum Tibi *Bre-*
,, *ve* a ſupradicto Sanctiſſimo *Papa*, qui etiam præcipit, ut ſint ſub *tuo Epiſ-*
,, *copatu Caſtrum Juvenazani*, *Rubi*, *Minervini*, *Montemelonis*, cum
,, omni poſſeſſione eorum, ſicut, & prius poſſediſti... ,, Ex hoc diplomate

Lup. Protoſpat. apud Pratill. tom. 4. pag. 29.

ſud datum menſe *Auguſto Indict. XI.* hoc eſt *anno* 983. colligitur, quod *primus Catapanus* in Apulia ratione ampliſſimi dominii uſque ad *Aſculum* amplificati, a Græco Imp. conſtitutus, ut fidem *Epiſcopi Tranenſis* remuneraret, eidem confirmavit omnia privilegia ad *bona immobilia*, quæ illa Eccleſia *Juvenacii &c.* poſſidebat, ſpectantia, ſed minime *jurisdictionem Epiſcopalem* turbavit, voluitque propterea, ut omnino *Breve Benedicti VII.* debitæ executioni demandaretur: qua de re quoad *Politiam Eccleſiaſticam* pertinebat, nil prorſus innovatum fuit. Eo vel magis, quod in illis initiis *Barium* in maxima verſabatur perturbatione ob necem *Sergio Protoſpatæ* illatam, & ob invaſionem *Saracenorum*, *qui depopulaverunt Vicos Barenſes*, *& viros ac mulieres in Siciliam captivos duxerunt*, aliaſque ſtrages, fameſque a Protoſpata deſcriptas; qui inſuper teſtatur inter haſce miſerias: *Anno* 993. *Defunctus eſt PAO* (ideſt Paulus) *Archiepiſcopus*, & *CHRYSOSTOMUS elevatus eſt*. Sed multo majores calamitates evenere ſub regimine *Chryſoſtomi Archiepiſcopi* ob aſſiduas defectiones Barenſium a *Græcis*, qui easpropter eoſdem diris modis puniebant, uti ab eodem narratur Auctore.

Aſſeman. de Reb. Neap. cap. X. §. 17. tom. 3. pag. 564.

20. Alterum Diploma Græcum a cl. *Aſſemano* latinitate, & luce donatum Lectoribus gratificaturi ſubjicimus ,, Scriptum factum a *Gregorio Baſio*,
,, & *Catepano Italiæ*, Trachaniota, traditum vobis *Chryſoſtomo Archiepiſ-*
,, *copo Caſtri Barii*, & *Trani*, *Menſe Majo*, *Indictione XII.*: Omnibus,
,, quibus præſens noſtrum ſcriptum manifeſte oſtenditur, Strategis, & lo-
,, cum ipſorum Tenentibus, Domeſticis, Excubitoribus, Vicariis, Tur-
,, marchis, Centurionibus, Chartulariis, Comitibus Cohortis, Domeſticis
,, Thematis, & primis Centurionibus præeuntibus; præterea Protoſpathariis,
,, Spathariis, Candidatis, Drungarocomitibus, & omnibus qui Thematum
,, adminiſtrationem ſortiti ſunt, & alterius omnino innominati loci mini-
,, ſterium obeuntibus: ut nullus omnino audeat injuriam aliquam, aut an-
,, gariam, aut aliud quodcunque damnum univerſim inferre velit ſacris
,, Presbyteris *Archiepiſcopatus*, Monachis inquam, & Monialibus, ipſo-
,, rum videlicet duorum caſtrorum *Barii*, *& Trani*, abſque iis qui habent
,, exercitus. Statuimus enim, tales, qui habent exercitus, ut ſervitium
,, habeant, ſicut ab antiquo Decretum eſt: & in Caſtro quidem Barii ex-
,, cuſatos haberi Presbyteros *Catholicæ* (*ideſt Cathedralis*) *Eccleſiæ* nume-
,, ro *triginta ſex*: & in Caſtro *Trani* Presbyteros talis *Catholicæ Eccleſiæ*
,, numero ſexaginta. Et ſtatuimus, ut ſerventur, ſicut dictum eſt, talium
,, Clerorum Presbyterii *Barii*, *& Trani* immunes, & indemnes ab anga-
,, riis, metatis, caſtrametationibus, dico dumtaxat, non aliorum extero-
,, rum caſtrorum, niſi tantummodo ipſorum duorum peculiarium caſtro-
,, rum. Jubemus quoque adlaborare Clerum ejuſmodi in talibus duobus
,, Caſtris *Barii*, & *Trani* etiam cum aliis ibi habitantibus, reparationi, &
,, reædificationi propriorum ipſorum Caſtrorum, in quantum quiſque mi-
,, niſterium pro æquali parte præſtare poteſt. Statuimus etiam hoc, ut quan-
,, documque lites habuerit talis prædictus *Clerus Barii*, *& Trani*, ſimul
,, ſedeat, & ipſe *Archiepiſcopus* ſimul cum pro tempore agentibus *Turmar-*

,, *chis*

„ *chis*, & uniuſcujuſque litem pie, & ſecundum quod juſtum eſt, etiam
„ multam talium recipere, qui pro tempore erit agens Turmarcha. Quan-
„ tum ad reliqua omnia damna, ut dictum eſt, conſervari talem Clerum
„ omnino indemnem, & ſine ulla innovatione, uti de his omnibus exop-
„ tant *Sancti Imperatores* noſtri, & nos etiam indigni ſervi ipſorum. Si quis
„ vero deprehenſus fuerit tranſgrediens præſentis ſcripti Sigillum, non vul-
„ garem indignationem a nobis ſubſtinebit: Et quicumque innovationem
„ contra Sacerdotes ipſos, & Monachos, & Moniales tentabit, omnia in du-
„ plum reſtituet. Quare ad abundantiorem confirmationem, & ſecuritatem
„ hoc præſens noſtrum ſcriptum plumbea Bulla, proprio ſigillo munientes
„ dedimus *menſe*, *&* *Indict. ſupradicta*, in quo ſubſcripſimus etiam propria
„ manu. ✠ *Gregorius Protoſpatharius*, *&* *Catapanus Italiæ Trachoniota*.

21. Ex hoc Diplomate dato *Indict. XII.* hoc eſt *anno 999.* ut ſupra, oriri poteſt dubium, num *Patriarcha Conſtantinopolitanus* eodem anno electus *SERGIUS Abbas*, verba ſunt *Baronii*: *Ex progenie PHOTII, ſchiſmatis auctoris, cujus ſecutus veſtigia, eo amplius obfuit, quo diutius præfuit, propagato Sedis tempore ultra vigeſimum annum*: Hic inquam attentaverit impertiri *Chriſoſtomo* titulum *Archiepiſcopi Barenſis*, & *Tranenſis*, quem ut acciperet, eidem *Catapanus* obtulit privilegia in Diplomate enunciata. Nemo ſane eſt, qui ignoret, *oblationem* juxta juris regulas *nihil probare ſine acceptatione*. Quocirca cum nullum reperiatur monumentum, ex quo inferri poſſit, *Chryſoſtomum* ſe inſcripſiſſe *Archiepiſcopum Barenſem*, & *Tranenſem*, certo certius eſt, quod eumdem titulum coſtanter recuſaverit. Immo validum nobis ſuppetit argumentum repulſæ hujuſce Pſeudo-tituli: legitur namque apud *Ughellum* quod *ann.* inſequenti nempe 1000. quidam *Joannes* ſe inſcripſerit *Archiepiſcopus Tran.*, *&* *Sipon.* hoc titulo *Pontificalis*, *ac Auguſtalis Sinkelli* in actis *S. Leucii* a nobis ſupra exhibitis.

Baron. ad ann. 999. §. 10.

Ughell. de Archiepiſ. Tranen. tom. 7. col. 891.

Cap 5. ſup. n. 7. pag. 88.

22. Quamvis autem hujus Pſeudo-Archiepiſcopi mentionem faciat *Ughellus*, ut hiſtorici munus impleret, in ſuo *Catalogo Archiepiſcoporum Tran.*; attamen opprobrioſum ejusdem nomen omiſit in *Elencho Sypontin.* Præſulum. Quod ægre ferens *Sarnellus*, ita cum illo conqueritur „ Lo Scrit-
„ tore adunque degli Atti di *S. Leucio* chiude con queſte parole la ſua Scrit-
„ tura „ *S. Leucii adjuva nos &c. Memento Chriſtianorum omnium præcipueque Joannis Tranenſis, Sypontini etiam Archiepiſcopi, nec non Pontificalis, ac Auguſtalis Sinkelli qui tua præ omnibus devotiſſime feſta venerantur*: Quali
„ parole, eſſendo riferite dall'Abb. *Ughello*, non poſſo non maravigliarmi,
„ come non faccia egli di queſto *Giovanni* la dovuta menzione nel Catalo-
„ go degli *Arciveſcovi Sipontini* „ Sed ipſius admiratio exinde ortum habuit, quod in ea erat opinione, quam ita paulo ante literis expreſſerat. *Giovanni aſſunto alla C ttedra Arciveſcovale di Siponto, ritenendo l' Amminiſtrazione della Chieſa di Trani nel* 1080. *dal Sommo Pontefice Gregorio VII. nel tempo del Greco Imperatore Michele d' amendue li quali fù egli SINKELLO, cioè a dire Maggiordomo, o pure Cubiculario, qual titolo divenne poſcia Onorario, come ſon oggi li Camerieri d'onore del Papa*. In hac igitur ſuppoſitione iure conquerebatur. Verum ſicut *Joann.* non vivebat *ann.* 1080., ſed initio *XI ſeculi*, quando Sipontina Eccleſia adhuc adminiſtrabatur ab *Archiepiſcopo Beneventano*, nec titulus *SINKELLI* a *Rom. Pontifice* elargiebatur, ſed hic erat proprius *Coadiutoris Patriarchæ Conſtantinopolitani*, ut a *Sigonio* habetur, credi poteſt quod is etiam aliis honoris cauſa tribueretur, ſed a Patriar-

Sarnelli Catal. Archiep. Sipont. pag. 142.

Idem pag. 139.

Sigonius de Reg. Ital. edit. Bonon. 1580. pag. 122.

Patriarcha prædicto minime a Romano Pontifice. Immo idem titulus nequidem erat *Anonymi* Scriptoris actorum *S. Leucii*, ſed ejuſdem *Joannis Pſeudo-Archiepiſcopi*: ideo ſubdit hos verſiculos relatos ab *Aſſemano*:

Grandia ſancte jubes Sinkelle beate Joannes.
Ut famulus reſonet, grandia Sancte jubes.
Præſulis Archi piis monitis parere peropto
Cogor, & imperiis Præſulis Archi piis.
Nitor inire tuas Leuci Sanctiſſime polmas;
Odas, & meritas nitor inire tuas.

Aſſeman. de Reb. Neap. tom. 3. pag. 569.

23. „ *Joannes* igitur, concludit *Aſſemanus*, Tranenſis Epiſcopus, cui eam hi„ ſtoriam *Anonymus* nuncupat „ idem erat *Sinkellus Pontificalis*, & *Augu*„ *ſtalis*, ideſt tum ab *Auguſto*; tum *a Patriarcha Conſtantinopolitano* eo *Sin*„ *kelli* titulo ornatus, idemque *Sypontinus Archiepiſcop.* „ Haud invenire potui, num temeritas *Tran. Epiſcopi* repreſſa fuerit ab *Chryſ. Archiepiſcopo Canuſino* ejuſdem *Metropolitano*. Quidquid de hoc fuerit, *Beatillus*, & *Ughell.* auctores ſunt, ipſum *Chriſoſtomum* viam univerſæ carnis ingreſſum fuiſſe de *an.* 1006.; ſed *Lupus Protoſpata* nulla facta mentione ejusdem obitus, & electionis Succeſſoris *Joann.* appellati, hoc ſolum innuit, quod *Joannes* hic *ann.* 1028. mortalitatem exuerit, & immortalitatem induerit.

Lup. Protoſp. ap. Pratill. tom. 4. pag. 34.

§. IV.

Joann. III. aut IV. Archiepiſcopus Canuſinus & Baren. Eccleſiæ Commendatarius.

24. Parum aut nihil de hoc Archiepiſcopo narrare poſſumus, cum nihil ad nos pervenerit eorum, quæ geſſit. Incidit enim Præſulatus ſuus in illa tempora, quibus nihil turbulentius, calamitoſius nihil vidit *Apulia*, referente *Protoſpata*: Anno 1006. deſcendit Xyphea Catapanus *menſe Julii*. Anno 1007. *Defunctus eſt prædictus* Catapanus *in Civitate Bari*. Anno 1008. *deſcendit* Curcua *Patritius menſe Maii*. Anno 1009. *Cecidit maxima* Nix *ex qua ſiccaverunt arbores olivæ, & piſces, & volatilia mortua ſunt, & menſe Maii incepta eſt Rebellio ....* Anno 1010. *obiit* Curcua, *& deſcendit* Baſilius Catapanus *cum Macedonibus, menſe Martii, & Sylliſtus incendit multos homines in Civitate* Trani.

Lup. Protoſpat. apud Pratill. tom. 4. pag. 31.

25. Divino *nivis* flagello, raro quidem in *Apulia* ſed pernicioſiſſimo, ſucceſſit famigerata *Defectio*, quam modo expoſituri ſumus. *Apuli* enim cum ſint ſuapte natura non minus ingenio argutiſſimi, quam affabilitate, comitate, & honeſtis in tractando modis ornatiſſimi, Catholicæ præterea Religionis tenaciſſimi, Principique ſuo fideliſſimi, idcirco non tam facile ſe ſubmittunt, quando ſe vident oppreſſos, aut ſuperbe tractatos. *Græci* vero moribus, & natura ab iisdem diverſiſſimi erant; hi porro cum *ann.* 891. mortuo *Ajone*, Beneventanum Principatum occupaſſent, ab eodem expulſi fuere poſt 4. *an.*, ex cauſa narrata ab *Anon. Salern.* qui ait: *Dum prædictam Urbem* (Beneventum) *Græci dominarentur, & licet DONA plurima Longobardi haberent, illi tamen valde etenim DURUM GEREBANT DE MORIBUS GRÆ-*

Anonym. Salernitan. cap. 148. ap. Pratill. tom. 2. pag. 260.

GRÆCORUM. Sed majori aſperitate, & ſuperbia *Apuliam* gubernarunt poſtquam ea potiti ſunt, & *CATAPANUM* in ipſa conſtituerunt. Unde *Apuli* in unum coacti modum excogitarunt, quo *probroſum Græcorum jugum* excuterent, *Ducemque* crearunt *MELUM ann.* 1010. uti refert *Protoſpata*: *Longobardia* (Apulia) *rebellavit a Cæſare opera MELO DUCIS: iſque accurrens præliatus eſt Botunti contra Barenſes, ubi ipſi obierunt.*

Protoſpat. & Cod. Andrien. apud Pratill. tom. 4. pag. 31.

26. Hæc autem rebellio non ſolum a *Græcorum* ſuperbia ortum habuit ſuum, ſed inde etiam excitata fuit, quia denuo *Græci Saracenos* ſub ſignis ſuis exceptos introduxerant in *Apuliam*, ubi illorum *nomen exoſum* erat, ac pariter quia paulo ante *Sanctam Hieroſolymorum Civitatem* invaſerant, *Eccleſiamque* in qua auguſtiſſimum *Domini Noſtri Jeſu Chriſti SEPULCHRUM* veneratur, deſtruxerant, uti habetur in *Chronico S. Sophiæ*: *Anno* 1009. *Saraceni comprehenderunt Botuntum*, & *Caſtrum Natii*: 1010. *Fuit deſtructum Sepulchrum Domini*. Sed clarius ſe explicat *Leo Oſtienſis*: *Melo Barenſium Civium imo totius Apuliæ primus, & clarior erat, ſtrenuiſſimus valde, ac prudentiſſimus Vir. Sed quum ſuperbiam inſolentiamque ac nequitiam Græcorum, qui non multo antea, tempore ſcilicet Primi Ottonis, Apuliam ſibi, Calabriamque, ſociatis in auxilium ſuum DANIS, Ruſſis, & Gualanis, vindicaverant, Apuli ferre non poſſent, cum eodem Melo, & cum Datto quodam æque nobiliſſimo, ipſiusque Meli cognato, tandem rebellant*. Inter Civitates magis religionis zelo, quam alia re, conjuratas extitit *Urbs* noſtra *Canuſina*, quæ cæteris conjuncta *Melum Ducem Apuliæ* proclamavit. Id quod eruitur ex *Chronico Cavenſi*: *Anno* 1010. *Sepulchrum Domini a Saracenis in S. Civitate HIERUSALEM deſtruitur: propter ſcelera populi ſui plaga iſta percuſſit nos Dominus. Peregrini, & incolæ Chriſtiani pene omnes occiſi. Græci nihil agentes........contra Saracenos in Apulia, concitaverunt Apulienſes ad rebellandum, & Dux eorum factus eſt MELUS*, & *DACTUS Frater ejus, qui depulerunt eos de multis locis de Baro, Rubo, Aſculo, Monerbino, & CANUSIO....*

Chronic. S. Sophiæ ap. Pratill. tom. 4. pag. 368.

Leo Oſtien. Chronic. lib. 2. cap. 37.

Chronic. Cavenſ. apud Pratill. tom. 4. pag. 428.

27. Ego vero ne lectores enecem, vices, & ſeries luctuoſiſſimas hujus *Rebellionis* eruditiſſimis hiſtoricis proſequendas, & enarrandas volens lubenſq. relinquo. Ajo ſolummodo, quod *ann.* 1016. cum *Saraceni Salernum* obſiderent, illuc reperiebantur *NORMANNI* quidam a *Terra Sancta* appulſi, qui barbaros compellerunt, ut Civitatem obſidione liberarent, *Guaimario III.* Principatus clavum tenente. Fama autem, gloriaque horum invictorum militum longe lateque percrebeſcente, cumque ad veneranda *Apuliæ Sanctuaria* illi perrexerint, conjuncti cum aliis ſuis contribulibus recenter è patriis laribus illuc appulſis, requiſiti fuerunt, ut adjutrices, & auxiliatrices manus *Melo* præberent contra *Græcos*, uti a *Protoſpata* refertur. Prælia uſq. ad *an.* 1019. commiſſa deſcribuntur a *Leone Oſtienſi*, de quo hæc *Muratorius* „ Leone „ Oſtienſe laſciò ſcritto che Melo col ſoccorſo de' Normanni avea dianzi ri- „ portate tre vittorie de' Greci: *Primo apud Arenolam, ſecundo apud Civitatem* (*Marſicum la chiama Angelo della Noce*) *tertio apud Vaccariciam campeſtri certamine dimicans, tribus eos vicibus vicit, multosque ex his interficiens, & uſque Tianum eos conſtringens, omnes ex hac parte, quas invaſerant, Apuliæ Civitates, & Oppida recepit. Quarta demum pugna apud Cannas Romanorum clade famoſas, Bojani Catapani inſidiis; & ingeniis* (machine di guerra) *ſuperatus, univerſa, quæ facile receperat, facilius perdiderit.*

Protoſpat. apud Pratill. tom. 4. pag. 32.

Leo Oſtienſ. apud Muratorium annal. Ital. ad ann. 1019. pag. 61. tom. 6.

28. Poſtremum hoc bellum in cauſa fuit, ut Dux *Melo* primum ad *Guai-*

marum

Digitized by Google

marum III. Salerni Principem, & *Pandulphum II. Capuæ* pariter Principem aufugerit, deinde ut iter *Germaniam* verſus ſuſciperet Imper. *S. HENRICUM* obſecraturus, ut aut ipſe in Italiam cum exercitu veniret, aut ſaltem validum militum auxilium ipſi ſubminiſtraret. Quamvis autem Imp. illi pollicitus eſſet ſe in *Apuliam* venturum, nihil tamen profuit. Nam morte correptus *Melo*, nihil, quam *Regios Sepulchri honores* reportavit. Miſera vero afflictaque Urbs *Canuſina* Græcorum rabiem, & virus omne excepit, & pertulit, ob *prælium* apud illam, quæ prope *Cannas* exiſtit commiſſum fuit, quod a *Guilielmo Apulo* audiemus:

Guilielmus Apulus de Normannis lib. 1.

Vicinus Cannis qua defluit Aufidus amnis
Circiter Octobris pugnatur utrimque Calendas,
Cum modica non gente valens obſiſtere Melus,
Terga dedit magna ſpoliatus parte ſuorum,
Et puduit victum patria tellure morari.
Samnites adiit ſuperatus, ibique moratur,
Poſt Alemannorum petiit ſuffragia Regis
Henrici, ſolito placidus qui more precantem
Suſcipit, auxilii promittens dona propinqui.
At Melus regredi, præventus morte, nequivit;
Henricus ſepelit Rex hunc, ut Regius eſt mos;
Funeris exequias comitatus ad uſque ſepulchrum,
Carmine Regali tumulum decoravit humati.

29. Dux vero *Datto Meli* Levir cum in arcem *Gariliani* profugerit captivus factus fuit a Græcis, uti tradit *Protoſpata*: *Anno* 1021. *captus eſt DATTUS, intravit in Civitatem Barum equitatus in aſina* 15. *Junii*: Et ſubdit Cronicon Caven. ibi: *Dattus Frater Meli Ducis captus eſt, & in mare præcipitatus. HENRICUS Imperator in Longobardiam deſcendit, ut præliaret Græcos, qui inſolenter omnia devaſtabant.*

Protoſpata ibid. col. 31.

Chron. Cavenſ. ap. Pratill. tom. 4. pag. 432.

30. Porro etſi *S. Henricus* in *Apuliam* deſcenderit, tamen *Trojam* aut *Aſculum* uſq. perveuit, & ulterius non perrexit. Illo autem terreno Imperio cum cœleſti feliciter commutato, *Conradus* in ejus locum ſuffectus, & coronatus verba ſunt *Chronici Cavenſis*): *Anno* 1027. *CONRADUS coronatus eſt Imp. ab JOANNE Apoſtolico in die ſolemni Paſchæ, & ſua etiam conjux Geſela; Poſtea cum exercitu ſuo ſubjugavit ſibi Capuam, & Beneventum, & tradidit NORITMANNIS Aſculum, CANUSIUM, & Rubos ad Græcorum cuſtodiam. Anno* 1029. *Raycus Dux Barenſis poſt Dattum præliatus eſt cum Græcis, qui victi ſunt prope Botuntum; & cepit eam cum Caſtrumonte*, (vulgo Caſtello del Monte, quod adhuc exiſtit ſitum eſt inter Canuſium, & Andriam reſpicitque totam Apuliam), *& Tranu cum Rubi. Sed Tranum poſtea a Chriſtophoro Bayulo reprehenſum eſt in die IV. poſt Kal. Novembr. propter Civium timorem. Anno* 1030. *Sergius Conſul Neap. cum ſubſidio Græcorum, & Noritmannorum receptus eſt in* Neapoles, *eſpulſo Pandulfo Cap. qui Urbem illam funditus dexpoliatus eſt. Sergius Rannulfum Noritmannum Comitem præmiavit, & donavit ei terras in* Octabo, *ubi extruxerunt aliam Urbem* Atellam, *quam poſtea dixerunt* Adverſam *inter* Neapolem, & Capuam, *eo quod in medio adverſabatur ipſis. Rannulfus, ut Comes ab omnibus ſuis, & Neapolitibus ſalutatus eſt.*

Idem pag. 434.

Idem pag. 434.

C A-

CAPUT X.

Biſantius Archiepiſcopus Eccleſiæ Canuſinæ, & Commendatarius Barenſis*, ejuſque Succeſſores labente XI. Seculo.*

1. ASſerit *Lupus Protoſpata*: *Quod anno* 1028. *obiit Barenſis Epiſcopus Joannes, & factus BISANTIUS ARCHIEPISCOPUS*: præclariſſimus hic *Archiepiſcopus* immortalia zeli ſui pro *Catholicæ Eccleſiæ* defenſione monumenta reliquit; multa etiam *Eccleſiæ Baren.* contulit beneficia: inter quæ illud maximum, maximeque memorandum, quod cum animadvertiſſet antiquam illius *Cathedralem* barbarorum invaſione fœdatam, & jam prope fatiſcentem, conſilium cepit *novam* a fundamentis excitandi, *ſolo penitus æquata veteri*, uti tradit *Ignotus Baren.*: *Anno* 1034. *Indictione II. Biſantius Archiepiſcopus dirupavit Epiſcopum Barium, & cepit laborare.* Sed præ cæteris opus glorioſiſſimum aggreſſus eſt efficiendi nimirum, ut non Eccleſia *Barenſis*, cujus tantum erat *Commendatarius*, ſed *Eccleſia Canuſina Metropolitana* declararetur per *Bullam Rom. Pontif. Joann. XIX.*, quæ refertur in noſtro *Appendice*, & cujus hic pauca verba exſcribere omnino neceſſarium duximus:

Lupus Protoſpat. Chronicon. apud Pratill. tom. 4. pag. 34.

Ignotus Baren. Cron. apud Pratill. tom. 4. pag. 320.

Ughell. de Archiepiſ. Barenſ. tom. 7. col. 602.

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.
REVERENDISSIMO CONFRATRI AC NOSTRO SPIRITUALI FILIO
BISANTIO SANCTÆ CANUSINÆ ECCLESIÆ A NOBIS
CONSECRATO ARCHIEPISCOPO
OMNIBUS DIEBUS VITÆ TUÆ.

2. „ Igitur quia poſtulaſti a nobis ut confirmaremus præfatum *Archiepiſcopatum S. Canuſinæ Eccleſiæ* cum omnibus ſibi adjacentiis, vel pertinentiis; videlicet *duodecim Epiſcopatus*, quemadmodum abolitana tempora, ſcilicet noſtris Anteceſſoribus ſan. mem. decreverant, ut *Archiepiſcopus duodecim* ſub ſe ordinaret *Epiſcopos*. Unde nunc juſte precantium votis faveamus ut, & vobis prænominato *Biſantio Angelico Archiepiſcopo* conſecrarem in præfatæ *Eccleſiæ Sanctæ Canuſinæ* cum univerſis Civitatibus, & Caſtellis. Hoc ſcilicet: CANUSIÆ, BARI, MEDUNEO, JUVENACEO, MELFICTA, RUBO, TRANE, CANNI, MINERBINO, AQUATECTA, MONTE MELIORIS, LABELLOTATUM, CISTERNÆ, BITALBÆ, SALPI, CUPERSANO, PULINIANO, *Et ſimul* CATERA..... Quas vero ſupraſcriptum *Archiepiſcopum Canuſinum* cum omnibus ſuis pertinentiis, & Epiſcopos ipſos per manus veſtras conſecrandi, atque uſu *Pallii* per authoritatem Apoſtolicam utendi a præſenti *Octaba Indictione* omnibus diebus vitæ tuæ concedimus &c. Scriptum per manus Rogerii Notarii Regionarii, atque Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe Junio Indict. VIII. Valete.

T   §. III.

§. I.

Executio Bullæ Joannis XIX. ab Archiepiſcopo Biſantio peracta.

3. DE hoc ſummo Pontifice *Joanne*, quem *Platina XXI.*, *Baronius XX.*, *Ciaeconius*, & alii ab ipſo relati XIX. nominant, hæc habet *Chronic. Caven. Anno* 1024. : *Hoc anno multum Eccleſia concuſſa eſt, quia mortui ſunt Benedictus Apoſtolicus, cui ſucceſſit Joannes Laicus; & Henricus Imperator. Cuonradus electus eſt pro eo juxta ſuum conſilium.* Scandalum tamen, & offenſio hujuſmodi *puſillorum* tantum fuit; unde *Franciſcus Pagius* bene cordateque reponit: *Sed quidquid ſit, ſi ceteræ virtutes eo gradu dignæ Joanni non defuerint, id haud magis ei iu vituperium verti debet, quam Sancto Ambroſio, aliiſque, qui e ſtatu Laicali ſubito Sancti Præſules extiterunt; & ad eum merito transferri poteſt.....*

Chron. apud Pratill. tom. 4. pag. 413.

Franc. Paggi Brev. Rom. tom. 1. pag. 495.

4. Porro inter ſingulares præcipuaſque virtutes, quæ Pontificem hunc mirifice exornarunt maxime enituit, & excelluit *Conſtantia*, & fortitudo vere *Apoſtolica*, quam tum *Baſilii* Imp., tum *Euſtathii* Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui ŒCUMENICI titulum prætendebat, poſtulationes reſpuit, & propulſavit, quemadmodum a *Glabro docemur*: *Circa annum igitur Domini milleſimum vigeſimum quartum Conſtantinopolitanus Præſul cum ſuo Principe Baſilio, aliique nonnulli Græcorum conſilium iniere, quatenus cum conſenſu Romani Pontificis liceret Eccleſiam Conſtantinopolitanam in ſuo Orbe, ſicut Roma in univerſo, Univerſalem dici, & haberi. Qui ſtatim miſerunt, qui deferrent multa ac diverſa donorum xenia Romam tum Pontifici, quam ceteris, quos ſuæ parti favere conſpicerent. Ubi advenientes expoſuerunt ſuæ profectionis querelam. Sed quid non pertentat cæcus amor habendi?* hæc *Glaber* apud *Baronium*, qui ſubdit *Legatos Græcorum* nihil penitus impetrare potuiſſe a *Joanne R. P.*, ut eruitur ex epiſtolis *Leonis PP. IX.* poſt *ann.* 20. conſcriptis ad *Michaelem* Patriarcham Conſtantinopolitanum.

Baron. ad ann. 1024. §. 5.

5. Verum ſicuti indubia plane res eſt, quod hujuſmodi importuna Græcorum *Legatio*, eorumque *conatus* omnes *ſucceſſu earuerunt*; ita etiam monumentum perennius erit, memorata *Joannis* Bulla in favorem *Eccleſiæ Canuſinæ* emanata, ejuſdem ſummi Pontificis invictæ coſtantiæ, & roboris, quo ſe *Græcorum* conatibus fortiter viriliterque oppoſuit; quandoquidem eadem ſapientiſſima *Conſtitutione monumenta omnia delevit* eorum, quæ *Græci* cum eorum *Patriarcha* per ſummam injuriam geſſerant, ut *Apuliæ Epiſcopales Sedes in Archiepiſcopales eveherent* & præſertim *Tranenſem*, uti ſupra obſervavimus. Hinc eſt, quod in laudata *Bulla* inter *Suffraganeas Eccleſias Metropoleos Canuſinæ* numerantur *Eccleſiæ Barenſis*, & *Tranenſis*, & ſola illa *Metropolitana* declaratur.

6. Dubium hic non leve exoritur circa *datum* Bullæ, quæ eſt *Octaba Indictione* reſpondens ad *ann.* 1025. E contra e loco, quem protulimus *Protoſpatæ* habetur, quod *Biſantius* electus fuerit *ann.* 1028. unde dicendum omnino eſt, quod error occurrat aut in *uno*, aut in *altero*. Sed dubium om-

ne

Digitized by Google

ne tollere conatur el. *Aſſemanus*, & perbelle utrumque concilians ſic *datum Bullæ* conſtituit „ *Scriptum Diploma dicitur per manus Rogerii Notarii* „ *Regionarii atque Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe Junio, Indictione* „ *Octava. Valete: Joannes Papa XIX. Benedicti VIII. Frater, poſt diem ſextum Junii anno* 1024. *Pontifex inauguratus, deceſſit an.* 1033. *Ab anno autem* 1024. *uſque ad ann.* 1033. *menſe Junio nulla occurrit Indictio Octava*, „ niſi *anno* 1025. Quare aut mendum eſt in *Indict. VIII.* pro qua reponendum *Indict. XIII.* quæ *anno* 1030. in curſu erat; aut error in *Biſantii* Epiſcopi inaugurat ione, quæ ab *Ughello* ponitur *die* 14. *Julii* 1028. Verum quum „ ex Chronico *Lupi Protoſpathæ* conſtet, *anno* 978. mortuum eſſe Joannem „ *Barenſem*, & *Canuſinum Archiepiſcopum*, eique *Pao*, ideſt, *Paulum* „ ſucceſſiſſe: *anno* 993. defuncto *Pao* Archiepiſcopo ſubrogatum *Chryſoſtomum*: *anno* 1006. mortuo *Chryſoſtomo*, Joannem ſucceſſiſſe: *anno* 1028. „ obiiſſe Barenſem Epiſcopum *Joannem*, & factum fuiſſe *Biſantium Archiepiſcopum*: *anno demum* 1035. die Epiphaniæ obiiſſe Conſtantinopoli „ *Biſantium* Barenſem Epiſcopum; quum hæc inquam, ex Chronico *Lupi* „ conſtent, perſpicuum fit, ut *Bulla Joannis Papæ XIX.* huic *Biſantio* „ Archiepiſcopo *Indictione VIII.* (quæ vel *anno* 1025. vel 1040. in curſu erat) „ conceſſa ſit, fieri nequiviſſe, quum *Biſantius* ab *an.* tantum 1028. ad 1035. „ ſederit: ac proinde pro *Indictione VIII.* omnino reponenda eſt *Indictione XIII.* Nam facile litera *X.* in *V.* converſa, loco numeri *XIII.* effecit „ *VIII.* unde librarius in *Octavam Indictionem*, *Indict. XIII.* mutavit: hæc *Aſſemanus*.

Aſſeman. de Reb. Neapol. cap. 16. tom. 3. pag. 541.

7. Negari certe non poteſt, quin hæc tanti viri animadverſio adamuſſim congruat cum *epocha* Lupi *Protoſpatæ* ab *Ughello* etiam amplexa. Verum ſi *Ignotus Barenſis* graviſſimus ejuſdem ævi Scriptor inſpiciatur, deprehendetur profecto in ſuo *Chronicon*., quod *Biſantius* electus fuit *an.* 1025., uti liquet ex ipſiſſimis ejus verbis: *AN. MILXXV. IND. VIII. deſcendit Kitoniti cum exercitu ut iret Sicilia. Et mortuus eſt Joannes Epiſcopus in menſe Junii*: *ET ELEVATUS EST BISANTIUS ARCHIEPISCOPUS*. Hinc in dubium ſane revocari haud poteſt, quin noſtra Bulla eodem *anno* 1025. promulgata *OCTAVA INDICTIONE labente* vera ſit, & non ſuppoſititia. Quidquid vero ſit de hac temporis ratione, certiſſimum illud eſt, quod Bulla utpote *declaratoria* potiſſimum illa inſervierit, ut aboletus omnino cenſeretur titulus *Archiepiſcopi*, quem a *Schiſmaticis* acceptum *Joann. Tranen. Epiſcopus* uſurpabat. Unde in poſterum ipſe *Joann.* non amplius *Archiepiſcopus*, ſed *Epiſcopus*, uti revera erat, inſcriptus reperitur, ſicuti ſuo loco videbimus.

Ignot. Barenſ. Chronic. ap. Pratill. tom. 4. pag. 321.

8. Interea Archiepiſcopus *Biſantius* poſtquam ſuperbiam, & temeritatem *Tranenſis Præſulis* fregit, opportuna arrepta occaſione, multum *Eccleſiam Barenſem* juvare, plurimiſque beneficiis cumulare contendit. Regnabat tunc in Solio *Conſtantinopolitano* piiſſimus Imp. *Romanus* nuncupatus, qui totus erat in reparandis Eccleſiis; *Templum* quippe a fundamentis extruxit, in quo collocavit antiquam *Iconem B. M. V.* e terra effoſſam, & erutam, ubi furentibus, debaccantibuſque *Iconoclaſtis* abdita fuerat. Inſuper reſarcivit pariter *Hieroſolymitanam S. Sepulchri Baſilicam* jam a Saracenis deſtructam, & alia demum inſignia pietatis, religionis, & munificentiæ opera præſtitit, atque perfecit. Quocirca cum aliquantulum a tantis malis reſpiraretur, & aliquod a Schiſmaticis armiſtitium haberetur, *Biſantius* diligens

Baron. ad an. 1028. & ſeq.

Digitized by Google

decorem Domus Dei, ejuſdemque zeli plenus *Veterem*, uti innuimus, *Barenſem Cathedralem Eccleſiam* multum deformatam *ſolo æquavit*, aliamque a fundamentis erexit magnificam *Baſilicam*, ita inquiens *Beatillus*: *Cominciò queſto buon Prelato* Biſanzio *la Fabrica dell' Arciveſcovato nuovo, cioè del grande che ancor oggi ſtà in piedi e innalzarla ſino a i Capitelli delle Colonne; laſciò per la morte l' opera imperfetta*.

Beatill. in Vit. S. Sabini pag. 161.

9. *Anno* 1034. pii Imper. *Romani* mors contigit ex hac luce ſublati veneno eidem a *Zoe* ſua conjuge propinati. In ipſius locum intruſus fuit *Michael*, opera ejuſdem impiæ ſceleſtiſſimæque mulieris, quam matrimonio ſibi copulavit, nulla prorſus ingentis, & crudeliſſimi *Criminis* ab illâ patrati habita ratione. Ad tot tantaque ſcelera ſua etiam adjecit *Catapanus Barenſis*, *Exilio* enim extemplo multavit vigilantiſſimum Præſulem *Biſantium*, qui inter Schiſmaticorum injurias, contumelias, & incommoda quamplurima animam *Deo* Conſtantinopoli reddidit. Ita *Lupus Protoſpata*: *Anno* 1033. *Indict. prima, die prima menſis Maii deſcendit* Conſtantinus Protoſpata, *qui & Opo vocabatur* Catapanus *Italiæ*. *Anno* 1034. die XI. Aprilis obiit *Romanus* Imper. ſurrexit *Michael* Imper.: *Cod. Andr. Anno* 1035. *die Epiphania obiit Conſtantinopoli Byzantius Epiſcopus Barenſis. Qui ſane fuit orphanorum pater, & primariæ Eccleſiæ Barenſis fundator, cuſtoſque Civitatis, ejuſque egregius propugnator adverſus Græcos. Electusque eſt Epiſcopus Romulantes Protospatarius: ſed is Aprili Menſe ab Imperatore Conſtantinopolim evocatus, exul obiit, & in ejus locum electus eſt Nicolaus*.

Lupus Protoſpat. ap. Pratill. tom. 4. pag. 35.

§ II.

Nicolaus Archiepiſcopus Canuſinus & Comm. Barenſ.

10. MInime ſane poſt *Biſantium* numerandus, & collocandus eſt in ejus Succeſſorem *Romulantes Protospata*, ex eo quia ipſe ſtatim poſt electionem Conſtantinopolim in *exilium* amandatus fuit, una cum fratre ſuo *Petro*. Loco igitur ipſius ſubſtituendus, & numerandus eſt *NICOLAUS* qui, uti verus legitimuſque *Biſantii* Succeſſor agnitus fuit, proptereaque in ipſius Cathedra, & Solio ſuffectus. Hic itaque ubi poſſeſſionem cepit, illico animum manuſque adjecit ad *perficiendam Cathedralem Baſilicam Baren.* (quam morte, & memoratis calamitatibus præventus ſuus Anteceſſor, ad umbilicum perducere haud poterat) eamque demum terminavit, ſicut *Beatillus* profitetur.

Ignot. Barenſ. apud Pratill. tom. 4. pag. 322.

Beatill. Vit. S. Sabini pag. 163.

11. „ Subdit *Mabillonius*: *Hoc ipſo anno* (1039.) *Nicolaus Ar-*
„ *chiepiscopus Canuſinus, & Barenſis, anno sexto Imperii Michaelis Con-*
„ *ſtantinopolitani, tertio anno Præſulatus ſui, menſe Octobri Indictione VII.*
„ Eccleſiam Sancti *Nicolai*, quam adhuc Laicus prope Barim ædificaverat
„ in Turre de Muſarra, in libertatem aſſeruit, & *Petro monacho venerabili*
„ *Abbati* ordinandam, & regendam contulit, data poteſtate, ut Mona-
„ chos illic collocaret, & extremo vitæ ſuæ tempore Abbatem ibidem,

Mabillon. Annal. Benedict. ad ann. 1039. tom. 4. pag. 399.

,, quem vellet, inſtitueret. *Petrus* iſte Abbas erat Monaſterii *SS^{mæ} Tri-*
,, *nitatis Barenſis*, ut patet ex Diplomate *Leonis PP. IX.* qui *Mario* ejuſdem
,, Monaſterii Abbati eamdem Eccleſiam confirmat, quam prædictus *Nico-*
,, *laus Epiſcopus Eccleſiæ jam dictæ Sanctiſſimæ Trinitatis* obtulerat. Hoc
,, *Leonis Diploma* datum eſt *IV. nonas Septembris*, ejus Pontificatus An-
,, no V. Jam ergo ante medium *ſeculum undecimum* extabat illud Barenſe
,, Sanctæ Trinitatis Monaſterium, uti, & prædicta *Sancti Nicolai Eccleſia*,
,, *antiquior ea*, quæ ad recipiendum *Sancti Nicolai Epiſcopi Corpus* poſt *an-*
,, *nos quadraginta octo* conſtructa eſt. Antiquior illa *Eccleſia* poſtmodum
,, conceſſa fuit *Cavenſi Monaſterio*, ex cujus Archivo *Nicolai Archiepiſcopi*,
,, & *Leonis IX.* mox laudatas litteras accepimus.

12. Verum ea Nicolao occaſio oblata fuit, qua nulla opportunior contingere poterat, ut zelum ſuum commonſtraret. Satis compertum eſt, ſummum Pont. *Leonem IX.* cum aliquibus conjunctum *Germanis* contra *Normannos* bellum gerentem ab iiſdem captivum factum, ſummo nihilominus, uti decebat, *honore Beneventum* fuiſſe perductum. Mortale in hoc bello vulnus accepit *Argirus* filius *Meli*, qui, pace cum Græcis compoſita, ſub eorum ſignis *Ducis* munere auctus ſtipendia merebat. Hæc ita narrantur ab *Ignoto Barenſi*: *Anno 1052. Indict. V. Occiſus eſt Guaimarius Princeps Salernitanus. Et Argiro ibit in Siponto per mare. Deinde Umfreda, & Petrone cum exercitu Normannorum bit ſuper eum, & fecerunt bellum, & ceciderunt de Longobardi ibidem; ipſe Argiro ſemivivus exiliit plagatus, & ibit in Civitate Veſti: Et venit ipſe LEO PAPA cum Alamanni, & fecit prælium cum NORMANNI in Civitate, & cecidit. Comprehenſerunt illum, & portaverunt Benebento, tamen cum honoribus. 1053. Ind. VI. ARGIRO direxit ipſo EPS TRANENSE CONSTANTINOPOLI MESSATICO.*

Murat. Annal. Ital. ad an. 1053.

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 329.

13. Tranenſis vero Præſul hac *Legatione* accepta utpote in *aula Bizantina* plurimum factus, magnoque in honore habitus, e Conſtantinopoli *redux*, ſecum advexit impium nefariumque *Diploma Conſtantinopolitani Patriarchæ* blaſphemiis refertum, ut illud in *Apulia* promulgaret, ſicuti legere eſt ap. *Baronium*, ibi ,, Ipſe Michael cognomento Cerularius, necnon & *Leo* Acri-
,, danus Archiepiſcopus Bulgarorum, in ſugillationem omnium Latinorum,
,, adverſus Sanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem, immo contra
,, omnem Occidentalem Eccleſiam ſcripſerunt *Epiſtolam*, quam miſerunt
,, ad *Joannem Tranenſem in Apulia Epiſcopum*, pervulgandam apud *Lati-*
,, *nos* omnes, hoc titulo: *Michael univerſalis Patriarcha novæ Romæ, & Leo*
,, *Archiepiſcopus Acridiæ, Metropolis Bulgarorum. Dilecto Fratri Joanni*
,, *Tranenſi Epiſcopo.* Dei magna dilectio, & jucunda compoſitionis viſcera
,, flexerunt nos ſcribere ad tuam *Sanctitatem*, & per te ad univerſos *Princi-*
,, *pes Sacerdotum*, & *Sacerdotes Francorum*, & *Monachos*, & *Populos*, &
,, ad ipſum Reverendiſſimum *Papam*, & memorari de *AZTMIS*, &
,, *SABBATIS*, quæ myſtice indecenter cuſtoditis, & communicatis *Ju-*
,, *dæis*. Etenim *Azyma*, & *Sabbata* ipſi cuſtodire a *Moyſe* juſſi ſunt: no-
,, ſtrum vero Paſcha Chriſtus eſt . . . . . .

Baron. ad ann. 1053. §. 22. & ſeqq.

14. Opportune quidem *Trani* agebat *Umbertus Epiſcopus Silvæ Candidæ*, qui Diploma e *Græco latinum* factum R. P. *Leoni* tradidit. Pontifex vero eidem digniſſimam objecit reſponſionem a *Labeo* relatam. Eapropter magnos ingenteſque labores exantlare debuit noſter *Nicolaus*; etſi enim teme-

Labbei Concil. tom. 11. col. 1319.

rita-

ritatem *Joannis* perdomuerat, eumque vellet nollet adegiſſet, ut *Archiepiſcopi* titulum deponeret, tamen iſte cum *Græcis* agere non prætermiſit, eoque demum pervenit, ut publicum Græcorum Adminiſtrum ſe faceret ad excitandum in *Provincia Canuſina* Schiſma. Sed per ſummam Dei clementiam, omnes illius conatus in caſſum recidere, nihilque penitus in ſceleſtiſſimis ſuis ceptis conſiliis profecit; obſiſtentibus autem tunc *belli* tumultibus nullam ſuorum ſcelerum pænam retulit *Joannes*, ſed poſtea *anno* 1059. in Concilio *Melphien.* a Papa *Nicolao II.* habito *Tran. Epiſcopatu merito expoliatus fuit*, uti refert *S. Petrus Damian.* his verbis: *Nunquam certe vidiſſe me memini Pontificales Baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos, ſicut erant qui ab Erculano, atque TRANENSI geſtabantur Epiſcopis: uterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao præſidente, alter in Lateranenſi Eccleſia coram Alexandro Papa, Romanis ſcilicet Pontificibus, ſunt DEJECTI: nec eis profuit, quod Pontifices ligneis auratis uſi ſunt Baculis, dum Sacerdotii meritum non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum.*

S. Petrus Damianus in Epiſt. ad S. R. E. Cardinales.

15. *Ughellus* atque *Lucentius* exiſtimant, *Joannem* hunc, de quo loquimur, diverſum plane eſſe ab illo, qui *Imp. & Patriarcha Conſtantinopolitani Sinkellum*, & *Tran. Sipontinumque Archiepiſcopum* ſe dictitabat. cl. *Aſſemanus* autem iisdem diſſentit, propugnatque unum, eumdemque eſſe Schiſmaticorum adminiſtrum. Interea cum zelantiſſimus *Nicolaus* Schiſmaticorum edicto ſe, uti par erat, tamquam murum æneum oppoſuiſſet, idcirco *exilii* pæna multatus *Conſtantinopolim* deportatus fuit *ann.* 1055., uti toties laudatus *Ignotus Baren. teſtatur*: *Anno MLV. Ind. VIII. Nicolaus Archiepiſcopus perrexit Conſtantinopolim.*

Aſſeman. de Reb. Neapol. tom. 3. pag. 574.

§. III.

Andreas Archiepiſcopus Canuſinus, & Commendatarius Barenſis Eccleſiæ, & Normannorum in Civitatem Barii ingreſſus.

16. UT communis fert ſententia *Nicolaus* adhuc in exilio exiſtens animam exhalavit. Occaſione autem electionis ejus Succeſſoris, maximæ excitatæ ſunt turbæ, ac diſſenſiones *Ignotus Baren.* hæc habet: *Anno* 1061. *Indictione XIV. Mortuus eſt NICOLAUS Archiepiſcopus; & a quibuſdam electus eſt ANDREAS*: Idem addit quod 1064. *Ind II. Fecit Andreas Synodum in ipſo Epiſcopio . . . . . Et ROBERTUS Dux venit in Bari, & fecimus ei Sacramentum, & ille nobis*. Sed quoniam memoratus ſubdit *auctor*, quod *Anno* 1066. *Indict. IV. Perrexit ANDREAS Archiepiſcopus Conſtantinopolim*. Ideo innuere videtur, quod Dux *Robertus* non tam cito *Bario* potitus fuerit, cum in præfato *an.* 1066. *Archiepiſcop. Andreas* commode Conſtantinopolim perrexerit, quod tamen ille Græcis infenſus non permiſiſſet.

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4 pag. 332.

17. Non eſt equidem, quod *Normannorum* texamus *hiſtoriam*. Satis ſuperque nota eſt, & a doctiſſimis viris pertractata, & mirum in modum illuſtrata. Quam, ob rem ne coctam crambem recoquam, & ab aliis jam dicta repetam, idcirco de eadem hiſtoria ea ſolum decerpere conabor, quæ aliquo

Digitized by Google

quo modo ad *Canuſinam Eccleſiam* ſpectare poſſe videbuntur. Jam ſupra demonſtratum fuit, quod fortes ac bellicoſi *hi viri* uſq.ab *ann.* 1027. in *Canuſii* arce eorum exercitus robur conſtituerant, alii vero *Normanni* ſub Comite *Randulpho* Civitatem *Atellæ*, quæ deinde *Averſa* fuit vocitata, incolatum perrexere. Cum autem *Canuſio* proxima ſit *Melphis*, ſtatim ea potiti, ſuæque adjecerunt ditioni Normanni, ibique celebrem illam exædificarunt *ARCEM*, in qua longo temporis ſpatio hoſtibus ſuis reſiſtere valuerunt, Quemadmodum vero variæ ſemper bellorum vices eſſe ſolent, ita *Græcis*, *Normanniſque* inter ſe bella gerentibus eveniebat: idcirco cum *Græci Canuſium* occupaſſent, non multum eo frui potuerunt; invicti enim *Normanni* ſtatim idem illis abſtulerunt, in ſuamque denuo redegerunt poteſtatem, ut tradit idem auctor *Chronic.Caven.*: *Anno* 1054. *NORMANNI in Apulia ceperunt Tranum*, *CANUSIUM*, *& alias Civitates*, *expulſantes Græcos*, *& Saracenos*, *qui dominabantur iis*.

Chronic. Cavenſ. apud Pratill. tom. 4. pag. 434. & ſeq.

Murat. Annal. Ital. ad an. 1042.

Idem pag. 442.

18. Strenuiſſimus omnium hujus nationis vir fuit *ROBERTUS GUISCARDUS*, qui, uti nos condocet *Ignotus Baren.*, defuncto *Unfredo* fratre ſuo, eidem in dominatu ſucceſſit: *Anno* 1057. *Indictione X. obiit Unfreda*: *& ſurrexit Guiſcardus Frater ejus*. Potentiſſimus hic Princeps ab *Alberada* prima ſua conjuge filium ſuſcepit *Marcum* appellatum, ſive alio nomine *BOAMUNDUM*. Deinde duxit in matrimonium *Sigelgaitam* demortui *GUAIMARII Salerni Principis* natam. Demum *an.* inſeq. 1059. a *R. P. Nicolao II.*, *Melphi* convocata Synodo, in ea, refert *Guil. Apulus*.

Chron. Caven. pag. 442.

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 331.

ROBERTUM DONAT NICOLAUS HONORE DUCALI.

Dux igitur *Apuliæ*, & *Calabriæ* creatus *Robertus* ob inſignes victorias, & triumphos, quos adjutus etiam virtute, & fortitudine *primogeniti ſui Boamundi* reportavit, *Victoris* & *domatoris* nomen, & titulum promeruit. *Saracenos* namque, & *Græcos* ipſe ejecit ab *utraque Sicilia*. Unde poſtea factum fuit, ut *duo* hæc Regna conſtituerentur, quæ antea in *varias Provincias* partiebantur, & a diverſis regebantur *Principibus*. Eorum autem omnium locorum, quæ in *Calabria*, *& Sicilia* ultra *Pharum* Græcis Saraceniſque abſtulit, ſuoque adjecit Imperio, *Comitem* conſtituit fratrem ſuum *Rogerium*.

19. Interim ipſe conſilium opuſque ſuſcepit forti obſidione cingendi *Barium*, ut ab eo Græcos expelleret. Durum certe illi fuit, ut eo potiretur. Sed demum poſtquam per 4. *ann.* iſtud obſediſſet, & inſidias ipſi paratas evaſiſſet (*ſagitta* enim *veneno* aſperſa a Sicario *Baren.* ipſi intorta nihil ei obfuit) *ann.* 1070. eamdem Civitatem expugnavit. Sed ipſa pacifice frui haud potuit, etenim *Barenſes* ab *eodem defecerunt*, etiamſi potentia, viribus, & nobilibus affinitatibus *Robertus* multum increverat; quippe qui, ut auctor eſt *Protoſpata* cum clarior, & illuſtrior etiam apud exteras gentes evaſiſſet; *Michael* enim *Dux Orientis Imp.* tractatum cum eo iniit, ut filiam *Roberti* nuptui traderet *Conſtantino Porfirogenito Auguſto* ejus filio, & in Imperio Collegæ, Ex quo, ut ſubdit *Zonaras*, *Conſtantinopolim* Roberti filia perducta fuit, eique juxta Græcorum morem, nomen *Elena* impoſitum fuit. Altera filia *Roberti* Matrimonium iniit cum *Ugone* Marchionis *Azonis* nato ex nobiliſſima *Eſtenſi* domo, tertia vero cum *Raimundo II.* Comite *Barcellonenſi*, ſicuti ſcribit *Guil. Apulus*:

Murat. Annal. Ital. ad an. 1069. *pag.* 221.

Zonaras Annal. Ital. tom. 2. *pag.* 286.

Murat. ſup. ad ann. 1077.

Partibus Eſperiæ quem Barcilona tremebat
Venerat inſignis Comes hanc Raymundus ad Urbem,
Ut nuptura Ducis detur ſibi filia, poſcit.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Vrſus Archiepiſcopus Canuſinus , & Commendatarius Eccleſiæ Barenſis .

20. ANdrea e vivis erepto ingentes *litium* motus, & perturbationes *Barenſes* inter, & *Canuſinos*, propter illius *ſucceſſoris electionem* eruperunt. Quare Dux *Robertus S.Greg.PP.VII.* enixis precibus exoravit, ut *ſuſpenſa* jam *electorum confirmatione* pro illa *vice* tantum, dignaretur ab Eccleſia *Rapollen.* ipſius Eiſcopum *VRSVM* ad *Eccleſiam Canuſinam* cum *Eccleſiæ Baren. Commen.* transferre. Communiter autem exiſtimatur *Vrsum* ad hanc dignitatem promotum fuiſſe *ann.*1077.: In quodam enim ſuo *Diplomate* apud *Vgbellum* 1080. *Indict. IV.* dato aſſerit effluere *tertium annum sui Præsulatus*; *Anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chr.*1080.*menſe Novembri Indict.IV.*

Vgbell. de Archiep. Barenſ. tom 7. col.606.

Ego VRSO Dei providentia Archiepiscopus tertio anno Præsulatus mei Sanctæ Sedis Canuſinæ & Barenſis Eccleſiæ declaro &c.

Inter multas notitias, quas *Joann. Baren. Archidiac.* de hoc Archiepiſcopo in decantato *Iſtrum. prætensæ S. Sabini Inventionis* nobis reliquit, hæc habemus: *Quod Urso vixit in Archiepiſcopatu Barenſi annis novem, & menſibus octo*: viceverſa teſte *Lupo Protospata de Anno* 1089. *obiit Ursus Barenſis Archiepiscopus*. Unde cum *ann.* 1080. excurreret *tertius* illius Pontificatus *annus*, ipſeque uſq. ad *ann.* 1089. vitam produxerit, non amplius novem *ann. & mens. octo*, ſed *tredecim* circiter *Pontificatus annos* computari, & illi tribui debent. Sed ex eo quia *Barenſes* uſque ad *annum* 1080. minime eumdem agnoſcere voluerunt, ideo præf. Archidiac. a dicto *anno epocham* auſpicatus fuit illius Præſulatus, quando nempe Dux *Robertus rebelles Barenſes vi armiſque adegit*, ut ſuo ſe ſubjicerentur imperio *Præſuliſque* ſui quem agnoſcere detractabant, nutibus obtemperarent. Id innuere videtur *Ignotus Baren.* ſubjectis hiſce verbis: *Anno* 1080. *Indict. III. Ipſe Dux fecit Fine cum Bari, & menſe Aprili fecit Taranto cum illo, & Trane, & familare fecit ibi Michael Imp. & VRSO ARCHIEPISCOPVS intravit in Sede Barina die III. Intrante menſe Auguſti.*

Ignot. Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 335.

21. Juvat hic referre ea, quæ narrat de hoc Archiepiſcopo cit. *Archidiaconus*, qui illius *familiarem* ſe fuiſſe gloriatur, „Tēporibus, inquit, *Vrſonis* Archiep. (qui „ prius fuerat apud *Rapollam Epiſcopus*, ſed poſtea per potentiam, & *voluntatem Ducis Roberti* a *Papa Gregorio*, qui, & *Ildeprandus* dictus, ad Eccleſiam *Barenſem* traductus fuerat, *Archiepiſcopus* ordinatus eſt)....Verum quia ipſe Archipræſul multis, & variis *impeditus erat negotiis*, inquiſitio iſta protracta eſt, ſuoque in tempore dimiſſa. Erat namque „ majorum cauſſarum fere omnium *Ducis Roberti, & Conſiliorum intimus, & particeps*, quia, & fideliſſimum ſibi ſuis in negotiis jam, & „ probatum habebat aliqua in Legatione *Apocriſarium*, Nam, & frequenter ad prædictum *Papam* legaverat, & in *Hiſpaniam* illum miſerat, quando *filiam ſuam Comiti Barcellonenſi* nuptui dederat. Quem de ſuæ Provin-

Ap. Bolland. in Vi: S.Sabini tom. 2. menſ. Febr. pag. 329.

„ vinciæ Regno pro nuptiis confirmandis uſque in terram iſtam, quæ ſub
„ ejus *Ducis* erat dominio, cum multo comitatu, & apparatu ſumptuoſo
„ conduxerat. Præterea cum eodem *Duce* quocumque *ibat*, *equitabat*, fere
„ *totius anni* per *ſpatium*; quoniam pro his quæ retulimus, & aliis prope ſe il-
„ lum volebat degere, ſuiſque in negotiis, ut prænotavimus, habere parti-
„ cipem. *Rariſſime* igitur ſuum ad *Epiſcopatum* veniebat, aut in *Paſcha*, aut
„ in ſolemnitate *Natalis Domini*, aut in quibusdam *paucis anni partibus*, non
„ tamen *diù* morabatur, ſed tantum *quatuor diebus*, aut ad ſummum per
„ *ſeptimanam*. Hoc itaque modo tranſeundo per tempora, fatigatus, & in-
„ quietus, ſicut ipſe nobis retulerat, ſæpe multis ſub laboribus, & itine-
„ ribus, & ſollicitudinibus, utpote qui tanto *Duci* ſervire ac perplacere vo-
„ lebat, vixerat. Tandem autem *Hieroſolymam*, cauſſà orationis, *ad ſe-*
„ *pulchrum Domini* profectus eſt, & in eodem anno exinde *Barum* rediit,
„ & aliquanto tranſacto tempore ivit *Canuſium*, ibique *infirmatus obiit*, &
„ *ſepultus eſt* 16. *Kalendas Martii*. Hic vixit in *Archiepiſcopatu Barenſi an-*
„ *nis novem*, *&* *menſibus octo*.

22. Quæ hactenus ab Archidiacono exſcripſimus nos adducunt, ut pauca quædam ſubnectamus de itineribus, quæ *Urſus* confecit cum *Roberto*, a cujus *conſiliis* erat. Dux igitur *Robertus* magnas gerens inimicitias cum Imp. *Nicephoro* qui *Michaele*, & *Conſtantino Porfirogenito*, ejusdem Ducis *genero e ſolio deturbatis*, ſe in idem intruſerat: tantam injuriam, & ſcelus vindicaturus ſimulans, quod quidam *Græcus Apuliam* appulſus *Michael* eſſet *Imperator*, validiſſimo ſtipatus exercitu *Orientem* verſus vela fecit, ut *Nicephorum Botoniatem* dictum occupato throno expoliaret, illumque *Michaeli* reſtitueret. Quamvis autem intellexiſſet *Nicephorum* jam fuiſſe in ordinem redactum ab *Alexio Comneno*, qui, edita ingenti ſtrage, Imperium occupaverat, tamen *Robertus* ſtrenuiſſimo filio *Boamundo* confiſus quo cœpit, perrexit, expugnataque *Dyrrhachio*, tota *Inſula* potitus eſt. Dein *Bulgariam* invaſit, *Corcyram* in ſuam redegit poteſtatem, & omnia terroribus cladibuſque complens, *Conſtantinopolim* partim vi, partim obſidione capere minitabat, nomenque ſuum formidabile illius incolæ perhorreſcebant.

Summonte hiſtor. Neapi cap. 2. tom. 2. pag. 211.

23. Interea *Henricus IV*. Occidentis Imper., qui diris devotus fuerat a *S. Greg. VII.* ab eodem abſolutus, & fidelium communioni reſtitutus fuit Canuſſii vulgo (*Canoſſa*) ut ex Diplomate apud eumdem *Baronium ſub datum Canuſſii*, ubi Pontifex una cum Comitiſſa *Mathilde* reperiebatur ab *ann.* 1077., uti narrat *Sigonius*, qui addit, quod de *anno* 945.: *Atto Comes Tuſciæ, a quo poſteri uſque ad Mathildem in Tuſcia dominati ſunt, Arcem quæ Parmæ ſubſidio eſſet extruxit, quam Canuſſium appellavit, eamque Monaſterio poſt nobiliſſimo decoravit*. Hujus Monaſterii meminit *Mabillonius* in *Annalibus Benedictinis*. Prædictum vero *Caſtrum* in *Lombardia* exiſtens diverſum plane eſt a *Civitate Canuſii* in *Apulia*, de qua nos ſcribimus.

Baron. ad an. 1077. §. 18. & ſeq.

Sigonius de Regno Ital. lib. 9. pag. 412. & ſeq.

Mabillon. Annal. Bened. ad ann. 1082. tom. 5. pag. 170.

24. Præterea *Henricus* Imp. inſolentior quam antea effectus *Romam* occupavit in *Laterano* collocans *Guibertum Antipapam*, & obſidens arcem *S. Angeli*, in qua *Gregorius* ſeſe receperat, hinc ipſe ad *Robertum* confugit petens ab eo, ut ab Imperat. manibus eriperet. Nec mora *Robertus* poſtulata fecit Pontificis; demandata itaque cura *Boamundo*, ut bellum pergeret in *Oriente*, cum magno exercitu ipſe in *Apuliam* venit, ibique ingenti collecta *pecunia*, ut tradit *Lupo Protoſpata*, deſtructaque *Cannarum* Urbe, quæ ab ipſo ſe ſubduxerat, *Romam* contendit; magna hic edidit virtutis, & fortitudinis ſpe-

Lup. Protoſp. ap. Praſill. tom. 4. pag. 46.

mina: nam *Henricum*, & *Antipapam* expulit, *Pontificem* in libertatem

Baronius ad an. 1084.

aſſeruit, *Romanoſque rebelles* eidem ſubjecit, ipſumque ſecum *Caſſinum*, indeque perduxit *Salernum*, ubi in Eccleſia ab ipſo *Roberto reſtaurata S. Matthæi corpus Pontifex* condidit; hinc *Apulus* cecinit Poeta.

Guillelm. Apulien. lib. 4.

Cannis *deſtructis* Romam *molitur adire*
Contra Gregorii *Romani Præſulis hoſtem*.
Henricum, *cujus jamdudum obſederat* Urbem;
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altaque *tormentis murorum* mœnia *fregit*,
Et turres multas invictæ diruit Urbis.
Jamque ſibi fuerat pars ſubdita Tranſtiberina,
Gregorius *quadam fuerat concluſus in* arce,
Quæ munita ſatis non expugnabilis ulli
Eſſe videbatur, miri ſtructura laboris.
Hanc, & munierat fidæ cuſtodia gentis:
Robertum *tantos ubi novit iniiſſe paratus*,
Et ſibi eum tantis inferre paratibus arma,
Rex *fugit* Henricus, Ducis *hunc audacia terret*,
Et Virtus *tota jam notificata per* Orbem,
Expectare verens hunc ad loca tuta receſſit.
Robertus Romam *properans vi perforat* Urbis.
Egregiæ muros: *tamen auxiliantibus ipſi*
Paucis Gregorii *fautoribus, indeque quibusdam*
Ædibus exuſtis violenter ab obſidione
Liberat obſeſſum *jam tanto tempore* Papam:
Hunc ſecum magno deducit honore Salernum.

25. Difficile dictu eſt, quanta virtute, & fortitudine præſtantiſſimus ſe geſſerit *Boamundus biennio* illo, quo Pater ab *Illyrico* abfuit, præſertim in *duobus præliis* cum Græcis commiſſis, in quorum primo *Alexium Comnenum* cum exercitu *in fugam conjecit*; in altero vero *dubia* fuit *victoria*, uti famam

Romuald. Salernit. Archiepiſ. apud Murat. rer. Ital. tom. 7.

tunc tuliſſe, refert *Romuald. Salerni Archiepiſcopus*. Quocirca Dux *Robertus* cum talia, & tanta facinora a filio edita audiſſet, majores cepit animos illuc remeandi, copiis, navibusque magis magisque inſtructus, quem ſequi voluit *Sigelgaita* ipſius *uxor*: vela igitur faciens incidit in *Græcorum* cum *Venetis* cojunctorum claſſem, commiſſoque prælio inimicos *fugavit*, *aliquas eorum*

Murat. Annal. Ital. ad an. 1084.

Ann. Comnena de Alexio.

cepit naves, duas cum hominibus in altum projecit, 2000. *captivos* fecit, & *multa hominum millia* ex *Græcis, Venetiſque* interjerunt: horum bellorum ſeriem & hiſtoriam literis, poſteritatique mandavit *Anna Comnena Imp. filia*, quæ & ſi hoſtis, meritas *Normannis* laudes tribuit.

26. Sed citius res immutatæ ſunt. *Sigilgaita* enim cum virum ſuum ad exitum vergere conſpiceret, apud ipſum aſſidue inſtabat, ut neglecto *Boamundo Rogerium*, quem ab ipſa ſuſceperat, ſcriberet *hæredem*. Verum cum optime intelligeret difficile admodum fore, ut ad id *Robertum* adduceret, *Veneno* e

Ordericus Vital. lib. 7.

medio tollere *Boamundum* contendit; quapropter ille mortiferi morbi adactus, ex *Oriente* profectus in *Apuliam* ſeſe contulit: conſtans fama eſt, quod eidem conſultum fuit, ut ad *S. Sabinum* præcipuum *veneno* infectorum *patronum* recurreret, quandoquidem nulla fere præteriret dies, quin idem hujuſmodi liberationis gratias ab *Omnipotenti Deo* impetraret. Hiſce optimis ſaluberrimiſque conſiliis illico acquievit Princeps, nullaque interpoſita mora

Canu-

Digitized by Google

Canuſium ſupplex venit *ad Sacram Divi Baſilicam*, ubi (mirabile dictu) *voti compos extemplo factus fuit*: quapropter actis immortalibus, debitiſque tum *Altiſſimo*, tum *Interceſſori ſuo gratiis*, ut perenne tantæ rei extaret monumentum, & aliquam pro ingenti accepto beneficio gratitudinem demonſtraret, *ſub ſuam perpetuam PROTECTIONEM* recepit *Canuſinam Eccleſiam* intuitu *S. Sabini*, cujus ſacrum pignus in eadem ſumma religione ſervatur, & colitur, & in qua ſingularia, & prodigia *Deus* operatur erga omnes, qui ad illius interceſſionem, & præſidium confugiunt.

27. Dum hæc *Canuſii* agerentur Dux *Robertus* in gravem incidit morbum. *Sigilgaita* nihil intentatum reliquit, ut omnium dominiorum ab ipſo partorum *hæredem* inſcriberet *Rogerium*: verum aliqui putant, quod *Robertus Boamundum* quidem *Orientis ditionum* ab ipſo acquiſitarum *hæredem* inſtituerit, *Rogerio* vero ſtatus, quos in *Italia* poſſidebat, *teſtamento* reliquerit; qua facta diſpoſitione glorioſiſſimus & invictus Domator *Robertus* debitum naturæ perſolvit in Inſula *Cephaloniæ an.* 1085. *die* 17. *Julii S. Alexio* ſacra. Nonnulli perperam exiſtimarunt, & literis conſignarunt quod ſpe, expectationeque ſua fruſtata *Sigilgaita Veneno* etiam perdere conjugem tentarit; ſed inconcuſſis rationibus, ineluctabilibus auctoritatibus recentiores peritiſſimi hiſtorici evincunt, hoc falſiſſimum eſſe, *Robertumque* nonniſi *naturali morbo* peremptum fuiſſe demonſtrant, quemadmodum inter omnes, & ſupra omnes optime *Pagius* ediſſerit. *Pagius ad Baron. ad an. 1085. n. 9. & 10.*

28. Ineluctabili igitur fato e vivis ſublato *Roberto*, omnia cum ipſo cadere, & interire viſa ſunt; omnia enim præclara, & præſtantiſſima opera ab ipſo incepta evanuere. Magnum aliquod omni proculdubio de ſe portendere videbatur *Boamundus*, immo omnium ſpes in eo quodammodo ſuſtentabatur, ex eo præcipue, quod ſicut ipſius pater *Roma* fugarat *Imperatorem* Occidentis, ſic ipſe eodem plane tempore *in fugam* egerat *Orientis Imperatorem*. Sed o vanæ hominum ſpes! o incerta vota! o dubia & ancipitia humanæ vitæ curricula! Ille namque Patris *teſtamento* vehementer indignatus, exacerbatuſque arma convertit in *fratrem ſuum Rogerium*. Qua de re exanime Ducis *Roberti* corpore *VENUSIUM* trajecto, ibique in *Eccleſia SS. Trinitatis* a *Normannis* extructa tumulato, ſimulque copiis omnibus ab *Oriente* appulſis, bellum inceptum eſt in *Apulia*, ubi incredibiles ad invicem admiſerunt hoſtilitates uſque ad *an.* 1089., in quo *pax*, & concordia inter fratres firmata fuit, uti ſuo loco dicetur.

29. Tempus eſt, ut ad *Urſum* redeamus: Hic expleto *Conſiliarii*, quod apud *Robertum* agebat, munere, ſtatim ad ſuam convolavit Eccleſiam, nempe *Canuſium*, ubi jam inde a ſui Pontificatus initio ſedem domiciliumque fixerat, quamvis per *aliquot dies* ſæpe ſępius ad ſuam commendatam Eccleſiam, ſcilicet *Barenſem* pergeret; ea de cauſa cum *Epiſcopus Rubenſis* ad ſuum Metropolitanum qui nunc *Canuſii*, nunc *Barii* agebat, venire deberet, ſcribit *Protoſpata*: *Anno* 1082. *Epiſcopus Rubenſis nomine Guislibertus donavit Priori Montiſpiloſi Eccleſiam S. Sabini, quæ eſt in Civitate Rubi, qui Prior tenebatur omni anno ad quatuor libras ceræ in die Sabbati Sancti, & mittere unum hominem equeſtrem ad ſuas expenſas, quando EPISCOPUS RUBENSIS ibat ad BARUM, ſeu ad CANUSIUM.* *Lup. Protoſp. Chron. apud Pratill. tom. 4. pag. 46.*

30. Denique nunquam certe hujus Archiepiſcopi nomen oblivione delebitur, ex eo quia ipſi contigit ſummus honor excipiendi ſacra, & portentoſiſſima *S. NICOLAI OSSA BARIUM* advecta a quibuſdam navigantibus ejuſ-

Nicephorus hiſtor. Tranſlat. S. Nicolai.

dem civitatis. *Nicephorus*, cui hujus translationis *hiſtoriam* debemus, teſtatur quod vix ad *portum* ſacro pignore appulſo, ſtatim *Canuſium*, ſive *Tranum*, ubi moram trahebat, miſſus fuit celer, ut Archiepiſcopum *Urſum* vocaret: *Interea*, inquit, *ad D. Urſionem Archipiſc. legatio dirigitur, qui tempore illo apud CANUSIUM, & Tranum Civitates morabatur, quarum Pontificatu una cum BARENSI Archiepiſcopio fungebatur, inde poſt biduum Joanne Archidiacono ſuo ſe comitante Hieroſolymam iturus.*

Ughell. de Archiepiſ. Tranen. tom. 7. col. 894.

31. Opere prætium eſt, ut hic animadvertamus, quod *Urſus* non ideo *Trani* morabatur, (ut quis forſan ſuſpicari poterit) propterea quod *Eccleſiam illam in Commendam haberet*; nam ab *ann.* 1071. uſq. ad 1098. *Eccleſiam Tran.* rexit Epiſcopus *BISANTIUS*, ut refert *Ughellus*, qui poſtmodum fuit *primus ARCHIEPISCOPUS TRANENSIS*: unde in ea nullam aliam habebat *Urſus* jurisdictionem, quam illam, quæ ei competebat, tamquam ejuſdem Eccleſiæ *Metropolitano*. Non alia idcirco de cauſa *Trani* tunc agebat, quam ut opportunam nactus occaſionem, commodius e portu *Tranenſi* ſolveret, *Sanctam Hieroſolymorum Civitatem* tranſnaturus, non ſecus ac dilectus ſuus collega *Joann. Archidiac.* profitetur: *Urſo enim Barinorum Archiepiſcopus, vir Religioſus, Deoque dignus, & Dominis Italicis notiſſimus, & familiaris amicus erat tum apud Tranum, cum quo, & nos illo die eramus. Navis enim illic præparata ſtabat, quam poſt diem alterum ingredi ſtatuerat, cauſſa orationis Hieroſolymam profecturus.* Vix itaque certior factus *Urſus* de *S. NICOLAI corporis adventu*, illico *Barium* convolavit, prætioſiſſimum iſtum theſaurum in *Benedictinorum*, cujus *Abbas* erat *Elias*, *Eccleſia* recondidit; quibus expletis devotioni ſuæ ſatisfacturus, perrexit *Hieroſolymam*; e qua rediens *Canuſium*, ubi plerumque commorari ſolitus erat, venit. Ibi lethali correptus morbo humanas depoſuit exuvias, quæ debito honore in Sacra *Baſilica* reconditæ fuere, uti ſupra ex *Joann. Archidiacono* retulimus.

Joannes Archidiac in hiſt. Tranſl. S. Nicolai.

Sup. n. 21. pag. 153.

CAPUT XI.

Præpoſitus Eccleſiæ Canuſinæ, ac univerſæ illius Diœceſis Adminiſtrator.

Baron. ad ann. 1091. §. 16.

1. INcomparabilis *Baronius* acri, quo pollebat judicio, & ſummo, quo æſtuabat, veritatis amore profitetur, ſe non alia de cauſa tantopere decantatum *Inſtrumentum Joann. Archid. Barenſ. ann.* 1091. ſtipulatum *Annalibus* ſuis inſerere, quam quia *PLURA SCITU UTILIA* contineret. Et certe perpetuum ab ipſo Inſtrumento nobis perhibetur teſtimonium, ac monumentum optimæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſervatæ in Eccleſia Canuſina ſuo viduata Paſtore per *PRÆPOSITUM ADMIMISTRATOREM*; inquit enim præfatus *Archidiaconus* quaſi *Canuſinos* irridens, quod (uti ipſe ſomniabat) *Corpus S. Sabini* in propria Eccleſia illi quæſiverint, atque perquirerent, minimeque repererint. *Multoties enim quæſitum eſt in eadem Eccleſia de Confeſſoris ejusdem Corpore, & AMORDACA NOMINE PRÆPOSITO PRÆDICTÆ ECCLESIÆ (CANUSINÆ) ATQUE RATNERIO. ET ALIIS, QUI PRÆFUERANT, ſed nunquam, & nuſquam ab illis potuit hactenus inveniri &c.*, ut in noſtra Appendice.

2. Sed

2. Sed in primis explicemus oportet, quid ſibi velit *Præpoſiti* nomen. *Sacri Canones* rotundis verbis edocent, nihil penitus ſignificare, niſi prius inſpiciatur *Cœtus, cui ille præſit.* Eapropter in *Divinis literis* ſæpius hoc nomen invenitur tributum variis hominum Ordinibus, indicans eorum fuiſſe *Caput:* atque hinc *S. Paulus* nomine *Præpoſiti* nihil aliud intellexit, quam *Epiſcopum*, aut illum, qui deficiente *Epiſcopo*, vice locoque ipſius *Cathedrali*, *atque Diœceſi* præſideat cum hac obligatione, ut *Animarum* ſibi commiſſarum rationem reddere teneatur: *Mementote*, ita Apoſtolus: *Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei*: & verſ. 17. *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro Animabus veſtris redditurí*: Et exinde etiam manat quod Magnus Doctor. *Cyprianus divinæ inſtitutionis* agnoſcat non minus *Epiſcopos*, quam *Præpoſitos*, & ut frangeret domaretque *Diaconorum* ſuperbiam, qui eorum poteſtatem ſupra ſuos Superiores nimium elevare contendebant, ſcripſerit: *Meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, hoc eſt EPISCOPOS, ET PRÆPOSITOS DOMINUS ELEGIT, Diaconos autem, poſt Aſcenſum Domini in Cœlos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui, & Eccleſiæ Miniſtros.*

Cap. Quamvis 9. de verb. ſignific.

Ad Hæbreos cap. 13.

S. Ciprianus Epiſt. 65. ad Rogatianum

3. Verum quemadmodum in hoc illuminatiſſimo Seculo adhuc in Foro ſuperſunt, & retinentur opiniones *Pragmaticorum*, qui ſentiunt, & ſcribunt non ſecus ac ipſi acceperunt ab illis, qui de rebus judicatis ſcripſerunt in caſibus particularibus, iiſdemque regulis in reliquis uti, & tuto procedere poſſe autumant, ita mirum non eſt, ſi hodie, eum non adhuc detecta ſit natura, & ſtatus *Præpoſituræ Eccleſiæ Canuſinæ*, ex hoc, ceu uberrimo fonte, *tot perturbationes, tot lites, tot impendia, tot ſtrages, tot demum bella* manarunt. Hujuſmodi autem litibus obviam ire cupiens doctiſſimus Canoniſta *Van-Eſpen*, eum ob magnam varietatem in *Cathedralium* monumentis compertam circa vim nominis *Præpoſiti* ejuſque poteſtatem, ita ſcriptum reliquerit: *Itaque quoad jura, dignitatem, & munia PRÆPOSITORUM, cujuſque Eccleſiæ FUNDATIONES, STATUTA, ET CONSUETUDINES attendenda ſunt; ut ex illis, quid Præpoſitis competat aut incumbat, judicari poſſit.* Hinc ſubnectitur modo.

Vaneſpen. tit. XI. c. 1. p. 1. §. 4. tom. 1. pag. 63.

§. I.

Origo Præpoſituræ Eccleſiæ Canuſinæ, & ejus uſque ad præſens uſus.

4. MAgnam ſemper potentiam in *Cathedralibus* obtinuit *Archidiaconi* dignitas, præcipue in *Canuſina*, de qua meminit *S. Greg. M.* ut ſupra, magis magiſque illa increvit, & roborata eſt, eum ſuppreſſis *Chorepiſcopis*, (qui eo inſolentiæ devenerant, ut auctoritatem Epiſcoporum ſibi uſurpaverint) eorum poteſtas *Archidiaconis, Archipresbyteris*, ſive aliis dignitatibus adnexa fuit, & copulata; uti docet Benedictus PP. XIV. in ſuo a nobis toties, ſed nunquam ſatis neque a nobis, neque ab aliis laudato *Tractatu de Synod.* Quamobrem poſtea *Ordo Romanus* in Decretalibus innovatus, frænos etiam injicere debuit nimiæ auctoritati ab Archidiac.

Cap. 3. §. 7. n. 103. pag. 68.

Bened XIV. de Synodo Diœceſana l. 3. cap. 3. pag. 62.

Digitized by Google

Cap. 1. de Offic. Archidiac.

diac. uſurpatæ, unde declaravit: *Ut Archidiaconus poſt Epiſcopum ſciat, ſe Vicarium eſſe in omnibus, & omnem curam ..... ſi Epiſcopus non poteſt, Parochiam univerſam circumeat, & cuncta quæ emendatione indigent, ad vicem ſui Epiſcopi corrigat, & emendet.*

Thomaſſin. de Benefic. cap. 66. §. 7. lib. 3. part. 1. pag. 847.

5. Magnus Canoniſta *Thomaſſinus* probat, quod *Sec. XI.*, invecta in Capitulis communi vivendi ratione, juriſdictio in *Capitulum Archidiaconis* ablata fuit, & *Præpoſito* impertita: *Archidiacono*, ait, *ſane eadem poteſtas commendata fuerat in omnes unius Eccleſiæ Clericos, nondum tunc in communis vitæ ſocietatem devinctos, quæ poſtea credita eſt Præpoſitis, poſt Congregationes Clericorum inſtitutas. Itaque primum Archidiaconi, & Præpoſiti officia conjuncta in unum fuere, quæ ſejuncta deinde fuere, ut eſſet PENES PRÆPOSITUM JURISDICTIO IN OMNE CAPITULUM, penes Archidiaconum autem priſca in alios omnes totius Diœceſeos Clericos authoritas. Itaque Præpoſitura Capitulorum velut decerpta fuit portio quædam Archidiaconatus: itaut Præpoſiti deinceps Vicarii fuerint Epiſcoporum, & eorum juriſdictionis adminiſtri in Canonicos: ſicut Archidiaconi in Clericos cæteros omnes Diœceſeos, qui quondam hos, illoſque omnes fuerant complexi.* Magna

Cap. 1. 24. de Offic. Archipresbyt.

pariter erat *Archipresbyteri* juriſdictio juxta canonicam ſanctionem: *Ad ejus pertinet miniſterium ſuper omnes Presbyteros in ordine Presbyterali poſitos, Curam agere Animarum, & aſſidue in Eccleſia ſtare: & in Epiſcopi ſui abſentia, ad vicem ejus, Miſſarum Solemnia celebret.* Nec alia erat *Primicerii* auctoritas, quam invigilare, ut omnia in Choro rite ſancteque fierent, proptereaque ad eum, juxta Ordinem Romanum, ſpectabat: *Ut præſit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in ordine poſitis: ut ipſe diſciplinæ, & Cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditurus: & ut ipſe Diaconis donet Lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent &c.*

Cap. unic. 25. de Offic. Primicerii.

6. Quæcumque demum eſſet auctoritas harum ſublimium Eccleſiaſticarum dignitatum, ſemper tamen proprio ſubdebantur *Epiſcopo*; ſed *hoc abſente* ampliſſima erat, nullique prorſus ſubordinata, uti declarat *Martinus PP. I.*: *IN ABSENTIA PONTIFICIS Archidiaconus, & Archipresbyter, & Primicerius locum præſentant Pontificis*. Præcipue vero abſoluta erat eorum *juriſdictio defuncto Epiſcopo*: tunc enim ſicuti illum omnes in omnibus repræſentabant, idcirco *PRÆPOSITI* nomen aſſumebant, uti colligitur ex *S. Cypriani* verbis: *Quorum audita cauſa præceperunt eas PRÆPOSITI tantiſper ſic eſſe, donec Epiſcopus conſtituatur*. Unde optime conjectat Abb. *Troylus* ex relato S. Doctoris loco: *I Prepoſiti, de' quali ſovente ſi trova ne' ſagri Canoni, e nelle Bolle Pontificie la memoria, altro non erano nella primitiva Chieſa, che i Vicarii Capitolari in tempo di Sede Vacante, come ricavaſi da S. Cipriano.*

Epiſt. XV. Martini I. ad Theodorum ap. Labbei tom. 7. col. 66.

S. Ciprianus Epiſt. 27.

Troylus hiſtor. Neap. tom. 4. part. 1. pag. 459.

7. Hiſce, aliiſq. in ſuperioribus Capitibus adductis itaque præmiſſis, doctus quiſque lector ex eiſdem jam conjicere poterit, quo in ſtatu jaceret *Eccleſia Canuſina* in *longiſſima ſui Paſtoris abſentia*: immo quando *Barenſes* jus *electionis* ſibi uſurpabant. Satis namque ſupra patuit, quod *Barenſes Epiſcopum* eligebant; *Pontifex* vero, ſaluberrimo uſus providentiæ conſilio, *Archiepiſcopalem Canuſinam dignitatem* illi conferebat, quem *Barenſes* elegerant, eo nempe fine, ut electus tam ſublimi ornatus dignitate, validius ſe conatibus opponeret *Schiſmaticorum Græcorum*, qui eorum Magiſtratum *Barii* collocarant. Cæterum *Canuſini* maximæ gloriæ, ſummoque, ac immorta-

Sup. cap. 9. & 10.

Digitized by Google

mortali honori ſibi ſemper eſſe duxerunt, quod *Sancta Apoſtolica Sedes* eorumdem *Archiepiſcopo*, tamquam ſuo *primario* uteretur *Adminiſtro*. Fuit ſane ſemper hoc *proprium Canuſinæ Eccleſiæ, Prælatos educere, qui arrogantiam infringerent Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, quibus proinde ipſum ſolum nomen Eccleſiæ Canuſinæ terribile, ac formidabile evaſerat*. His nequicquam obſiſtentibus, ſi quod res eſt fateri volumus, magnopere *Canuſinis* diſplicebat, expoliatos ſe cernere *jure* proprium ſibi eligendi *Archiepiſcopum*. Præterea difficilis eisdem reddebatur ad *Barium* acceſſus, propter tot *Saracenorum*, ac *Græcorum*, aliorumque excurſiones, & invaſiones ſupra deſcriptas. Denique magnum non poterant etiam non haurire dolorem, dum eorum *Archiepiſcopum* ſæpius *Conſtantinopolim relegatum* audirent. Hiſce propterea aliiſque de cauſis omnino oportuit, ut *Eccleſia Canuſina* ſub *juriſdictione* remaneret *Dignitatem* nuncupat. *Præpoſitorum*. Sup. Cap. 10.

8. Cum vero, & frequentiſſimæ acciderent, & longiſſimæ protraherentur hæ *Archiepiſcoporum abſentiæ*; idcirco durum, aſperumque *Canuſinis* evaſerat regimen inter *tres*, aut *quatuor dignitates*, *Præpoſitos* vocatas, diviſum, eapropter decreverunt, regimen in unum contrahere *Præpoſitum*, ſicque illud *Monarchicum* veluti reddere. Proinde vacatis prædictis *Archidiaconi*, *Archipresbyteri*, & *Primicerii* dignitatibus, eæ nemini amplius collatæ proviſæque fuere, ſicque *Unus* tantummodo remanſit *PRÆPOSITUS ŒCONOMUS ECCLESIÆ CANUSINÆ* omnibus illis facultatibus inſtructus, ac munitus, quas aliæ prius dignitates obtinebant. Conſtat vero irrefragabili documento, quod eædem dignitates, ſeu Perſonatus nonniſi labente hoc *Seculo* a *S. Sede* redintegratæ fuerunt in *Capitulo Canuſino*; hujuſmodi redintegrationi ſe oppoſuit memorati Capituli *Cantor*, quippe qui eidem præerat tamquam *prima Dignitas* poſt *Præpoſitum*; proindeque cum lis agitata fuiſſet in *S. Congregatione Sacris Ritibus* præpoſita *ann.* 1711., ſtatutum denique fuit, ut *Archidiaconus prima* foret *dignitas* poſt *Præpoſitum* 2. *Archipresbyteri*, 3. *Cantoris*, 4. *Primicerii*. Atque hi cum aliis *decem Canonicis præbendatis* totum conſtituunt in præſens *Capitulum Canuſinum*, quamquam *Canonici ad Maſſæ communis* participationem alios etiam *Presbyteros* ſimplices ſpectatos, quos *Participantes* vocant, admittant. Providum hoc ſapienſque Eccleſiæ *Canuſinæ* conſilium eligendi nimirum *unum* dumtaxat *Præpoſitum*, omnino conſentaneum, & conforme fuit diſpoſitioni Sacrorum Canonum a *Tridentina Synodo* approbatorum; in quo ſane Concilio cum animadverſum fuiſſet, minime expedire, quod *Epiſcopo Defuncto*, integrum *Capitulum* juriſdictionem exerceret, ſapientiſſime proinde proviſum, & Decretum fuit, ut *Capitulum* elapſis a morte Epiſcopi *octo diebus*, *Vicarium Capitularem* omnino eligere teneatur, eaque ratione approbavit, quod *Monarchicum* regimen non ſolum utilius, & commodius eſſet Eccleſiis, ſed plane neceſſarium.

Ex Poſitione in ſecret. S. C.Rituum de anno 1711.

Tridentin. ſeſſ. 24. *de Reform. cap.* 16.

9. Præpoſitus igitur *Canuſinus* cum Eccleſiæ ejuſdem regimen (permittente *S. Sede*) aſſumpſiſſet, ſive in *abſentia Archiepiſcopi*, ſive eadem, morte illius, *vacante*, ſive demum eo tempore, quo vacans reputabatur, cum *ELECTIO* ob adductas cauſas, minime confirmaretur, quocumque tandem modo id evenerit, plenam ipſe in *tota Diœceſi* exercebat juriſdictionem, non ſecus ac juxta vigentem modo diſciplinam, *Vicarius Capitularis*, vita functo *Epiſcopo*, ſolet, & dicitur exercere. Qua de re *Præpoſitus* non conſideratur, niſi tamquam *Epiſcopus verus Canuſinus quoad juriſdictionem*, mi-

nime

Digitized by Google

nime vero tamquam *Prælatus inferior*, quemadmodum nec talis reputatur *Vicarius Capitularis*, *qui fungitur ipſa juriſdictione Epiſcopi*, ſicuti omnes conveniunt Canoniſtæ cum *Van-Eſpen*.

Van-Eſpen. Jur. Eccleſ. par. 1 tit. 9. c. 1. pag. 56.

10. Et revera talem habere juriſdictionem *Præpoſitum* Canuſinum ipſi *Romani* agnovere *Pontifices*, præſertim *Paſchalis II.*, & *Gelaſius II.*, qui proinde expreſſe rotundeque declararunt, *Præpoſitum Canuſinum habere eamdem ipſiſſimam juriſdictionem, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini*, uti ſuo dicetur *loco*. Eapropter uſque ad præſentem diem *Præpoſitus* numeratur inter *Epiſcopos*, eorumque Catalogo adſcriptus eſt; proindeque *Jus* habet ab *Immemorabili* geſtandi, & utendi *Habitu*, & *Pontificalibus Epiſcoporum propriis*, retinendi *Baldachinum* perpetuo erectum in Eccleſia, non ſecus ac in aliis *Cathedralibus* ſervatur: populo ſuo *Benedictionem* impertiendi: *beneficia Eccleſiaſtica* conferendi, *jus celebrandi Synodum*: & eſt *S. Sedi Apoſtolicæ immediate* ſubjectus, utpote verus, & proprius celeberrimæ *Metropolitanæ Eccleſiæ Adminiſtrator*, & demum ad *Viſitationem* S.S. Apoſtolorum *liminum* tenetur, & obſtrictus eſt. Præterea cum ei ſuppetat *Congrua ſubſtentatio*, eaque talis ſit, qualem plerumque habent *Epiſcopi*, communiter tamquam *Epiſcopus* exiſtimatur, & tractatur ab omnibus indiſcriminatim perſonarum ordinibus, & generibus, idque in omni quocumque loco ſervatur.

11. Quod ut confirmemus, abunde erit commemorare, quod *f. m. Benedictus XIII. Beneventum* profectus una cum *Epiſcopis*, ad pedum oſcula admiſit Præſulem *Fraggianni Præpoſitum tunc Canuſinum*, cum habitu, & inſigniis Epiſcopalibus, uti *Sacræ Congreg. Concil. Trid Interpreti Apoſtolicus* ap. *Regem* noſtrum *Nuntius* retulit *Neapolitanus*. Hoc etiam luculentius comprobabit uſus *Emorum Neapolis Antiſtitum*, qui nonniſi ſolis *Epiſcopis*, & *uni Præpoſito Canuſino*, præterea nemini Pontificalia exercere permittunt in eadem *Principe Regni Civitate*; recentiſſimo demum exemplo hæc omnia meridiana luce clarius coruſcabunt. *Anno* enim 1752. ſub die 28. *menſis Novembris* cum in Eccleſia *SS. Apoſtolorum Neapolis Montis Leonis*, *& Terræ novæ Duci*, Regali prorſus magnificentia, & apparatu *juſta* perſolverentur, *Miſſarum* ſolemniis expletis, *ABSOLUTIO*, uti dicimus, a *QUATUOR EPISCOPIS*, *& PRÆPOSITO CANUSINO* non ſecus ac illi, (ut in *Pontificali Romano* præſcribitur,) ornato, peracta ſolemniter fuit. Videri hæc poſſunt in volumine *Neapolitanis Typis vulgato* ſacram illam, ac celeberrimam functionem referente, quod per manus omnium volitatur, in eoque hæc habentur „ Celebrò la gran Meſſa di Requie l' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo

Ex poſitione in ſecret. S. C. Concilii.

Funerali del Duca di Terra nuova e Monte Leone impreſſo in Nap. 1753. pag. 24. & 25.

„ Monſignor *D. Coſtantino Vigilante Veſcovo di Cajazza Vicario Ge-*
„ *nerale della Curia Metropolitana*, il quale al fin di eſſa preſo dal vicino
„ Faldiſtorio il Piviale del medeſimo colore negro, e la Mitra ſemplice pre-
„ cedendolo due dopo d'altri, quattro Prelati parati ſimilmente, cioè gl' Il-
„ luſtriſſimi, e Reverendiſſimi Monſignori *D. Michele Puglia Veſcovo di*
„ *Nicaſtro*, *D. Franceſco de Novellis Veſcovo di Sarno*, *D. Diego Toma-*
„ *celli Veſcovo di Marſico nuovo*, *e D. Angelo Andrea Tortora Propoſto di*
„ *Canoſa*, tutti e cinque ſtati prima invitati chiuſero la Proceſſione di Reli-
„ gioſi Chierici Regolari della Caſa in Cotta, e cò Torchi acceſi nella mano.
„ Pervenuti al luogo del mauſoleo, e fermatiſi in piè coſtoro in una doppia
„ ala dall'uno, e l'altro lato, ſedettero i quattro Prelati negli angoli in altret-
„ tanti ſgabelli coperti di negro, coll'ordine dell'anzianità, e della dignità,
„ ed il Prelato celebrante ſedette nel mezzo in Faldiſtoro alla teſta del Mau-

„ ſoleo

„ ſoleo; dopo di che, ſeguirono le *quattro aſſoluzioni* col medeſimo ordine te-
„ nuto nel ſedere, e terminata la *quinta* fatta dal *Celebrante*, ebbe fine la
„ ſacra ſolenne funzione giuſto il rito preſeritto nel *Pontificale*.

12. Poſtulat hic locus, ut omnino monitos faciamus lectores, eoſque rogemus, ut plane ſibi perſuadere velint, parum ſeu verius nihil prorſus ad *Præpoſitos* referre, & pertinere haſce ſibi prærogativas vindieare, retinere, & conſervare; id enim nihil aliud ipſis affert, quam incommoda graviſſima ſummis cum diſpendiis conjuncta. Eapropter *Populus* eſt, qui *Præpoſitum* urget & impellit, ut omnia, quæ *Epiſcopi* in ſuis *Diœceſibus* efficere conſueverunt, & ipſe apud illos præſtet, & adimpleat, cum omnia onera *Præpoſito* impoſita in *commune commodum*, emolumentum & beneficium redundent. Ex quo illud conſequitur, ut *PRÆPOSITUS* ad *RESIDENTIÆ* leges & pondera, ad præſtandam debitam *ſacris Functionibus Eccleſiaſticis aſſiſtentiam*, ad celebrandas, applicandaſque *Miſſas* pro grege *diebus feſtis*, ad erogandas *pauperibus eleemosynas*, ad ſe decenter *ſuſtentandum*, ad *reparandum Palatium*, & ad reliqua officia perſolvenda, aliaque *onera* ſatisfacienda teneatur, quæ cum *plena Epiſcopalis* jurisdictionis exercitatione omnino adnexa ſunt, & copulata. Hinc eſt, quod majores ſumptus facere teneatur *Præpoſitus*, quam *Epiſcopus*; cum enim charactere *Epiſcopali* minime præditus exiſtat, cogitur idcirco ſæpius *arbitratu ſuo* accire, & invitare *Epiſcopum*, cum *Altarium*, aut *Conſecrationes Eccleſiarum* perfici, aut cum *ſacrum Confirmationis Sacramentum* adminiſtrari debet: hoc proinde onus nullatenus alii perferunt Epiſcopi, quippe qui omnia hæc *propriis manibus* peragere valent.

13. Maximum *Præpoſitorum* impendium, & perpetua ſollicitudo in eo conſiſtit, quod aſſidue cum *Vicinis lites* agere debeant, & uberius infra patebit, ibique, ut muneri, quod ſuſcepi cumulate ſatisfaciam, referendæ, & exponendæ mihi erunt plurimæ controverſiæ, quæ a multis retro Seculis inceptæ adhuc vigent, cum nullum umquam repertum ſit remedium, aut conſilium easdem e medio tollendi. Quod ex eo maxime provenit, quod innumeræ ſint *opinionum* varietates *Actores* inter, & *Reos collitigantes*: etenim multi *Apuliæ Prælati* omne ſtudium curamque in eo collocant, ut mundo imponant, eique perſuadere nituntur, *ECCLESIAM CANUSINAM communem eorum MATREM* a multis retro ſeculis fuiſſe *ſuppreſſam*, priſtina ejus decora ad aliam translata Eccleſiam, proindeque eam veluti extinctam reputantes, *Matris hæreditatem inter ſe dividere* contendunt. E contra *Canuſini* firmiſſima verſantur in opinione, eorum *Eccleſiam, uti antea erat, ſic in præſens eſſe Cathedralem Matricem, Metropolitanam*, *& Apuliæ Primatialem*, *Præpoſitumque* eſſe nonniſi temporaneum ejusdem *Œconomum*, donec ad ipſam jamdiu viduam, proprius, & ſuus non reſtituatur *Sponſus*, nempe *Archiepiſcopus*, qui antiquum reaſſumat titulum, & onus ſuſtineat eidem dignitati adnexum, *perſonalis* ſcilicet *Reſidentiæ*; ita ut honor, & obedientia, quam *Præpoſito* deferunt *Canuſini* non alia de cauſa ipſi debetur, quam quia *Adminiſtrator* ſit *Diœceſis Canuſinæ* juxta regulam de *Tutore*, aut curatore *Regis* firmatam a *Valenzuola*, ibi: *ADMINISTRATORI autem dato in Regno deberi eumdem honorem, qui REGI, & quod Auctoritas illius ſit ita excepta, ſicut authoritas Regis*.

Sup. Cap. 1. §. 3. pag. 9.

Valenzuol. conſ. 198. n. 133.

14. Quæ hactenus præmiſimus, abunde oſtendunt ideo controverſias adhuc perſeverare, quia nondum in eorum *priſtino ſtatu* reducti ſunt litigantes. Sed huic funeſtiſſimæ narrationi coronidem imponemus ſapientiſſimis

Proverb. 30. 21.

verbis *Salomonis*: *Per tria movetur terra*, & *quartum non poteſt ſuſtinere*: *Per ſervum cum regnaverit*: *Per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo*: *Per odioſam mulierem cum in matrimonio fuerit aſſumpta*: & *per Ancillam*, *cum fuerit Hæres Dominæ ſuæ*.

§. II.

Urbanus PP. II. in Archiepiſcopatum elevat Eccleſiam Barenſem: & litem reſtitutionis Archiepiſcopatus Eccleſiæ Canuſinæ indeciſam remanere declaravit cum clauſula: absque præjudicio Juſtitiæ quarumlibet Ecclesiarum.

15. VIX Petri Solium conſcenſus *ann.* 1088. *URBANUS II.*, qui fuit *Cluniacen. Monachus* in *Cavenſi Sanctiſſimæ Trinitatis Monaſterio*, non ſolum ſtatim reformandam ſuſcepit Eccleſiaſticam diſciplinam pluribus eapropter celebratis *Synodis*, ſed etiam totis viribus promovere ſacram *Hieroſolymitanam* expeditionem aggreſſus eſt: *Quod*, ut ait *Baronius*, *ſciret ſæpe a Prædeceſſore ſuo Gregorio VII. id eſſe tentatum*, *ſed Schiſmaticis intercedentibus*, *variiſque bellis fuiſſe impeditum*. Quocirca ſapienter cogitavit, ut voti compos fieret, nullum adeſſe opportunius efficaciuſque conſilium, quam *Principem* abducere *BOAMUNDUM* ad tali bello intereſſendum; verum cum hic bellum adhuc gereret cum fratre ſuo *ROGERIO*, idcirco Pontifex *Urbanus* adivit *Rogerium* Comitem *Siciliæ* eorum patruum, cum quo ita egit, ut tandem inter fratres *pax* inita fuerit his conditionibus: *Boamundo* nempe ceſſus fuit *Principatus Tarentin. cum locis Sipontum* uſque, *Rogerius vero retinuit Ducatum Apuliæ*, *Principatum Salern.* &c. Concordia hæc aliquo certe tempore debuit perdurare; nam cum ambo *CANUSII* eſſent, illud ampliſſimum privilegium Monaſterio *S. Mariæ* de *Bantino* conceſſerunt a *Baronio* exſcriptum, ibi: *Datum in Civitate Canuſio Anno Dominicæ Incarnationis* 1090. *Ducatus autem noſtri quinto menſe Julio XIII. Indictione*:

Baron. ad an. 1095. §. 34.

Radulphus Cadomenſis de geſt. Tancredi in exped. Hieroſolym. c. 2.

Apud Baron. ad ann 1090. §. 27.

† *Ego ROGERIUS Dux me ſubſcripſi*.

† *Signum propriæ manus BOAMUNDI fratris ejus*.

16. Huiuſmodi *pace* compoſita *Urbanus II. duo* in *Apulia* habuit *Concilia*, unum videlicet *Trojæ*, alterum *Melphi ann.* 1089. In hoc poſtremo varii conditi promulgatique fuere *canones*, quorum 16. a *Labei* referuntur: de eoque hæc ſcribit *Lupus Protoſpata* ,, *Anno* 1089. facta eſt *SYNODUS* omnium *Apulienſium*, *Calabrorum*, *ac Brutiorum Epiſcoporum* in Civitate ,, *MELFIÆ*, ubi affuit etiam Dux *ROGERIUS* cum univerſis Comitibus ,, *Apuliæ*, ac *Calabriæ*, & aliarum Provinciarum, in qua ſtatutum eſt, ,, ut Sancta *TREUIA* (al. *Tregua*, & *Treuga*) retineretur ab omnibus ,, ſubjectis. Hoc anno obiit *URSUS Barenſis Archiepiſcopus*, & Papa *URBANUS* nomine, venit in Civitatem *Barum*, & conſecravit illic con-

Labbei Concil. tom. 12. col. 779.

Lupus Protoſpata apud Pratill. tom. 4. pag. 30.

„ feſſionem *Sancti NICOLAI*, & *HELIAM* Archiepiſcopum … &
„ conſecravit Brundusinam Eccleſiam.

17. Idem nos condocet auctor, quod in Concilio *Melphitan.* ſacrum auſpicatum fuit *FŒDUS*, ſeu inita fuit deliberatio inter Principes *ſacrum* ſuſcipiendi *bellum*; & revera in Concilio *Claromontano ann.* 1095. celebrato, in quo demum *ſacra Unio* peracta fuit, eodem verbo *TREVIA Dei, ut firmiter cuſtodiretur*, uſi ſunt *Patres*, quod in *Melphitano* uſurpaverant. Quo vero ad noſtram pertinet Eccleſiam memoratus notavit *Hiſtoricus*, quod eodem tempore *Urſus* Archiepiſcopus ex hac vita migravit, & *Rom. Pontifex* e *Melphitana* Civitate, *Barium* ſe contulit, ut in *Archiepiſcopum* conſecraret *Eliam*: *Archidiaconus Barenſis* teſtatur, *Eliam* Abbatem *Cluniacenſem* in *Monaſterio Barenſi*, *Melphim* perrexiſſe, ſupplicibuſque precibus Pontificem exoraſſe, ut *Barium* venire dignaretur, idque etiam præſtitit nomine, & obſecrationibus *Principis Boamundi*, quemadmodum ex inſtrumento in noſtra Appendice apparet.

Vvillelm. Tyrius lib. 2. cap. 15. apud Orderic. Vital. l. 9. pag. 721. & Baron. ad ann. 1098. n. 421.

In Append. n. 111.

18. *Urſo* igitur e vivis ſublato, *Canuſini* ad *Urbanum*, qui *Melphi* agebat, recurrerunt, ut approbare, & confirmare dignaretur *electionem* novi *Archiepiſcopi* ab ipſis peractam; utque id facilius impetrarent in principis *Boamundi* protectione confidebant. E contra *Barenſes* conſilium injerunt eludendi *Canuſinorum* ſpem; nam cum animadvertiſſent *Barii* commorari *Eliam Abbatem ejusdem Congregationis Cluniacenſis*, cujus alumnus fuerat *Pontifex*, hunc ipſi ſiſterunt, uti jactat *Beatillus*: *Elia Monaco Benedettino della Riforma Cluniacenſe, dal Monaſterio della Santiſſima Trinità della Cava, dove avea preſo l'abito, venne a Bari per Abbate del Monaſterio di S. Benedetto, e da quella Badìa fu poi nel mille ottantanove dal Clero Bareſe eletto per ſuo Arciveſcovo ne' tempi d' Urbano Papa Secondo, che gli era ſtato compagno in* minoribus *nel Monaſtero Cavenſe*. E Melphi itaque diſceſſus *Pontifex*, *S. Sabinum* veneraturus *Canuſium* venit, indeque *Barium* perrexit, ubi *Canuſinus Præpoſitus* eidem ſuæ Eccleſiæ rationes propoſuit pro *Archiepiſcopi* electi confirmatione: *Barenſes* e contra per *Archidiaconum*, qui *Papæ* a ſecretis erat, omnem lapidem movere nitebantur, ut Abbatem *Eliam*, qui etiam *Papæ familiaris* erat, præponerent. Interim *Pontificem* detinebant in magnis *feſtis*, & celebritatibus pro digne honorificeque recondendo *S. NICOLAI corpore* inſtitutis; unde *Canuſini* nec etiam impetrare potuerunt, ut a *Pontifice* commode audirentur. Quocirca cum *Urbanus* conſtituiſſet propriis manibus conſecrare *Eliam* in Archiepiſcopum; *Canuſini Boamundum* rogarunt, ut eos Pontifici commendaret, ne quid eorum Eccleſia detrimenti caperet. Princeps, qui *S. Sabini* ſtudioſiſſimus erat, ſtatim ſe apud Pontificem interpoſuit, eique ab illo reſponſum fuiſſe, fertur: ſe omnino expediens exiſtimare *Baren. Eccleſiam S. Nicolai pignore* decoratam in *Archiepiſcopatum* evehere, hac potiſſimum de cauſa, & ut hac ratione ſuus *Eccleſiæ Canuſinæ* reſtitueretur *Archiepiſcopus*; ſed hoc tunc perficere non poſſe, ex eo quia *lege* cautum erat, ut 12. *Archiepiſcopo* ſubderentur *ſuffraganei*, iique tunc aſſignari non poterant *Eccleſiæ Baren. ſine præjudicio Canuſinæ*, cui *omnes ſuberant Apuliæ Epiſcopi*; & eapropter decrevit *Pontifex* in illa aſperrima temporum conditione nemini moleſtiæ, & doloris, & indignationis anſam præbere; adeoque conſecrare conſtituit *Eliam* in *Archiepiſcopum* hac lege conditioneque adjecta, ut *Archiepiſcopi Canuſini titulum retineret*, ſicque *ſuffraganeos* requiſitos haberet; ex quo ne ullum vel minimum inferretur

Beatill. in Cat. Archiep. Baren. pag. 166.

Digitized by Google

Canuſinæ Eccleſiæ præjudicium, ac detrimentum expreſſe cavit, ſe illi eam *JUSTITIAM præſervare, quæ ipſi competebat*. *Boamundus* vero utpote *novus Barii Dominus* eorum animos ſibi potius devincire, quam exacerbare voluit, & quemadmodum *ſupra num.* 15. oſtenſum fuit, *Arma*, non *literarum* inſtrumenta tractare, optime noverat, verbis *Pontificis* omnino acquievit, plenamque ei fidem adhibuit, quod ſuo tempore *jus ſuum Eccleſiæ Canuſinæ* tribueret. *Archidiaconus* interim illico *Bullam* exaravit, atque conſcripſit, in ea tamen reticere non potuit conditionem, quam omnino eidem apponendam mandavit *Pontifex* tamquam illius partem principalem: *ABSQUE PRÆJUDICIO ergo JUSTITIÆ quarumlibet Eccleſiarum, ſequentes tenorem, qui noſtrorum continentur privilegiis prædeceſſorum BARENSIS, ſive CANUSINÆ Eccleſiæ poſſeſſiones, ſive DIŒCESES tibi, tuis ſucceſſoribus perpetuo poſſidendas, regendaſque contradimus*.

Apud Labbei Concil. tom. 12. col. 715.

19. Bulla hæc igitur apud *Barium anno* 1089. *Indict. XIII. nonis Octobris Barenſis* fundamentum Eccleſiæ eſt, quæ tunc *primum Archiepiſcopalis* denominata fuit, cum antea ſolum foret *Canuſinæ ſuffraganea*, uti apparet ex Bull. *Joann. XIX. ann.* 1025. Tunc etiam celebrior, & illuſtrior evaſit *Bareu*. Civitas nova hac dignitate aucta, & *ſacris Nicolai exuviis* ditata, quarum intuitu tantum promeruit honorem. Porro *Canuſina Eccleſia* ſub juriſdictione remanſit *Præpoſiti*, donec ſuus eidem reſtitueretur *Archiepiſcopus*: Pontifex namque, uti ſæpius monuimus, jura ſua illi præſervavit intacta, & illæſa tum *Electionem*, tum *Reſidentiam* reſpicientia: exinde vero fluxerunt diviſiones, ac *ſciſſuræ*, quas nunc enarrandas aggredior.

Supra cap. 10. pag. 145.

§. III.

Boamundus arma in Infideles convertit: declaratur primus Antiochiæ Princeps, utpote præcipuus Paleſtinæ debellator.

20. NE a meo deviem inſtituto plurima, eaque glorioſiſſima Principis *Boamundi* geſta a doctiſſimis cæteroquin viris abunde narrata ſilentio ſunt mihi omnino prætereunda; prætermittere tamen nec poſſum, nec debeo aliqua ſummis labiis attingere, ut lectoribus innoteſcant obſtacula, quibus ille præpeditus Eccleſiæ *Canuſinæ* cauſæ ipſe per ſe adeſſe non valuit. Sed prius noſcamus oportet hujus *Principis* characterem, quem *Romoaldi Salern. Archiepiſcopi* verbis exprimemus „ BOAMUNDUS MILES „ STRENUUS, CORPORE DEDUCTO HONORABILIS, ANIMO CONSTANS, CAUTUS ELOQUIO, INGENIO ASTUTUS, BELLICOSUS, INQUIETUS, SEMPER IMPOSSIBILIA APPETENS, PERITIA, ATQUE VIRTUTE IN BELLO PRÆVALIDUS „. Bellicoſiſſimus igitur hic Princeps plura in *Apulia* geſſit bella, quæ collegit & deſcripſit in ſuis *Annalibus Muratorius*: item de *Ann.* 1096. terra marique obſedit *Amalphitan.* Urbem, ut *Rempublicam*, illam ſubderet *Rogerio* fratri ſuo.

Romuald. Salernit. ap. Murat. rer. Italic. tom. 7. col. 180.

21. Dum hæc agebantur *Urbanus* totus erat in providendis accurandiſque Eccleſiæ univerſæ negotiis, & in communi ubique *pace* procuranda, & ſtabilien-

lienda,ut ſic melius faciliuſque diſponerentur animi ad glorioſam capeſſendam *Terræ Sanctæ* expeditionem. Eo igitur cum omnes *Pontificis* curæ ac ſtudia collimarent *ann.* 1095. *Placentiam* contendit, ubi *Synodo* habita,poſtulationes audivit *Alexii Comueni Græcorum Imper.* qui auxilia eſflagitabat contra *Turcas*, & *Paganos*, qui Orientale Imperium invaſerant. Demum eo ipſo *ann.* alio celebrato *Concilio Claromonti in Galliis*, ſancitum fuit *ſacrum Fœdus*; unde 100.*mil. hominum Crucem ſumſerunt*; prætermiſſaque plebe, quæ Sanctiſſimo noſtræ Religionis *Vexillo* armata ad bellum proceſſit, certum eſt,quod etiã *Supremi Principes* alacres frequenteſque ad prælianda prælia Domini perrexerunt:inter hos *Godefredus Bolionius Dux Lotharingiæ* magnam Principum,& Dominorum *Franciæ*, *Flandriæ*, & *Lotharingiæ* copiam ſecum adducens 10.*m. equitum* 70.*m. peditum* caterva ſtipatus e patriis ſolvit laribus *menſe Auguſto* 1096., *Hungariamque* prætergrediens *Conſtantinopolim* verſus venit. Alius etiam exercitus ab *Ugone Magno Galliarum Regis* fratre, a *Roberto* Flandriæ Comite, a *Roberto* Normanniæ Duce, ab *Euſtachio* Bononiæ, & ab aliis Principibus ductus eidem ſacræ deſtinatus conficiendæ expeditioni per *Italiam* iter fecit, *Romamque* pertranſiens ab eadem *Antipapam Guibertum* ejecit, hyemeq. jam appetente pervenit in *Apuliam*: hinc Princeps *Ugo Dirrhachium* tranſire auſus, illico a *Græcis ductus eſt captivus*.

Labbei Concil. tom. XII.col.822. & 830. cum ſeq.

22. Omnes hi memorati Principes non alia de cauſa in *Apuliam* venerunt, quam quia impenſe exoptabant,ut comes ipſis ſe adjungeretur *Princeps Boamundus*; potiſſimum mala fide Græcorum, qui *Crucesignatis* tranſitum impediebant, perſpecta. Tandem tum *Pontificis* auctoritate, tum *principum precibus* interpoſitis *Boamundum* permoverunt, ut relicta *Amalphitana* expeditione, ad illam *Terræ Sanctæ* multo magis glorioſiorem, & præſtantiorem capeſſendam ipſis conjunctus ſe converteret.Optime quiſque intelligebat, quantum formidinis terroriſque incuteret *nomen* ipſum ſolum *Boamundi* hoſtibus,præſertim *Græcorum Imperatori*, quem, uti vidimus,pluries in præteritis bellis compulerat, ut ſe præcipiti, & opprobrioſæ *fugæ* daret, atque committeret. Annuit *Boamundus*, & ſtatim cum *Tancredo* ſuo Nepote, aliiſque 500. *equitibus* profectus eſt *Conſtantinopolim*, ubi *Imp. Alexium* adegit, non ſolum ad Principem *Ugonem* libertate donandum, verum etiam ad iniendos firmandoſque *tractatus*,quorum vi,*Jeſu Chriſti equitibus* tranſitus in *Aſiam* minime a *Græcis* intercluderetur. Inter laudatos equites hos recenſet *Fulcho* apud *Ducheſne*:

Radulphus Cadomenſis cap.4.

Ducheſne Rer. Francic. tom. 4.

Qui Ligures, Itali, Tuſci, pariterque Sabini
Umbri, Lucani, Calabri ſimul, atque Sabelli,
Aurunci, Volſci, vel qui memorantur Etruſci;
Quæque etiam gentes ſparguntur in Apula rura,
Queis conferre manus viſum eſt in prælia dira,
Sub jugo Tancredi, *&* Boamundi *corripuere,*
Et contra Fidei refugas patria arma tulere.

23. Atque hinc, narrat *Protoſpata*: *Anno 1097. Boamundus cum Comite Sancti Ægidii, & cum Comite Normanniæ, & aliis Comitibus Occidentis cum innumera multitudine menſe Aprilis a Regia Urbe* (C. P.) *ſe moventes transfretaverunt, & ceperunt omnem terram, quam Turchi Imp. abſtulerant, & facto bello cum Turchis, victoriam Chriſtus ſuis conceſſit Chriſtianis: fertur enim fuiſſe Paganos* 150. *mil.*: *Hoc actum eſt circa Niceam Civitatem*. Deinde idem ſubdit: *Anno* 1098. *Chriſtiani bellando*

Lupus Protoſpat.ap. Pratill. tom. 4. pag. 53.

Idem pag. 54.

lando

Digitized by Google

lando venerunt uſque ANTIOCHIAM , & obſederunt eam , & menſe Aprilis comprehendentes interfecerunt ibi pluſquam 60 mil. hominum , iterumque commiſſa pugna Chriſtiani vicerunt , & ceperunt multa ſpolia Turchorum. Eapropter Boamundo, utpote *primo Terræ Sanctæ* debellatori, Principes collegati conceſſerunt *Antiochiæ Principatum* , cujus proinde coronam ille accepit a *Bernardo* electo *Patriarcha* ejusdem Eccleſiæ , quæ peculiari ſane veneratione , honore , & memoria digna eſt , cum in ea primum Pontificiam ſuam Sedem , & *Cathedram S.Petrus* collocaverit, atque 7.*annos* habuerit ; qua de re a toties celebrato *Boamundo* redditibus pluribus *dotata* fuit , ac locupletata .

Baron. ad an. 1099. §. 43.

24. Hinc novus Princeps & cæteri fœderati perrexerunt ad ſubigendum recuperandumque Regnum *Hieroſolymitanum* ; in qua expeditione , ut ait *Protoſpata* : *Anno 1099. menſe Junii in Feſtivitate S. Petri Apoſtoli compræhenſa eſt HIERUSALEM Civitas a Chriſtianis , & omnes , quos ibi invenerunt , occiderunt . Fertur autem occiſa ibi eſſe 200.mil. hominum , & tunc levaverunt ſibi Chriſtiani Regem GOTTHOFRIDUM*. At Rex a *Daiberto Piſarum Archiepiſcopo* , & *Legato Apoſtolico* electo *primo Hieroſol. Patriarcha* coronatus , non diu adepto Regno frui potuit , adeoque vera Chriſtianorum felicitas brevi admodum perduravit, nam *Rege*, dum *venatum* pergeret, ab *urſo devorato* , in ejuſq. locum ſuffecto *Balduino* ; ſtatim hic ſacrum turbare fœdus occepit propter *Arnulphum* in *Patriarchatu Hieroſol. intruſum* , quem nimium protegendum, ac defendendum ille ſuſceperat . Ex quo *Daibertus* legitimus Patriarcha coactus fuit ad *Boamundum* confugere, datiſque ad illum literis fiduciæ ſenſibus (tamquam in unicum principem pium *jureque hæreditario Eccleſiæ defenſorem*) plenis totum ſe ipſi commiſit, ajens ,, Scis Fili Chariſſime quoniam . . . Defuncto (Rege *Godefredo*) Viri ignobiles, ac de plebe
,, adhuc eamdem Turrim (*David*) cum tota Urbe occupantes tenent , *ad-*
,, *ventum Balduini ad ruinam Eccleſiæ , & totius Chriſtianitatis interitum*
,, præſtolantes . At ego , qui Solius Dei clementiæ , tuæque dilectioni , fili
,, chariſſime , ſuum relictus , miſeriis omnibus , calumniis inſidiantium mi-
,, hi malignorum circumventus , tibi ſoli , quia in te ſolo poſt *Deum* confi-
,, do , & ſpei meæ ancoram in tuæ dilectionis ſoliditate figo : tibi, inquam ,
,, ſoli, quas patior ærumnas , immo quas Eccleſia patitur , voce flebili , &
,, anxia pietate , & cogitatione refero . Tu autem , ſi quid pietatis habes , &
,, niſi paternæ gloriæ vis eſſe degener filius , qui tyrannica crudelitate clau-
,, ſum ab impia manu Dominum Apoſtolicum *Gregorium* de Urbe *Roma*
,, eripuit ; unde memorabile ſeculis omnibus nomen meruit : omni occaſio-
,, ne remota , feſtina venire , & terræ Regnique tui cura in militibus tuis
,, prudentioribus ſapienter diſpoſita S. Eccleſiæ miſerabiliter laboranti , miſe-
,, ricorditer ſuccurre . . . . . *Scribe* igitur *ad Balduinum literas interdicens ei* ,
,, ne ſine licentia noſtra , & legatione (*cum ille tecum in Patriarcham , &*
,, *Rectorem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ me elegerit*) S.Eccleſiam devaſtaturus,
,, & res ejus occupaturus ullo modo veniat . . . . . . .Quod ſi ille juſtitiæ reſi-
,, ſtens , rationabilibus acquieſcere noluerit : per eam , quam *B. Petro* debes
,, obedientiam, conteſtor , ut quibuſcumque modis vales , aut etiam , ſi ne-
,, ceſſe ſit , *armis* adventum ejus impedias ,, Subdit inde Eminentiſs. *Baronius* , qui memoratas literas *Annalibus* inſeruit , hæc verba : *Hanc Epiſtolam minime ad eum perveniſſe , idem auctor* (Tyrius) *exiſtimat , eo quod inter hæc idem Princeps (BOAMUNDUS) Eodem Menſe , quo obiit Godefredus* ,

Lupus Protoſpata ibidem.

Vuillel. Tyrius de bell. Sacr. lib. 10. c. 4.

Baron. ad ann. 1100. §. 32. ad 33.

dus, dum invaſurus pergeret Meſopotamiam, interceptus insidiis, ab hoſtibus CAPTUS EST.

25. Tota *Chriſti* Eccleſia ſuis lacrymis proſequuta eſt captivitatem tanti *Heroïs*. Nec immerito, nam ex ea, res expeditionis male procedere cœperunt. Sed uberioribus lacrymis indulſit *Canuſina Eccleſia*, ex quo, uti refert *Romualdus Salernitanus*: *Anno MC. Indictione VIII. Dux ROGERIUS CANUSIAM OBSEDIT, cepitque illam Civitatem retibus circumcirca extensis, eodem anno Dux GOTHIFREDUS in Hieruſalem mortuus eſt, & Balduinus Frater ejus Rex eſt conſtitutus: hoc anno menſe Julio BOAMUNDUS exiens ab Antiochia cum CCC. Equitibus cum Turcis bellum commiſit, ceciditque, & COMPREHENSUS eſt, & vinctus catenis; Equites vero ejus omnes illic mortui ſunt. Fertur autem fuiſſe PAGANOS CXXII. MILLIA.*

Romualdus Salernit. ap. Murat. Rer. Italic. tom. 7. col. 178.

§. IV.

Controverſiæ ab Elia Archiepiſcopo Canuſinos inter, & Barenſes excitatæ in ſcandalum proruperunt.

26. Sicut facilis *Barenſibus* evaſerat elevatio eorum Eccleſiæ in Metropolitanam intuitu *Corporis S. Nicolai* illuc translati, & collocati ab *Urb. II.*; ita magnopere illi timebant, ne Pontifex *Canuſinis reſtitueret Archiepiſcopum* intuitu *Corporis S. Sabini* ab ipſis ſemper maxima religione cuſtoditi, veneratique ab omnibus mundi nationibus, quæ ipſius meritis, & interceſſione ſingulares gratias, ac evidentiſſima ſigna, & prodigia ab *Omnipotenti Deo* quotidie referebant. Recens enim erat exemplum *Eccleſiæ Sipontinæ*, quæ dudum tradita in *Commendam Beneventano Archiepiſcopo*, deinde a *Benedicto PP. IX.* in *Archiepiſcopalem* evecta, & proviſa fuit proprio Paſtore *Leone* nuncupato, *intuitu* Sanctuarii *S. Michaelis* in Monte Gargano exiſtentis, uti teſtis eſt locupletiſſimus *Innoc. PP. III.* his verbis: *Benedictus Leonem quemdam Archiepiſcopum Sipontinum, non in Sipontinum, & Garganicum, ſed in Sipontinum tantum* (licet *OBTENTU ANGELI*) *ſe aſſerit promoviſſe.*

Innoc. III. ap. Sarnell. Chronol. Archiep. Sipont. pag. 127.

27. Ut igitur *Canuſini* omnino privarentur ſpe proprium recuperandi *Paſtorem obtentu S. Sabini*, *Elias* rumorem in vulgus ſpargere curavit, quod *Barii* reperta eſſent prætioſa *S. Sabini oſſa*; eapropter multis accitis *Epiſcopis* ſolemnem peregit translationem *Urnæ*, in qua ſacras illas *exuvias* contineri, perperam aſſeverabatur. Hujuſmodi ſpectaculo omnes *Apuliæ* populi maxima admiratione, & ſtupore correpti fuere, nullo pacto intelligere valentes, quinam *Barii* reperiri potuerit ſanctiſſimum illud pignus, quod firma, & conſtans *fama*, nec umquam interrupta *traditio* ferebant, in *Baſilica Canuſina* quieſcere, ubi innumera, & aſſidua patrabantur miracula. Sed in primis magnus, eam ob rem, excitatus fuit *Canuſii* tumultus, uti facile quis perſuadere ſibi poteſt; ex hoc *prima*, & potiſſima profluxit cauſa illius inteſtini, acerrimique *odii*, quod nunc *Canuſinos* inter, & *Baren.* exardeſcit, quod cl. *Aſſeman.* nulli addictus parti etiam ſupponit, cum ſcripſit: *In ODIUM ſcilicet*

Aſſeman. de Reb. Neapol. cap. 18. tom. 1. pag. 591.

licet BARENSIUM, qui exinde (Canuſio) *Corpora Sanctorum Sabini, Ruſini, & Memoris tranſtulerint.*

28. Magis magiſque excanduerunt *Canuſini* propter *Inſcriptionem*, quam *Elias* apponere auſus fuit *Urnæ*, in qua *S Sabini corpus* quieſcere finxit, quæque legere eſt apud *Ugbell.* ibi: *Angelarius Archipræſul Canuſii attulit hic Corpus S. Sabini a Canuſio, quod fuit occultum in hoc Templo uſque ad tempus ELIÆ ARCHIEPISCOPI BARINORUM, & CANUSINORUM a quo fuit inventum, & hic honorifice collocatum menſe Februarii, Indict. XV.* hoc eſt *anno* 1092.: nam *Prænominationem* abſtulit *Eccleſiæ Canuſinæ* præter morem uſitatum a ſuis prædeceſſoribus, præſertim ab *immediato*, qui ita ſe ſubſcribere ſolemne ſanctumque habuit: *Ego Urſus Dei gratia Archiepiſcopus Sanctæ Sedis Canuſinæ, & Barenſis Eccleſiæ.* Neque eidem Eliæ ad hoc efficiendum ſuffragare poterat Bulla nuper ab *Urbano* emanata; in ea ſiquidem, etſi *Baren.* prænominata fuerit, tamen *juſtitia* præſervata fuit *Canuſinæ* Archiepiſcopali antiquiori hac adjecta clauſula: *Abſque præjudicio ergo juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum Barenſis, ſive Canuſinæ Eccleſiæ Diœceſes tibi &c.* Quandoquidem *Quæſtio iſta* (ut docet *Pitonius*) *Prænominationis non levis eſt momenti, cum per eam dignoſcatur Majoritas Unius Eccleſiæ ſupra alteram, & injurioſum exiſtimetur, quod inferior præcedat in ſubſcriptione Superiori &c.* Ut talem ac tantam propulſarent, & ſimul vindicarent injuriam *Canuſini*, ſubito ad *Boamundum* confugerunt: ſed is tunc totus erat in obſidenda *Uritana* Civitate, uti narrat *Protoſpata*. *Anno 1092. Cum obſideretur* Ories *Civitas a Boamundo, auxilio quorumdam, Orietani obſidionem diſſipaverunt, & ipſo Boamundo fugam petente cunctum ejus apparatum, & ſigna ceperunt.* Hæ, & aliæ *occupationes* ſupra deſcriptæ Principi impedimento fuere, quominus procurare potuerit, ne, illis primis fervoribus, *Canuſina* opprimeretur *Eccleſia*.

Ugbell. de Archiepiſ. Barenſ. tom. 7. col. 611.

Idem col. 607. Sup. pag. 152.

Piton. Diſcept. Eccl. part. 1. Diſcept. 9. pag. 39.

Lupus Protoſp. ap. Pratill. tom. 4. pag. 51.

29. Quapropter populares motus *Canuſii* majores in dies extitere. Porro *anno* 1099. juxta *Protoſpatam*, qui annos *more Græcorum* auſpicatur a *menſe Septembri*, & juxta *Pagium ann.* 1098. *Barii* celebratum fuit ab *Urbano Concilium*, cujus *nobiliſſima acta periiſſe* docet *Labbei*, quocirca nihil de eodem ſupereſt, quam quod refert *S. Anſelmus Cantuarien.*, qui eidem interfuit, nempe Dogma *Proceſſionis Spiritus Sancti*, contra *Græcos*, fuiſſe in ipſo definitum; eamque ob rem prorſus ignoratur, utrum *Canuſini* ad *Urbanum* recurrerint in laudato Concilio, de quo hæc ſolum apud *Ignot. Baren.* leguntur „ Anno 1099. Indict. VII. tertia die intrant. menſ. Octubr. venit Pa-
„ pa Urbanus cum plures Archiepi., & Epi. Abbatibus, & Commitibus
„ intraverunt in Bari, & ſuſcepti ſunt cum magna reverentia, & prærpara-
„ ravit dño Helia noſtro Archiepiſcopo mirificam Sedem intus in Eccleſia
„ Beatiſſimi Nicolai Confeſſoris Xpti, & fecit ibi Synodum per unam eb-
„ domada. Poſt completi dies octo perrexit in pace; & in menſe Julii obiit ip-
„ ſe Papa URBANUS, & ſurrexit PASCALIS PAPA, & in ipſo men-
„ ſe capta eſt Hieruſalem per vim ab ipſis Chriſtianis, qui ob amore Sancti Se-
„ pulchri perrexerant ibi, & miſerunt omnes Paganos in ore gladii.

Pagius ap. Labbei Concil. tom. 12. col. 948.

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 340.

30. Expleto Concilio Barenſi, aliud Romæ coegit *Urbanus ann.* 1099. in 5. *poſt Paſcha Hebdomada*: aliquos ejus *Canones* profert *Labbei*, In eodem *Sanctorum* numero ſolemniter adſcriptus fuit *Nicolaus Peregrinus* vita functus *an.* 1094. in Civitate *Trani*, in cujus Cathedrali humatus fuerat; unde in *Martyrol.* legitur: *Die 2. Junii Trani, in Apulia Sancti NICOLAI PE-*

REGRI-

Labbei ibidem col. 957.

Martyrol. Rom. excuſ. Romæ 1748. pag. 127.

REGRINI Confeſſoris, cujus miracula in Concilio Romano ſub Urbano Secundo recitata ſunt. Opportuna hæc fuit occaſio, ob quam in *Archiepiſcopalem* extolleretur *Eccleſia Tran.* Sanctuario *S. Nicolai Peregrini* illuſtris effecta; unde *Biſantius*, qui prius *Epiſcopus* tantum erat, & *Suffraganeus Metropoleos Canuſinæ* juxta *Joann. XIX.* & *Urb. II.* bullas, in diplomate Conſecrationis *Eccleſiæ Canuſinæ*, de quo in *cap. ſeq.*, ſermo redibit, vocatur *Archiepiſcopus Tranen.*. Quod vero Eccleſia *Tran.* ad metropoliticos evecta ſit honores, id quidem præ cæteris magnum attulit *Eliæ Archiepiſcopo* gaudium, ac lætitiam; nam videns in *Provincia Canuſina* jam *duos* fuiſſe conſtitutos *Archiepiſcopatus*, *Baren.* nimirum, & *Tran.*, maximo ſibi ducebat honori, quod ipſe fuerit *APULIÆ PRIMAS*, qui, juxta *Canones*, is reputatur, qui *pluribus præſtat Archiepiſcopis provincias habentibus*; Unde hæc Sepulchro, in quo Corpus *S. Sabini* reconditum prætendebatur, inciſa fuerunt Carmina.

(*Frances de Cathed. cap. 1. n. 112. pag. 8.*)

Tumba beati Membra Sabini continet iſta,
Condidit hic Præſul Angelarius illa;
Quæ Bari PRIMAS primus patefecit ELIAS.

Hinc mirum in modum excreverunt *Canusinorum anguſtiæ*, & ſollicitudines, cum primum audiverint titulum *PRIMATIS* fuiſſe uſurpatum *Ecclesiæ Canusinæ*, cui omnino ſpectabat, *a Barensi*, quæ illius fuerat *ſuffraganea*.

31. Hiſce ita ſe habentibus pervenit nuntius *obitus Urbani II.*, & paulo poſt alius electionis novi Pontificis *Paſchalis II.*, qui diu excelſiſſimam hanc dignitatem reluctatus, demum 14. *Aug.* ejusdem *ann.* 1099. ordinatus fuit. Quoniam vero hic etiam *Pontifex Cluniacenſe* profeſſus fuerat inſtitutum, idcirco Archiepiſcopus *Elias* plurimis, & feſtivis lætitiæ ſignificationibus illius celebravit exaltationem, multum ab eo ſperans in favorem *ſuæ Ecclesiæ*, & in *Canusinæ depreſſionem*; de quo etiam vehementer timuerunt *Canusini*, utpote natura *ſuſpicionibus* indulgentiſſimi, qui proinde in graviſſimum inciderunt exceſſum. Auctor enim eſt *Romoaldus Salernitanus*, ut ſupra *num.* 25. prænotavimus, quod *an.* 1100. *Boamundus* ſtipatus 300. *equitibus* manus conſerere auſus cum 122. *m. Saracenis*, *captivus* ab illis ductus eſt, equitibus ad unum omnibus internecione deletis; hæc omnia confuſa, & dubia in cognitionem venerunt Canuſinorum, quare *dubii* hi erant, utrum *adhuc eorum viveret Dominus*, an non. Nihilotamenſecius *Elias* illum è vivis ereptum exiſtimans, *Canuſium* extemplo advolat ad *capeſſendam*, *jurisdictionis poſſeſſionem in illam Eccleſiam ſuo orbatam Protectore*. Tunc *Canuſini* dicto citius ad arma cucurrerunt, alte proteſtantes, ſe ſervare velle Civitatem proprio *Domino*, donec de ejus ſorte certi forent. E contra Dux *Rogerius* arbitrans Canuſium a *Fratris obedientia* ſeſe ſubduxiſſe, ſive verius ut *vicem Boamundo* redderet, eo quod ille *ann.* 1093. *volante mortis ſuæ fama*, arma ſumpſiſſet, ut Regnum ſuum ſubjugaret, certum eſt, quod *Canuſium obſedit*, uti *Muratorius* ait: *Secondo che ſcrive Romoaldo Salernitano in queſto anno Ruggiero Duca di Puglia aſſediò, e preſe la Città di Canoſa, ch' egli durante l' aſſedio avea fatto cingere tutta all'intorno con delle RETI.*

(*Murat. Annal. Ital. ad an. 1099.*)

(*Murat. ibid. ad ann. 1093. & an. 1100.*)

32. Retia hæc profecto, aliud non erant, niſi belli *Machinæ* illis uſitatæ temporibus: Varia eorum exempla ab *Carolo Aquino* referuntur in verbo *RETE*; quidquid ſit de hiſce Retibus, hoc certum eſt, quod *Rete*, quo capti fuerunt *Canuſini*, fuit *VERBUM REGIUM* interpoſitum a *ROGERIO*, *ſcribendi* nempe ad *Pontificem*, ut omnino mandaret, & caveret, *ne ullum, vel minimum Eccleſiæ Canuſinæ inferratur præjudicium*.

(*Carol. Aquino Lexicon. Militar. par. 2. pag. 243.*)

Y

CA-

CAPUT XII.

Paſchalis II. controverſias Canuſinos inter, & Barenſes diremptururs Canuſium pergit.

1. IN vinculis ab infidelibus detentus *Boamundus* magnopere in *S. Sabini patrocinio* confidebat, fore nimirum, ut ejus ope, quamprimum ab eisdem ſolveretur. Qua de re acceptis Canuſinorum literis, ac deſcriptorum attentatorum nuntio, ſtatim *Pontificem*, fratremque *Rogerium* per epiſtolam rogavit, uti omnino providerent, & maxime ſtuderent, ne *Canuſina Eccleſia* aliquid exciperet detrimenti. His motus *Pontifex*, cum gratificari Boamundo vehementer cuperet, illico in viam ſe dedit, comitatuſque a *Cardinalibus*, *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *& Abbatibus venit Canuſium*, ubi cum iisdem *Synodum* peregit, cujus acta, etſi minime hodie exiſtant, attamen duo etiam num ſuperſunt præclariſſima hujus Sanctiſſimi Pontificis beneficentiæ monumenta. Primum, diploma continens *Conſecrationem Eccleſiæ Canuſinæ* in honorem *S. Sabini* illius Epiſcopi, cujus autographum in *Tabulario Capituli Canuſini* adſervatur, exemplarque exſcriptum legitur in pervetuſtiſſimo *Marmore* publice omnibus patente in eadem Eccleſia, cujus tenor eſt, qui ſequitur:

D. O. M.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCII. MENSIS SEP TEMBRIS INDICTIONE DECIMA HÆC ECCLESIA CA NVSINA AD HONOREM DIVI SABINI CONFESSORIS CHRISTI DEDICATA EST AB VNIVERSALI PAPA PA SCALE SECVNDO SEPTIMO IDVS SEPTEMBRIS ET AD HVIVS S. E. NEGOTIVM PERPETRANDVM INVITATI SVNT PORTVENSIS EPISCOPVS BENEVENTANVS AR CHIEPISCOPVS CAPVANVS ARCHIEPISCOPVS SALERNI TANVS ARCHIEPISCOPVS NEAPOLITANVS ARCHIEPIS COPVS ACHERUNTINVS ARCHIEPISCOPVS SYPONTINVS ARCHIEPISCOPVS BIXANTIVS TRANENSIS ARCHIEPIS COPVS MARALDVS TARANTINUS ARCHIEPISCOPVS MALCERIVS COMPSANVS ARCHIEPISCOPVS ROGERIVS CANNENSIS EPISCOPVS GVILIELMVS SALPITANVS EPI SCOPVS MANDVS MINERVINENSIS EPISCOPVS GAVDI NVS MVRENSIS EPISCOPVS ET CVPERSANENSIS EPIS COPVS VERVM ET PLVRES ALII ARCHIEPISCOPI EPISCOPI ABBATES ET MVLTORVM ALIORVM CLE RICORVM CONGREGATIO COPIOSA QVAPROPTER QVICVMQVE AD EIVS DEDICATIONEM IN ILLIVS FE STVITATE ANNVATIM VENERINT SCIANT SE DE OMNIBVS PECCATIS QVIBVS CANONICE CONFESSI FVERINT QVADRAGINTA SEX ANNOS ET QVADRA GINTA SEX QVADRAGESIMAS SIBI RELAXARI.

2. Alterum illud eſt, quod deſcriptum reperitur in Regio Diplomate a *Willelmo Apuliæ Duce* his verbis: *Igitur annuente Deo diſpoſitum ſit poſt deſtru-*

Digitized by Google

deſtructionem prædictæ Civitatis (Canuſii) ut quicunque in prædicta Eccleſia electus fuerit in Abbatem (hoc eſt Præpoſitum) *idem Populo quoque cum eadem poteſtate in Miſſarum ſolemniis celebrandis, & Sacramentis miniſtrandis, miniſtrantes cum eodem plenitudine jurisdictionis, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini, præeſſe debeat in Antiſtitem, hoc etiam collaudante, & concedente Summo Pontifice Paſchale II.*

§. I.

Eccleſiæ Canuſinæ regimen in Præpoſito a Paſchali PP. II. fuit confirmatum.

3. CUm *Paſchalis R. P.* habuiſſet *Synodum* in Eccleſia *Canuſina*, copiam fecit tum *Canuſinis*, tum *Archiepiſcopo Eliæ*, ut ambo ſuas proponerent rationes: Canuſini idcirco ſupplicibus exorarunt precibus, ut eorum Eccleſiæ *SUUS RESTITUERETUR ARCHIEPISCOPUS*. Æquiſſimis his juſtiſſimisque poſtulationibus acriter ſe ſe oppoſuit *ELIAS* aſſerens, quod cum pluribus ab illinc ſæculis *Canuſium everſum*, deletumque fuiſſet, *Angelarius Archiepiſcopus SS. Epiſcoporum* dictæ *Civitatis Ruſini*, *Memoris*, *& Sabini Corpora* ſecum deferens, ſuum *Barium* tranſtulit domicilium, cumque *Eccleſiæ Baren.* præfuiſſet, perpetuo eidem *unita* remanſit *Eccleſia Canuſina*. Hæc porro aſſertio, cum revera niteretur in eo, quod tunc apparebat (nam *Papa*, & omnes *Prælati* propriis ſpectabant oculis excelſorum ædificiorum ſolo æquatorum ruinas) cumque indagari, atque ad trutinam revocari non poſſet, quonam tempore, qua nam occaſione tanta evenerit deſolatio, tam antiquæ vaſtæque Civitatis, id quod plane neceſſarium erat, ut cauſa abſolvi quiverit, & id certe altioris erat probatio indaginis, eapropter *Pontifex* optimum factu duxit mandare: *Nihil eſſe innovandum* pro tunc, ſtante *Bulla Urb. II.* ſui Prædeceſſoris, qua, uti toties monuimus, *jus ſuum Eccleſiæ Canuſinæ præſervabatur*. Atque interea decrevit, ut *Præpoſitus* pergeret *Eccleſiam*, *& Diæceſim* præfatam gubernare eadem *jurisdictione, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini*, hoc eſt, in ſola tantummodo *Diæceſi*, non vero in *Provincia*, ſupra cujus *ſuffraganeos* jurisdictio relicta erat *Eliæ*, utpote *Archiepiſcopo Titulari Canuſino*.

4. Pontificiam hanc deliberationem, veluti proviſionariam exequens *Præpoſitus* exercere perrexit (uti modo etiam pergit) regimen Diœceſis Canuſinæ cum *jurisdictione Epiſcoporum propria*. E contra *Elias* coactus fuit ſe inſcribere *Archiepiſcopum titularem tantum Canuſii*, uti videre eſt in *Inſtrumento* apud *Ugbellum*, ibi: *Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 1103. *menſe Majo Indictione undecima. Ego HELIAS, annuente Dei clementia, Sanctæ Sedis Barenſis, & CANUSINÆ DICTUS ARCHIEPISCOPUS &c.* Ex quo idem notat *Ugbell.* in præfat. ad *Archiepiſcopos Baren.*, quod: *Hi titulo tenus tantum ſunt Archiepiſcopi Canuſini*. Quamobrem indeciſa penitus remanſit lis reſtitutionis Archiepiſcopi, ex eo quia minime potuerunt Canuſini objectionem Eliæ retundere, probando ſcilicet, quod Canuſium deſtructum fuit a *Longobardis*, & non a *Saracenis*, & quod poſt hujuſmodi deſtructionem, etiamſi *Canuſina Eccleſia* obnoxia fuerit *viſitationi Sipont-*

Apud Ugbell. de Archiep. Barenſ. tom. 7. col. 613.

Sup. c. 4. §. 1. pag. 71. §. 2. pag. 74. cap. 5. pag. 86. cap. 7. pag. 113. & ſeq.

pontini Præſulis , tamen poſtea ſui in ea *redintegrati* fuere *Paſtores*, quin immo ad *Metropoliticos* honores fuit ſublimata, præter alia ſuperius expoſita. Verum,etſi hæc omnia probare non valuere Canuſini, egregie invicteque ſe geſſerunt in tuenda,propugnandaque *Corporis S. Sabini Identitate* , quam ex viſceribus ipſius cujusdam Inſtrumenti, *ab Elia, PONTIFICI* exhibiti demonſtrarunt , & luculentiſſime confirmarunt.

§. II.

Exiſtentia Corporis S. Sabini in Eccleſia Canuſina ejuſque Identitas a Paſchali II. approbata.

Damadenus ſup. cap. 1. §. 3. n. 35. pag. 9.

Baron. ad an. 1091.

Ughell. de Archiepiſ. Baren. tom. 7. Boll. tom. 2. menſ. Feb. p. 329. & ſeq.

5. INtroducta de *S. Sabini Corpore* controverſia , quæ certe uſque ab illis fuit agitata temporibus , ſicuti Abbas etiam teſtatur *Damadenus* ; Archiepiſcopus *Elias* , qui fixum immotumque in animo habebat, *Corpus S. Sabini* in *Eccleſia* ſua *Baren.* fuiſſe omnino repertum , *Papæ* exhibuit *Inſtrumentum* quoddam , *decem* ante *annos* ab ſuo *Archidiacono Joanne* ſtipulatum , quod modo impreſſum videre eſt inter Annales Eminentiſſimi *Baronii* , qui, uti ſupra præmonuimus , illud ipſum inſeruit, non alia prorſus de cauſa , quam quia *plura ſcitu utilia* contineret. *Ughellus* item illud edidit in ſuo *Archiepiſcoporum Baren.* Chatalogo, & demum *Bolland.* poſt alios,illud *S Sabini* vitæ attexuit . Sed , ut verum fateamur , omnes neglexerunt , & omiſerunt criticas animadverſiones emittere , quæ omnino neceſſariæ ſunt , ut veritas ex ipſo eluceſcere poſſit . Hoc igitur , mandante Papa , publicato *Inſtrumento* ſubitus ex frequenti populo rumor erupit , quiſque dicens , quonam pacto probare poterunt Barenſes , quod Corpus *Sancti Sabini* fuerit in eorum Eccleſia nunc repertum ? Itaut ne dum Canuſini , quam reliqui , qui tunc magno numero *Canuſii* reperiebantur (multi enim illuc tunc aderant *Cruceſignati* , qui *Apulia* pertranſeuntes, *Paleſtinam* transnataturi , nihil potius atque antiquius habebant , quam ad ſacros *S Sabini* cineres venerandos ſupplices prius ſe conferre . ejuſque magnalia pleno ore prædicare) omnes inquam hac , aut ſimili alia fere ratione , pro cujuslibet captu , *Inſtrumentum* prædictum retunderunt .

6. Nullum aliud fundamentum *Corporis S. Sabini* in Eccleſia *Baren.* reperti ex cit. Inſtrumento ſuppetit , & eruitur , quam *Inſcriptio*, quæ ſupponitur inventa videlicet : *Prædicto autem panno modo ſupradicto invento , litteræ ſunt viſæ atque relectæ , quæ dicebant ANGELARIUS EPISCOPUS ATTULIT CORPUS S. SABINI . Hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt IN TABULA UNA MARMOREA , quæ ibidem tunc reperta eſt : ſimul, & in UNO TOPHO* . Riſum tenere haud potuerunt , cum audierint Inſcriptionem in *topho* , qui nihil aliud eſt juxta *Boll.* animadverſionem : ibi : *TOPHUS, lapis eſt ſcaber quidem , ſed qui facile reſolvi in arenam poſſit* . Qua de re haud poterat ille ſervare literas a tempore *Angelarii* eidem inſculptas, & inciſas, abſque quod fragilis petra in loco humido, uti aſſerebatur, exiſtens in pulverem non redigeretur .

Bollan. ibidem in notis lit. h. pag. 331.

7. Ut autem dijudicetur , an Inſcriptio *in tabula una Marmorea* ſuppoſita, fidem

fidem facere poſſit, plura requiruntur juxta ſapientiſſimum *Muratorii* judicium. Melior vero, & deciſiva theorica hiſce in rebus per *Romanam Eccleſiam* ſemper recepta, ea eſt, quam validiſſime doctiſſimeque de more propugnat: BENEDICTUS PP. XIV. his verbis: *Primum itaque ſignum eſt, ſi aliquod forte Corpus reperiatur cum Inſcriptione, dummodo Inſcriptio ipſa nullis ambagibus ſubjecta ſit, ſed in ea expreſſa ſint, quæ verum pro Chriſto Martyrium præ ſe ferant, & ideo indubitatam ſanctitatem.* Procedentes proinde cum hac indubitata, coſtantique theorica, certum eſt, quod eadem in cauſa fuerit, cur *Inſcriptio* prædicta *multis ambagibus* obnoxia tunc dignoſceretur; unde falſiſſima patuit, conſtititque *Inventio S. Sabini Barii* ſecuta, conſtabilitaque remanſit ejusdem *perpetua in Eccleſia Canuſina exiſtentia*.

Murat. Differt. Antiquit. Ital. Differt. 58. tom. 3. part. 1. pag. 256. cum ſeqq. Bened XIV. de Canoniz. editionis Patavinæ l. 4. part. 2. c. 27. n. 14. tom. 4. pag. 199.

8. Quandoquidem inveriſimile in primis prorſus eſſe, ex eo conficitur, quod *Angelarius* corpus S. Sabini Barium transtulerit; nam cum idem deſcriptus, & reputatus eſſet *Sanctimonia clarus*, Eccleſiam Canuſinam *S. Sabini* corpore privare non poterat, & alio aſportare contra formam a SS. Canonibus, & præſertim a *Concil. Mogunt. I.* præſcriptam, qua nimirum ordinabatur: *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat ſine conſilio Principis, vel Epiſcoporum, ſanctæque Synodi licentia*: Nulla autem extat memoria, quod neceſſariam hanc obtinuerit *licentiam* Archiepiſcopus *Angelarius*, aut a *Synodo*, aut a *Principe*, ideſt a *Papa*, ut adnotat, & explicat *Gloſſa* ibidem.

Can. Corpora 37. de Conſecrat. diſtinct. 1.

9. Deinde alia apparet inveriſimilitudo in eo, quod aſſeritur, potuiſſe nempe *Angelarium* ſecreto, & clanculum extrahere *S. Sabini corpus* ex eo loco, in quo tot cautionibus illatum fuerat *ſubtus Altare*, uti ſupra pluribus proſecuti fuimus. Illud vero alieniſſimum, & quam longiſſime a vero diſtare deprehenditur, quod *Angelarius* tanta imprudentia ſe ſe gerere voluerit, ut prætioſiſſimum *S. Sabini* pignus maluerit abducere *Canuſii Templo*, quod ſemper, uti teſtantur *Ughellus*, & *Damadenus* illæſum manſit a *barbaris, Saraceniſque*, illudque devehere *Barium*, ubi iidem morabantur, & inauditas exercuerunt crudelitates per *ann.* fere *triginta*. Hæ, & aliæ conſiderationes, quæ facti inveriſimilitudinem produnt, & firmant, ſatis eſſe poterant, ut falſa omnino demonſtraretur, & declararetur prætenſa Inventio, cum certa ſit regula apud *Juriſtas*, proverbiumque: *Inveroſimilitudo eſt falſitatis imago*.

Sup. c. 6. §. 1. n. 7. pag. 141.

Damadenus ſup. c. 1. § 2. n. 25. & 31. pag. 8.

10. Præterea nemo comprehendere potis erat, & concoquere poterat, quinam tanta facilitate, vix remota *Altaris petra*, *Barii* reperiri potuerit *Corpus S. Sabini* ab Archiepiſcopo *Elia an.* 1091., quando atteſtatione *Ignoti Baren.*: *Anno* 1034. *Biſantius Archiepiſcopus DIRUPAVIT EPISCOPUM BARINUM, & cœpit laborare.* Propterea ſi *Biſantius* a fundamentis evertit, & ſolo æquavit antiquam Cathedralem, certo certius eſt, quod corpus *S. Sabini* jam antea invenire debuerit, ſi in ea extitiſſet. Nec negotium faceſſit futile perfugium *Barenſium*, qui aſſerunt, *integram remanſiſſe veteris Cathedralis confeſſionem*, ſiquidem hæc, utpote membrum acceſſorium, & pars templi debuit omnino cum cæteris ejusdem partibus ſolo coæquari.

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 322.

11. Dum hæc, & ſimilia a Populo Canuſino animadvertebantur, mandavit *Pontifex*, ut *congregatis Prælatis* legeretur, & ponderaretur exhibitum *Inſtrumentum*, in quo hæc ſequentia verba notare Patres deliberarunt.
„ Verumtamen de altari prædictæ *Confeſſionis* incerti erant, a quo fuerat
„ Pontifice conſecratum, vel cujus Sancti Reliquiæ ſuppoſitæ; à ſuis au-
„ tem prædeceſſoribus relatum memoria retinebant, *Sanctorum* Confeſſo-
„ rum

,, rum MEMORIS, & RUFINI , *qui olim* ECCLESIÆ CANUSINÆ
,, PONTIFICES *fuerant* , *corpora recondita conſervari* ... Cœpit ergo ſolli-
,, citus eſſe, ut quæreret, quatenus de hoc , qud *ambigue* dicebatur , &
,, habebatur, *certus foret* , & amplius non *dubitaret* . Nam DE CORPO-
,, RE S. SABINI MENTIO NULLA ERAT , ſed de prædictis *Confeſ-*
,, *ſoribus* , neque temporibus prædicti *Eliæ* Archiepiſcopi , neque Archie-
,, piſcopi *Urſonis* : EXISTIMABATUR ENIM QUOD APUD ECCLE-
,, SIAM CANUSINAM ILLIUS SANCTÆ RELIQUIÆ RECONDI-
,, TÆ FUISSENT..... Nam prædictus *Elias* Archiepiſcopus cœpit ſtatim
,, ſollicitus eſſe de requirendis Corporibus Confeſſorum Memoris , & Ru-
,, fini in Altari jam dicto, ut certus eſſet de re tota: nec quievit , vel obli-
,, vioni tradidit, quemadmodum *Urſo* fecit Archiepiſcopas , ſed juſſit Al-
,, tare *deſtrui* ; quo *diruto*, apparuerunt *oſſa* in *anteriori Altaris facie* , veluti
,, ſub quadam ſpeluncula vel ſepultura condita , quodam contecta pannicu-
,, lo. Quo viſo ſtatim cœpit idem *Archiepiſcopus* illum aufe rre caute atque
,, ſuaviter , veruntamen illum non ſequebatur integer totus ; particulæ enim
,, illius ab illa , qua prius fuerant , integritate corruptæ, & jam putrefactæ
,, cadebant . *Multorum quippe annorum* jam *curricula* tranſierant : *ab illa ete-*
,, *nim tempore* , *quo ſupradicta fuerant oſſa uſque ad hoc ibi ſuppoſita* , *inve-*
,, *nimus* DUCENTOS , ET QUASI QUADRAGINTA PRÆTERIISSE
,, ANNOS, *numerantes diligenter* , *ut valuimus* , *Epiſcoporum annos* , *qui*
,, *huic noſtræ præfuerunt Eccleſiæ*. Prædicto autem panno modo ſupradicto
,, invento, *litteræ* ſunt viſæ atque relectæ , quæ dicebant : *Angelarius Epiſ-*
,, *copus attulit Corpus S.Sabini* : hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt in *ta-*
,, *bula una Marmorea* , quæ ibidem tunc reperta eſt : ſimul , & in uno *TO-*
,, *PHO* : a quo videlicet *tempore* hujus Epiſcopi *Angelarii* uſque ad *tempus*
,, ejuſdem *Eliæ* Archiepiſcopi, *anni præſcripti ſunt numerati* .

12. Ex prænotatis igitur verbis optime concluſerunt, & definierunt unanimiter *Patres*, indubitatam eſſe Corporum *SS. Rufini* , *&* *Memoris identitatem*, eorumque in *Canuſina Baſilica* exiſtentiam , quandoquidem fama , quæ ferebat *Barii* eadem exiſtere, futilis , vana , & ephimera omnino erat , & ex tabella ipſa profligabatur , quæ ut aſſerebatur reperta fuerat , eaque ſolummodo de *S.Sabini corpore* loquitur : *Angelarius Epiſcopus attulit Corpus S.Sabini* . Ulterius vero, eadem *Inſcriptione ponderata* , *&* *ad trutinam revocata*, deprehenſum fuit , quod præter *ambages* , quibus obnoxia erat , ex diametro pugnabat cum *coſtanti fama* . Etenim ex memorato colligitur *Inſtrumento* , quod juxta computum tunc confectum, *Corporis S. Sabini* tranſmigratio ſecuta fuerit ante *annos* 240. , & hoc medio tempore : *De Corpore S. Sabini mentio nulla erat* , *exiſtimabatur enim quod apud Eccleſiam Canuſinam illius Sanctæ Reliquiæ reconditæ fuiſſent* . Si igitur fama a pluribus vigebat *ſeculis*, prætioſas *Sabini exuvias Canuſii* quieſcere , & hic communi proborum virorum teſtimonio , ad ejusdem interceſſionem *mira* quotidie operari *Deum* , concludendum omnino eſt , quod præfata *Inſcriptio* nullam prorſus faciat fidem, ejuſdemque ſacræ exuviæ nunquam a *Baſilica Canuſina* ablatæ, ac remotæ fuerint . Præclaram hanc, unanimemque omnium illorum Patrum ſententiam ſupremæ Apoſtolicæque auctoritatis pondere communivit *Pontifex* , proindeque *approbavit corporis S.Sabini identitatem* , *illiuſque exiſtentiam in Baſilica Canuſina* , in qua , uti toties recenſuimus , ad hanc uſque diem ſumma religione colitur , & veneratur .

13. Por-

Digitized by Google

13. Porro hæc fuit antiqua diſciplina Eccleſiæ, quæ ſemper conſuevit depromere, & petere certum approbandi *Reliquiarum* argumentum, & teſtimonium *ex fama & traditione*, minime vero *ex ſolis tabellis*. Ita etiam noſtris temporibus *Sacra Congregatio Rituum* hiſce rebus præpoſita ſervat & habet in more poſitum; de quo, ut reliqua ſileamus, luculentiſſimum extat exemplum in celeberrima *Inventionis corporis S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris in Baſilica S. Petri Papiæ*, controverſia. Declaravit quippe eadem *S. Congregatio*, attendendam ſolum eſſe *conſtantem famam, & traditionem*, ut rectum de ejusdem *Identitate* efformaretur judicium, unde refert *Boll.* ibi: *Eodem an.* 1698., *juxta inſtructionem Roma tranſmiſſam, aliud inſtitutum eſt examen, in quo auditi ſunt teſtes ſuper publica voce, fama, ac traditione de perpetua exiſtentia S. Auguſtini corporis in confeſſione Eccleſiæ S. Petri in Cælo aureo.* Et ad definiendas hujuſmodi controverſias hanc perpetuam edixit, ſanxitque legem BENEDICTUS XIV. *Romanus Pontifex*, cum ſcripſit: *Miracula quoque in hoc IDENTITATIS judicio maximopere proſunt: quocirca, ſi probabiles argeant pro IDENTITATE RATIONES EX TRADITIONE, FAMAQUE ANTIQUA, ET CONSTANTI,* ex. gr. *deſumptæ, MIRACULORUM autem fiat ACCESSIO, pietati, & veritati conſentaneum erit aſſerere, & judicare, Corpus, aut Reliquias alicujus eſſe Beati, vel Sancti, immo vero illius eſſe Beati, vel Sancti, pro quo urgent rationes & cujus invocatione DEUS dignatus eſt miracula operari.*

Bollan. ſub die 28. Auguſti tom. 6. prædicti menſ. pag. 373.

Bened. XIV. *de Canoniz. Sanct. lib. 4. pars. 2. cap. 24. n. 10. editionis Patavinæ tom. 4. pag. 167.*

14. Eodem plane tempore, cum optime exploratum, compertumque haberet Pontifex *Paſchalis II.*, *Eccleſiam Canuſinam* eſſe de *Apoſtolica S. Sede* benemerentiſſimam, admirans præterea nobiliſſimam illius Baſilicam, peculiari providentia, toties in tot ac tantis barbarorum incurſionibus a Deo præſervatam, ædificatam ab VI., ut fertur uſque Chriſtiani nominis ſeculo, *tribus in navibus diſtinctam*, atque diviſam, *Cruce*, *Tribuna*, in eaque ſubter *Confeſſione*, *Ambone* inſuper, & *Sede Archiepiſcopali* in electo marmore affabre inſculpta & elaborata a *duobus Elephantis* ſuſtentata, *Altaribus*, & *pavimento* marmoreo ornatam, celeberrimiſque *columnis* lapidis, vulgo (*Verde antico*) quæ templi arcus regunt, nobilibus *operibus texellatis* ditatam, *Porticu*, *Turri campanaria*, *Cæmeterio* aliiſque adjacentibus membris decoratam; E contra intelligens *nullum* extare ejus *conſecrationis monumentum*, & ſciens juxta *Canones*, diſpoſitum eſſe, quod: *Eccleſiæ, vel Altaria quæ ambigua ſunt de conſecratione, conſecrerentur*, decrevit eamdem propriis manibus *conſecrare*, idque perfecit aſtantibus *Prælatis* omnibus, excepto *Elia*, qui ne hujuſmodi adeſſet functioni *Barium* de induſtria receſſit; illamque *dicavit in honorem S. SABINI cujus corpus* in eadem adſervatur, uti videre eſt in *Diplomate* ſuperius allegato. Ex eo ad evidentiam uſque comprobatur decretum Pontificium *approbatæ S. Sabini corporis identitatis*, nam etſi in Eccleſiarum conſecratione requirantur *ſacræ Reliquiæ*, ac minime requirantur *illius Sancti*, in cujus honorem Eccleſia dicatur; nihilominus, cum eo tempore agitaretur de *Corpore S. Sabini* controverſia, quod *decem ante annos Barii* fuiſſe repertum aſſerebatur, & *Pontifex* in illius honorem *Canuſinam Baſilicam dedicaverit*, illud evidentiſſime conſequitur, quod eamdem conſecraverit intuitu *S. Sabini Corporis ibidem exiſtentis*.

Can. Eccleſiæ 18. de Conſecr. diſt. 1.

Catalanus Commen. in Pontif. Rom. par. 2. tit. 2. §. 18. n. 4. tom. 2. pag. 50.

15. Cum autem ubique vigeat magna in *S. Sabinum* pietas atque devotio, inde factum eſt, ut plurimæ Eccleſiæ ejusdem reliquias ſe habere glorientur; inter has ſupra numeravimus præcipue *Sipontinam*; ac etiam ut notat

Sup. cap. 4. §. 1. num. 39. pag. 85.

tat

Bollan. in Vit. S. Sabini §. 4. n. 28. pag. 314.

tat *Bollan.*: *Viget Baruli perennis memoria illius miraculi, quo Sanctos Antiſtites Riccardum, ac Rogerium, nec non Sabinum, quemcumque is tunc gradum Eccleſiæ dignitatis tenuerit, iter agentes* Aquila *obumbravit ; Nam* Baruletani *Feſto die S. Rogerii Epiſcopi Cannenſis, qui præcipuus illis Patronus publica per vicos Urbis ſupplicatione cum ſacro* Rogerii capite, ſolas SS. Sabini, & Ricardi Reliquias *circumferunt ; ut qui ſimul viam mortales confecerunt, eorum immortali jam vita fruentium exuvias ſimul per vias geſtari venerabunda, cernat poſteritas*. Sed nullatenus mirum videri debet, ſi reliquias apud ſe tantum habere nonnulli jactitent ; illud potius maxima admiratione dignum eſt, quod non ſolum *Eccleſia Baren.*, uti hactenus pluribus refellimus, verum etiam *aliæ Eccleſiæ S. Sabini Corpus* poſſidere prætenderint, & potiſſimum Eccleſia *LESINENSIS*, in qua jam *anno* 1597. repertum eſſe, aſſeritur in prætenſo *Inſtrumento*, quod apud *Bollan.* reperitur ſtipulatum a quodam Sacerdote *publica* deſtituto auctoritate, quæ hac in re delicatiſſima requiritur.

Bollan. loc. cit. n. 10. pag. 338.

In eo hæc habentur „ Die 25. Novembris 1597. *S. Catharinæ* feſto die, „ in vicino ad lævam Altari ſacrum celebravi, ac lectis Litaniis, cœpi eadem „ qua pridie ratione humum fodere, *pſalmos* interea, atque alias precationes „ una cum *Sacellano* decantans. Cum *quatuor* circiter *palmorum* altitudine „ terram effodiſſem, multis adſtantibus, quadratum *marmor* reperi, longitu„ dine palmorum ſex, quatuor latitudine, unius craſſitudine. Quo inde ſat „ levi pro mole, & expedita opera, ſublato, *duæ ſubtus capſæ* inventæ, „ ipſæ quoque marmoreæ, & eadem, qua prior magnitudine. Sublato alte„ rius operculo, inſculpta hæc legi: *S. SABINUS CANUSINUS*. In „ *ipſa vero capſa tabella* erat *plumbea*, inque ea hæ ſculptæ voces, „ *S. Sabinus Canuſinus Pontifex Leſinenſis*, erant in eadem *capſa* ejuſdem „ *Sancti oſſa, Caputque integrum*. In alterius quoque operculo, incluſaque „ *plumbea tabella* inſculptum ; *S. Eunomius* ; inque ipſa capſa oſſa nonnulla. „ Triumphali hymno *Te Deum laudamus* decantato, eodem ritu eas obtexi.

16. Quamcumque merere potuerit *fidem privatus homo* circa enunciatarum *reliquiarum identitatem*, certum utique eſt, quod cum confuſæ repertæ fuiſſent aſſertæ *S. Sabini reliquiæ* cum illis *S. Eunomii*, *Neapolimque* delatæ, *in Collegiata Eccleſia Archioſpitali Sanctiſſimæ Virginis ab Angelo ſalutatæ* ſint collocatæ. *Decius Cardinalis Carafa* tunc *Archiepiſcopus* ita in ſuo edicto a clariſſimo *Mazochio* relato præſcripſit dictorum Sanctorum officium

Mazochius de SS. Neapol. cultu p. 1. cap. 2. pag. 54.

„ *9. Februarii: SS. SABINUS, & EUNOMIUS Epiſcopi*, ſemiduplex; „ *omnia de communi plurium Confeſſorum Pontificum: mutato numero ſingulari* „ *in pluralem, ut eſt in Rubr. Breviarii, ibid. Miſſa de Communi ſine Credo*. „ Horum ſacræ Reliquiæ translatæ ſunt *Neapolim* ab Eccleſia *Leſinenſi*, per„ mittente *Clemente VIII. P. M.*, & in Æde *Sanctiſſimæ Annuntiatæ* digno „ honore reconditæ. Dies natalis *S. Eunomii* Epiſcopi ignoratur : ideo eum „ junximus cum *S. Sabino*, cujus dies natalis eſt 9. *Februarii*, ut habet „ *Martyrologium Rom.*. Fuit hic *Epiſcopus Canuſinus*, vitæ ſanctitate, & pro„ phetiæ ſpiritu celeberrimus : deque eo agit *S. Greg. Papa lib. 2. Dial. cap. 15.* „ *& lib. 3. cap. 5.* claruit *S. Agapeto P. M. & Juſtiniano Imperatore* „ Etſi autem *Archiepiſcopus RELIQUIAS* tantum *SABINI* enunciaverit, tamen hæ poſtea (de neſcio quo fato) ad *totum Corpus* extenſæ ſunt, & productæ

Mazochius in vetus Kalendar. die 26. Martii pag. 115.

ap. eumd. doctiſs. *Mazochium*, qui agens de *S. Sabino M.* die 26. *Mar.* ita concludit : *Cæterum Sabinus Epiſcopus, cujus CORPUS cum aliis pluribus ex oppido* Leſina *Regni Neapolitani exeunte Seculo XVI. Neapolim in Ædem*

Annun-

Digitized by Google

Annuntiatæ tranſlatum fuit, teſte Cæſare *de* Engenio *pag.* 404.) *nihil huc attinet*.

17. Aliud *S. Sabini corpus* habere gloriatur inſignis *Collegiata Eccleſia Atripaldæ Abellinen. Diœceſis*: hæc habentur a *Bollan.* exſcripta ex relatione quadam a Dignitatibus memoratæ Eccleſiæ illi tranſmiſſa, per hæc verba: *Bollan. loc. cit. tom. 2. menſ. Februar. §. 3. n. 16. pag. 331.*
,, *Anno Chriſti* 1612. *die* 16. *Septembris*, Mucius Cinquina Epiſcopus *Abel-*
,, *linas*, *corpus S. Sabini*, Magiſtratuum rogatu, per oppidum ſolemni
,, ſupplicatione, Clero ac populo univerſo proſequente, circumlatum, in
,, antiquum dein monumentum repoſuit, capſæ plumbeæ incluſum. *CA-*
,, *PUT* vero intra *Statuam ex ære argentoque* fabrefactam, ſupra idem
,, monumentum aſſervatur. Eſtque rei geſtæ ſeries in tabulas relata, ac
,, *Hypoliſti* de *Matthæis* publici tabellionis manu ſignata. Decreta vero ab
,, Antiſtite anniverſaria illius Translationis celebritas. Et ſub *n.* 18. Ex hiſce
,, duobus Sepulchris (*SS. Sabini*, & *Romuli Diaconi*) excipitur cochleari ar-
,, genteo *liquor*, qui vulgo *Manna* appellatur, fluitque certis per annum
,, temporibus, & poſtulantibus magna pietate populis diſpenſatur, præſer-
,, tim *die* 9. *Februarii*, qui *S. Sabino ſacer eſt*. Eo die ab omni Clero ad il-
,, lius honorem *Miſſæ* ſacrificium, uti, & conſequentibus *ſeptem diebus*,
,, peragitur: inſtituitur vero per oppidum, *capite S. Sabini* circumlato, religio-
,, ſa ſupplicatio, numeroſa concurrente populi multitudine. Quotidie ve-
,, ro in Divino Officio *S. Hypoliſti*, ut titularis, *S. Sabini* uti Advocati, fit
,, commemoratio.

18. Si cauſa identitatis *duorum Corporum*, *cum Capitibus S. Sabini*, quæ tum *Leſinæ* tum *Atripaldæ* inventa referuntur, in *Sacra Rituum Congregatione*, cui privative ſpectat, proponi, & agitari deberet, nulli dubium, quin neutiquam prætenſa approbaretur *identitas*. Obſtaret enim *fama*, *&* *traditio*, quæ uti ſupra oſtendimus, *extremum* principale eſt, ut reliquas prætereamus exceptiones, aut quia *nominum identitas* minime *identitatem* probat perſonarum, aut quia *inventio* minime *canonice* peracta fuit, *aut* quia *oſſa* cum aliis *confuſa* reperta ſunt; ita ut aliud ex his evinci non poſſet, quam quod aliqua *S. Sabini Reliquia* cum aliis confuſa ibidem collocata fuerit, ut perdocte advertit *Bollan.*; *Neque illud inſolitum, ut pluribus in locis unius Sancti aliquæ aſſerventur Reliquiæ, & ſingulis Corpus, haberi exiſtimetur. Ita quæ* Leſina Neapolim *anno* 1598. *translatæ ſunt S. Sabini Reliquiæ, eæ in Catalogo Sanctorum, quos Decius Caraſa Cardinalis, & Neapolitanus Archiepiſcopus per totam eam Diœceſim anno* 1619. *celebrari conſtituit, dicuntur Canuſini illius eſſe Antiſtitis. Quid ni igitur ut Leſinam, ita, & Atripaldam aliquæ deportari potuerint?* *Bollan. loc. cit. §. 2. n. 3 pag. 332.*

19. Atque hæc eſt probabilior opinio, nimirum quod in iis Eccleſiis, quæ *integrum* alicujus *Sancti Corpus* poſſidere gloriantur, & in quibus non exiſtit, niſi aliqua illius *particula*, *integrum* creditum *Corpus* fuiſſe cenſeatur, ſi utrobique ad ejuſdem Sancti interceſſionem, gratias, & beneficia Deus omnipotens fidelibus largiatur, uti ſimilibus in caſibus adnotavit *Baron.* ajens ,, Cum igitur *eamdem virtutem in exigua parte Reliquiarum Marty-* *Baron. ad. an. 55. §. 150*
,, *ris*, *quæ in toto ſit corpore*, ineſſe, experimento ipſe teſtetur: inde evenit
,, ut *Corpus unius Martyris in plures* interdum partes dividi ſoleret, recon-
,, dique in diverſis Altaribus, quæ Sepulchra ſunt Martyrum, ut auctorita-
,, te divinæ Scripturæ (*) conſtat: indeque fortaſſe accidit, ut cum *unius* *(*) Apocal. 6.*
,, *ejuſdemque Martyris* diverſis in locis *Reliquiæ conditæ haberentur*, *& æque*

„ *ac ſi integrum Corpus* ubique horum locorum conditum eſſet , eadem „ miracula ſint operatæ, *unius ejuſdemque Martyris corpus diverſis in locis* „ *haberi dicatur*. Tolerabilis error, cui non hominum impoſtura, ſed exu„ berans divina largitas præbuit occaſionem: dum quod ob virtutis præſtan„ tiam,diverſis in locis ſit unius ejuſdemque Martyris erecta memoria, vel „ excitatum Sepulchrum (quod eſſe conſuevit ſacrum Altare) *quiſque apud* „ *ſe corpus illius habere eſt opinatus*.

20. Sed ut ad noſtram revertamur *Eccleſiam* Magnus Pontifex *Paſchalis II. declarata, approbataque S. Sabini corporis identitate*, in Eccleſia *Canuſina* exiſtentis, impertitaque ſolemni more Populo Pontificia *benedictione*, ab eadem diſceſſit; & tunc opinor quod Benevento ubi ſe contulerit, id contigit, quod *Falco* narrat: *Audierant enim quod Petrus ipſe Portuenſis Epiſcopus conjurationem feciſſet, ut theſauros Eccleſiæ, & ejus bona virtute vellet diripere &c. Petrus* hic in diplomate *ſub num.* 1.,ſuppreſſo nomine,notatur *Baſilicæ Canuſinæ dedicationi* interfuiſſe. Interim tam ab Apulis, quam ab exteris magis magiſque frequentatum fuit *D. Sabini* Sanctuarium, & demum *Barenſes* primis litis fervoribus reſtinctis, Decreto Pontificio, uti par erat,ſe ſubmittentes non amplius in ridicula, & falſa prætenſione perſiſterunt habendi *S. Sabini* corpus; ſed tantum reliquiam, quam magna ſervant veneratione. Narrat enim *Beatillus*, quod Archiepiſcopus *Joann. an.* 1156.cum Cathedralem renovaſſet *Eccleſiam Baren.*,eamque conſecraſſet, voluit inſpicere Tumbam, in qua aſſerebatur fuiſſe reconditum *S. Sabini* corpus ab Archiepiſcopo *Elia*; in eaque nihil aliud inveniſſe novimus quam *Reliquiam* brachii prædicti Sancti, quam de novo collocavit in Altari cum *Reliquiis S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis*, & *S. Stephani Protomartyris*, eique hanc Inſcriptionem affigi juſſit:

Falco Benev. apud Pratill. tom. 4. pag. 144.

Tumba Beati membra Sabini continet iſta:
Condidit hic Præſul Angelarius illa;
Quæ Bari Primas primus patefecit Helias.
Tandem, Sanctorum ſublimatore favente,
Urbs eſt Barenſis Patre conſolata Joanne;
Qui Simplex, Juſtus, Prudens, Pius, atque Pudicus,
Baſilicam iſtam veterem nimis, & tenebroſam,
Ut decet, & decuit, digno cultu renovavit.
Cum tribus hanc aris poſtquam de more ſacravit,
In media Sancti Sabini membra locavit.
Quæ Magdalenæ ſub honore ſacra Mariæ,
Membrorum non eſt primi quoque Martyris expers.
V. Idus Febr. Ind. IV.

Beatillus Vit. S. Sabini cap. 17. pag. 149.

21. Ut autem indicaret *Joannes* in eadem Tumba non eſſe *Corpus*,ſed *Reliquiam* tantum *S. Sabini*,uſus eſt voce *Membra Sabini*,qua etiam voce *Membra* expreſſit reliquias SS.Stephani,& M. Magdalenæ;nam ſicut de his verificari non poteſt, quod eorum *Corpora Barii* exiſtant, ita nec etiam de *S. Sabino*, cujus membra in Tumba Archiepiſcopus collocavit, hoc eſt partem Brachii S. Sabini, quam,eodem teſte *Beatillo*, ſcimus in ipſa adſervari Eccleſia, & reconditam eſſe in inſigni reliquiario gemmis ornato ab Archiepiſcopo *Rogerio Sanſeverini ann.* 1337.; qui pie ſapienterque ita edocuit, maximæ *Barenſium* gloriæ eſſe,partem habere *Reliquiarum* Sancti eorum principalis Patroni, quibus nimirum gratias a Deo ipſi impetrent, ac ſi totum poſſiderent Corpus, uti nos etiam inde monuit BENEDIC. XIV. ſic ſcribens „ Sappiamo doverſi ve„ nera-

Beatillus in Vit. S. Sabini pag. 194.

Digitized by Google

„ nerare non ſolo il *Corpo* intero di qualunque *Santo*, ma ancora ogni parte „ d'eſſo ſtaccata dal rimanente: *Hæc eſt enim Sanctorum Martyrum gloria*, „ *quorum etſi per univerſum Mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo*: ſono parole di *S. Maſſimo* nel Sermo- „ ne *cinquanteſimo quinto* fra quelli fin' ora attribuiti a *S. Ambrogio*, come „ può vederſi nel *tom.* 2. delle Opere di queſto Santo Padre della Stampa di „ *Parigi* dell'*anno* 1690. alla *pag.* 466., col quale concorda *S. Gregorio Nazianzeno* nel ſuo Componimento Poetico *De Virtute* ſecondo l'Interpreta- „ zione del *Petavio* al *lib.* 14. *de Incarnatione Cap. II. §. 3.* — Bened. XIV. in Append. ad tom. 4. Bullar. Rom. pag. 111.

Tanta porro eſt veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod Reliquiarum
Oſſium vetuſtorum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aſperſi cruoris
Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando ſufficiant,
Et appellatione ſanctæ ſunt Reliquiæ:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre:
Eadem quippe vi prædita. O Miraculum!
Salutem enim affert etiam ſola recordatio.

22. Idem Rom. Pontif., dum ſub nomine *Proſperi* Cardinalis *Lambertini* ampliſſimam *Bononienſem* adminiſtrabat *Metropolim*, ut populum ſibi creditum inſtrueret, hæc eloquenter edixit „ Sono le Reliquie de'Santi in un „ Concilio tenuto da *S. Bonifacio nel ſecolo* VIII. chiamate *Patrocinia*, come „ può vederſi nel *Ferrando in ſua Diſquiſitione Reliquiaria alla pag.* 200. Un „ titolo particolare di divozione non diſgiunto dalla ſperanza di ottener fa- „ vori, e grazie dal Signore *Iddio* per l'interceſſione di qualche Santo vien „ collocato dai Padri, e Scrittori Sagri a pro di quel Popolo, nella di cui „ Città ſi venera la di lui Reliquia, come può vederſi *nel tom.* 8. *dell'Opere* „ del *P. Teofilo Raynaudo* in quella intitolata: *Tituli cultus Sanctorum ſpecialis*: alla *pag.* 138. *Itaque mirum non eſt, quod Deus intuitu Sacrorum* „ *Corporum in eorum veneratores ſit beneficentiſſimus, & ipſi Sancti, quorum alicubi jacent Corpora, ibi maxime ſuam apud Deum gratiam prodant*, „ *exorando multa bona, & magna munera iis, a quibus eo loco coluntur*. Il „ che pure ha luogo, ancorchè non ſi tratti del *Corpo intero*, ma di una „ *parte* ancor piccola del medeſimo, come rifleſte lo ſteſſo Autore alla „ *pag.* 539. *Nec vero hic titulus venerationis ſpecialis Sanctorum reſtringitur ad integra Sanctorum Corpora; nam etiam particularum dumtaxat poſſeſſio ſatis, ſuperque eſt ad excitanda hoc titulo ſpecialia Fidelium ſtudia.* — Cardinalis Lambertini (deinde Bened. XIV.) in notificationibus Bononiæ impreſſ. 1737 notific. 8. tom. 3. pag. 113. & editionis Rom. 1747. Inſtitut. 49. pag. 257.

23. Hinc eſt, quod Baſilica *Canuſina* reputetur unum ex præcipuis Sanctuariis, ita ut in more habeant poſitum omnia Cathedralium Apuliæ Capitula habere tamquam præſentes, atque ad participationem admittere Dignitates, & Canonicos illos, qui *Canuſium* pergunt *S. Sabinum* veneraturi, non ſecus ac ſeſe conferrent ad *Garganicum S. Michaelis*, & *Barenſe S. Nicolai* Sanctuaria. Communiter vero, omnes peregrini, infirmi præſertim veneno infecti evidentiſſima prædicant miracula, quæ in eadem Baſilica quotidie fere contingunt; de quibus, cum rationem inire nullatenus poſſit ob immenſam multitudinem, Capitulum idcirco Canuſinum cum *Anonymo* canere pergit: *Si omnes vero virtutes, quæ ad tumulum Sancti viri (Sabini) fiunt, narrare velimus, & manus ſcribentis, & aures ſatis fatigarentur auditoris.* — Anonym. ſup. cap. 3. n. 31. pag. 38.

Digitized by Google

§. III.

Boamundus Antiochiæ Princeps uxorem ducit Conſtantiam Franciæ Regis filiam. Nova in Palæſtina edit præclara facinora. Demum obit. Ejus cadaver Canuſium transfertur, & prope S. Sabini Baſilicam tumulatur.

Ekkehard. Abb. de S. Expug. Hieroſolym. ap. Martene vetus Scriptor. Monum. edit. Pariſien. tom. 5. col. 533.

Chronic. S. Sophiæ ap. Pratill. tom. 4. pag. 377.

Ignotus Baren. ibid. pag. 341.

24. DUM hæc *Canuſii* agebantur, ſtrenuiſſimus *Boamundus* ab Infidelium vinculis, quibus detinebatur ſolutus eſt. Singulare hoc beneficium totum *S. Sabini* ſui tutelaris patrocinio *a Deo* acceptum retulit pientiſſimus Princeps, idque indicat Abbas *Ekkehardus* his verbis: *BOIMUNT quoque jam triennii captivitate per divinam ſolutus Providentiam, Italiam navigio venit, ibique claſſes fabricari conſtituens, ipſe uſque ad Hiſpaniæ regna peragrare, cunctamque quam poſſet militiam, quocumque pacto, contra Tyrannum præſcriptum cœpit congregare*. Certum eſt, quod Princeps captivus ductus fuit *ann.* 1100. *ann.* vero 1102. non ſine miraculo liber evaſit; At non ſtatim venit in *Italiam*, ſed anno inſeq. ut in *Chronic. S. Sophiæ* notatur: *Ann. 1103. Boamundus a S. Civitate rediit Apuliam*. Aut potius, ſi ſequi velimus Chronic. *Ignoti Barenſis*: *An. 1105. Indict. XIII. venit Boamundo ab Antiochia in menſe Janu., & X. Kalen. Junii obiit Helias Archiepiſcopus*.

Apud Card. Baron. ad ann. 1100. §. 32.

Fulcher. hiſtor. Hieroſolym. ap. Murat. Ann. Ital. ad ann. 1107. tom. . pag. 355.

Baron. ad ann. 1014. §. 15. ubi Pagi.

25. Princeps igitur eum Infideles *Terræ Sanctæ* uſurpatores pari, ut prius virtute ac fortitudine impugnare, & inſectari pergeret, confeſtim deprehendit, quod nihil prorſus in ſuſcepto præſtantiſſimo facinore proficeret, ex eo quia inter ipſos Chriſtianos, Principes nonnulli reperiebantur, qui in ruinam, perditionemque Chriſti Regni incumbebant, & cooperabantur; inter hos in primis erat ipſe *Balduinus* Hieruſalem Rex, qui ut *Patriarch. Hieroſol.* ait: *Adventum Balduini ad ruinam Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis interitum præſtolantes &c.*; Alter erat *Alexius Comnenus* Conſtantinopolitanus Imp., qui bellum ſecreto gerebat cum omnibus *Crucesſignatis*, qui per terras ſuas tranſirent, ut in Orientem pergerent; adeo ut periculoſior ipſis *Saracenis* hoſtis merito reputaretur. Eapropter, ut tot tantaque mala averteret propulſaretque *Boamundus* transfretare, & *Italiam* venire decrevit. Ad litora itaque *Apuliæ* appulſus *Canuſinam* illico petiit *Baſilicam*, ut in ea meritas, quantas animus ejus capere poterat, gratias *Deo* redderet, qui *S. Sabini* interceſſione, a tantis eum exemerat periculis, tantaſque ſibi conceſſerat celebratas victorias. Inter plurima, & pretioſiſſima munera eidem reliquit Eccleſiæ *duas Spinas Coronæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanguine reſperſas*. Juſſit inde, ut novæ conſtruerentur naves, novoſque J. C. militiæ equites adjunxit. Poſt hæc Romam ſe contulit, Pontificem certiorem facturus de ſacræ expeditionis negotiis; Patriarcham *Daibertum* a *Balduino* expulſum *Romæ* reliquit,

quit; ipſe vero cum *S. Bernardo* Epiſcopo Segnino Legato Apoſtolico Romam profectus, *Hiſpaniam, Galliamque* peragravit, quibus in Regnis magnam collegit Cruceſignatorum copiam. Hiſce aliiſque præſtantiſſimis actionibus mirum in modum ſibi devinxit *Philippi* Franciæ Regis animum, qui propterea illum adegit, ut in uxorem duceret *Conſtantiam* legitimam ejus filiam.

26. Hæc omnia autem tradit *Ignotus Barenſis* ajens: *Anno* 1106 *Indict. XIV. menſe Septembris perrexit* Boamundus *in occiduas partes auxilium exinde, & milites quærere; & factum eſt, cum multitudine Francorum inſuper, & fi*liam Philippi Regis, Conſtantinam nomine, *in conjugia accepit; & in eodem anno menſe Augusti reverſus eſt*: 1107. Indictione XV. *Perduravit hac in Provincia, præparandum navigie magne, & parve*. 1108. Indictione prima: *Menſe Septembris celebravit Sanctam Miſſam ſuper Sanctum Altare, ubi Beatiſſimi Sancti Nicolai corpus deget. Et deinde perrexit, ad portum Brindiſinum cum* 34. *millia inter equeſtres ſimul, & pedeſtres, & noves magne, vel parve CC. & XXX. galeæ. Decimo die intrante Octuber transfretavit pelagus, devenitque in ipſa Velona: intravit in ea pacifice: ſimiliter, & ipſa Canina; deinde perrexit Durachio, & obſedit ea, nec potuit capere, fecit pacem cum Imperatore*. Tantum ex hoc cepit indignationis ac timoris *Alexius Imp.*, ut, referente *Dandalo*, auxilium petierit a *Venetis*, qui, inſtructiſſima claſſe, ei ſuppetias tulerunt; ſed poſtea meliora capeſſens conſilia, pacem tractare cœpit, eamque demum concluſit pollicens, ac ſupra *ſacras Reliquias* jurans, ſe bene tractaturum, ac defenſurum omnes, qui per ſtatus ſuos iter facientes ad ſacram pergerent expeditionem. Poſt hæc *Boamundus* quievit, unaque cum ſuo exercitu *Hydruntum* repetiit, terras Græci Auguſti pacatas linquens: deinde iterum in *Terram Sanctam* profectus eſt, ubi ea edidit nova egregia facinora, quæ ſatis apud hiſtoricos nota ſunt, atque explorata.

Ignot. Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 341.

Dandalus Chronic. ap. Murat. rer. Ital. tom. 12. *& in Annal. Ital. tom.* 6. *pag.* 356.

27. Sed *an.* 1111. Eccleſiæ fuit funeſtiſſimus. Scribit enim idem *Ignot. Baren.* quod *Anno MCXI. Indictione* 4. *Menſe Februarii obiit ROGGERIUS Dux. Et eodem anno menſe Martii obiit Frater ejuſdem Ducis BOAMUNDUS*. Infortunia, quæ ex obitu horum Principum orta ſunt, indicantur quoque a *Petro Diacono*: *Ea perturbatione durante, Rogerius Dux cum Boamundo fratre defungitur. Horum itaque mors, ut Northmannis magnum incuſſit metum; ita Imperatori, ejuſque exercitui, & Longobardis omnibus extulit animos*. Nam *Paſchalis PP. II.* una cum *Cardinalibus* captivus ductus fuit ab *Henrico* Imp., eoque redactus erat, ut a nemine auxilium ſperare potuerit, uti narrat *Falco* Beneven. *Anno* 1110. *IV. Indictionis Henricus Rex venit Romam, qui fraude, & dolo Papam Paſchalem cepit, & Cardinales, menſe Februario: Eodem menſe Dux Rogerius obiit, & Boamundus germanus ſuus*. Ubi advertit *Pratillus*, errorem irrepſiſſe in epocha *ann.* 1110., quando res contigit *an.* inſequenti. Res etiam in Paleſtina ad incitas redactæ fuere, ex eo quia *Balduinus* conſiliis utebatur *Arnulphi* in Patriarchatu intruſi; omnia hæc mala provenerunt ex obitu *Boamundi* invicti Chriſtianorum Protectoris, uti *Annales* commemorant.

Ignot. Barenſ. ibid. pag. 142.

Petrus Diacon. lib. 4. *cap.* 41. *ap. Baron. ad ann.* 1111. §. 15.

Falco Benevent. apud Pratill. tom. 4. *pag.* 145.

28. Dux autem *Rogerius Salerni* debitum naturæ perſolvit, unico ſuo filio *WILLELMO* hærede relicto, ſepultuſque fuit in Principe illius Urbis Eccleſia. De tempore vero, ac loco, ubi *Boamundus* vitam finierit *Pagius* hæc habet: „ *Boamundi* Antiochiæ Principis mortem Baronius accurate hoc anno conſi- „ gnat, & Ducangius in Notis *lib. XIV.* Hiſto. *Annæ Comnenæ* perperam

Pagius n. 8. *ad Baron. ad ann.* 1111. §. 45.

„ con-

„ contendit,eam uno aut altero,ante præſentem,anno accidiſſe. Hæc de *Boa-*
„ *munda Ordericus* lib. 9. *Anno ab Incarnat. Dom.* 1111. *Indict. IV. Marcus*
„ *BOAMUNDUS poſt multos agones, & triumphos in nomine Jeſu AN-*
„ *TIOCHIÆ obiit*, ubi tamen in loco mortis fallitur. Eum enim in *Apu-*
„ *lia* demortuum certiſſimum, idque anno currenti, ut etiam produnt *Al-*
„ *bertus* Aquenſis *lib. XI. cap.* 48. *Chronographus Malleacenſis*, ac *Falco Be-*
„ *neventanus*, qui extinctum tradit menſe *Februario anni Chriſti* 1110. *In-*
„ *dict.* 4. *Falconem* citat *Ducangius*, & obſervat ſolemne eſſe huic Scriptori
„ annos Chriſti a menſe *Martio* auſpicari, ideoque exiſtimare eum vita fun-
„ ctum menſe *Februario anni* Dioniſyani 1111. Cæterum quantus vir fuerit
„ *Boamundus*, vel ex his *Annæ Comnenæ* lib. 13. verbis intelligi poteſt: *Hic*
„ *talis ac tantus fuit; ut uni omnium, qui tunc erant hominum, Imperatori*
„ *Alexio ſecundus; uni dumtaxat illi fortuna, vi dicendi, conſilio, cæteriſ-*
„ *que naturæ dotibus eſſet inferior; plane invictiſſimus futurus, niſi eum ætas*
„ *ſua, rerumque, ac ſpei rationes cum Patre meo commiſiſſent*. Eum hoc anno
„ vitam cum morte commutaſſe teſtatur etiam *Petrus* Diaconus *lib.* 4.
„ *cap.* 42. cujus verba *Baronius n.* 15. refert: *Ea perturbatione durante*, in-
„ quit hic Auctor, *Rogerius Dux cum Boamundo fratre defungitur*. Rogerius
„ Dux erat Apuliæ, cui in Principatum ſucceſſit *Guillelmus* filius, *Boamun-*
„ *do* vero in Principatum Antiochiæ *Tancredus* nepos Dux, etiam celeber-
„ rimus. Erant *Rogerius*, & *Boamundus* filii *Roberti Guiſcardi*, de quo
„ ſæpe a nobis ſermo habitus „ At nullo quidem pacto intelligi poteſt, quare *Pagius* potius in *Apulia Boamundam* fato ceſſiſſe cenſuit, quam *Antiochiæ*, ubi mortuum fuiſſe tradit *Ordericus* hiſtoricus maximæ auctoritatis; Porro quod idem *Pagius* addit, ipſum ſui Antiochiæ Principatus hæredem inſtituiſſe *Tancredum* ſuum nepotem, nulla quidem fultus auctoritate id aſſeruit, cum extra omnem dubitationis aleam ſit, quod hæredem ſcripſerit ejus filium *Boamundum* a *Conſtantia* ſuſceptum ſub Matris tutela, ut ex monumentis *in cap.* ſequenti oſtendemus; At invictiſſimum *Tancredum* Adminiſtratorem dumtaxat memorati Principatus fuiſſe non ambigitur.

29. Certum præterea eſt, laudatiſſimum *Boomundum* in ſuo teſtamento diſpoſuiſſe, quod ejus oſſa *Canuſium* deportarentur, & collocarentur a latere minoris portæ Sacroſanctæ illius *Baſilicæ* e regione Confeſſionis, ſub qua quieſcit *S. Sabini* illius patroni pignus, una cum aliis SS. Epiſcoporum: atque ita factum fuit, *ut Heros* ille invictiſſimus ante eam jaceat mortuus Baſilicam, quam vivus tantopere propugnaverat, perpetuus proinde effectus ejuſdem defenſor, non ſecus ac *S. Joann. Chryſ. ſcribit: Imperatores pro magno habuere, ſi juxta Apoſtolorum ſaltem veſtibula, ipſorum Corpora ſepelirentur, fierentque Reges Janitores Apoſtolorum*. Regali prorſus magnificentia parentatum illi fuit, & loco ſupra indicato tumulatus. Quo poſtea in loco erectum illi fuit magnificentiſſimum mauſoleum, a cl. *Pratillo* deſcriptum pretioſiſſimo marmore affabre inciſum, ac inſculptum, inſtar cujuſdam Cappellæ, cum cupola opere texellato ornata, & parvis columnis ex electo lapide, porta munitæ ænea imaginibus egregia Principis facinora referentibus inſignis, ac illuſtris. Inſcriptionem Piræ appoſitam, uti a *Baronio* exſcribitur, & hic exſcribam:

Joannes Chryſoſt. homil. 26. in Epiſtolam 2. ad Corinth.

Franceſco Maria Pratilli della Via Appia lib. 4. cap. 13. pag. 523.

„ Obitus Boamundi Principis laudatiſſimi, in his præſertim quæ ſpectant ad
„ militarem fortitudinem, non pertranſeat is abſque memoria antiquæ lau-
„ dis ejus monimentis perpetuis conſignatæ. Sepultus fuit *CANUSIÆ* in
„ *Apulia* in *Eccleſia S. Sabini*; ad cujus ſepulchrum ejuſmodi hactenus Inſcrip-

Baron. loc. cit.

Digitized by Google

„ ſcriptiones in tabulis æreis leguntur, ut ferebant pedeſtres *muſæ* hujus „ temporis infelicis:

MAGNANIMVS SYRIÆ IACET HOC SVB TEGMINE PRINCEPS
QVO NVLLVS MELIOR NASCETVR IN ORBE DEINCEPS.
GRÆCIA VICTA QVATER PARS MAXIMA PARTHIA MVNDI
INGENIVM ET VIRES SENSERE DIV BOAMVNDI.
HIC ACIE IN DENA VICIT VIRTVTIS HABENA,
AGMINA MILLENA QUOD ET URBS SAPIT ANTIOCHENA.

In Januis autem æreis iſta.

UNDE BOAT MVNDVS QVANTI FVERIT BOAMVNDVS
GRÆCIA TESTATVR SYRIA DINVMERAT.
HANC EXPVGNAVIT ILLAM PROTEXIT AB HOSTE,
HINC RIDENT GRÆCI SYRIA DAMNA TVA.
QVOD GRÆCVS RIDET QVOD SYRVS LVGET VTERQVE
IVSTE VERA TIBI SIT BOAMVNDE SALVS.

Ex alio latere:

VICIT OPES REGVM BOAMVNDVS OPESQVE POTENTVM.
ET MERVIT DICI NOMINE IVRE SVO
INTONVIT TERRIS CVI NON SVCCVMBERET ORBIS?
NON HOMINEM POSSVM. DICERE NOLO DEVM.
QVI VIVENS STVDVIT VT PRO CHRISTO MORERETVR
PROMERVIT QVOD EI MORIENTI VITA DARETVR.

Rurſum utrimque Diſtichon:

HOC ERGO CHRISTI CLEMENTIA CONFERAT ISTI,
MILITET VT CŒLIS SVVS HIC ATHLETA FIDELIS.

Ex alia parte:

INTRANS CERNE FORES VIDEAS QVID SCRIBITVR ORBE
VT CŒLO DETVR BOAMVNDVS IBIQVE LOCETVR.

Deorſum vero:

MELFIÆ CAMPAN. ROGERIVS FECIT
HAS IANVAS ET CANDELABRVM.

30. Satis conſtat, quod *Venuſii* in Regia Baſilica *Sanctiſſimæ Trinitatis* omnium *Normannorum* Regum ſepulchra exiſtant; deeſt tamen illud *Boamundi*, in noſtra uti diximus Eccleſia, exiſtens; hinc eſt, quod cum inter illa reperiatur etiam depoſitum *ALBEREDÆ* primæ Ducis *Roberti Guiſcardi* conjugis, & matris noſtri *Boamundi* in eodem depoſito hanc videre eſt Inſcriptionem:

GVISCARDI CONIVX ALBERIDA HAC CONDITVR ARCA.
SI GENITVM QVÆRES HVNC CANVSINVS HABET.

Ughell. de Epiſcop. Venuſin. tom. 7. col. 169.

CA-

CAPUT XIII.

Willelmus Apuliæ Dux pluribus reditibus Eccleſiam Canuſinam auget, & ditat.

1. EXtincto *Rogerio*, in *Apuliæ* Ducatu eidem ſucceſſit ejus filius *Willelmus* Princeps magna pietate ac religione præditus. Qui vix impetrata obtentaque a *Paſcb. II.* in Concil. habito *Cepperani ann.* 1114. *Inveſtitura*, ut inſignis ſuæ, erga *Boamundi* Patrui ſui animam, pietatis præberet teſtimonium, atque inſimul ut devotionis ſuæ in *S. Sabinum* præclarum ſpecimen ederet, & illuſtre perpetuumque relinqueret argumentum, *Baſilicæ Canuſinæ*, cujus *Patrocinium* aſſumere voluit, *an.* 1118. ampliſſimas donavit poſſeſſiones, reſervato ſibi *Canone duorum panum* toties quoties ipſe, aut ejus Succeſſores *Canuſium* venirent, a *Præpoſito*, & *Capitulo* perſolvendo. Hæc omnia conſtant ex *Regio diplomate*, noviſſime extracto ex magno *Regiæ Neapolitanæ Cameræ* Regiis rationibus præpoſitæ, ſive *Summariæ*, ut vulgo, appellant, tabulario.

Summonte hiſtor. Neap. l.b.2. cap.2. pag.229. Murator. Annal. Ital. ad an.114.

2. ,, EGO WILLELMUS DUX Calabriæ, & Apuliæ. Anno 1118.
,, ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti: Gelaſio ſecundo Apoſtolicæ
,, Sedis Præſidente, dedi Eccleſiam meam Sancti Sabini Civitatis Canuſii Cap-
,, pellam meam a S. Pontifice Apoſtolico Paſchale ſecundo conſecratam Ab-
,, bati, & aliis poſt eum Abbatibus, necnon Eccleſiæ, & Clero aliquas ter-
,, ras poſitas in Territorio Canuſii, in quibus conceſſi frumenta ſingulis annis,
,, ac plenam poſſeſſionem pro redemptione animæ meæ, & Boamundi Pa-
,, trui mei in Eccleſia prædicta ſepulti, & talis eleemoſyna in perpetuum ſub-
,, miniſtretur, d. Eccleſiæ meæ Cappellæ: bona vero præfata hæc eſſe di-
,, cuntur, videlicet: Petia una terræ, quæ hos habet fines, ab una parte eſt
,, via publica, ab alia parte finis terræ Sabini de Canuſio, &, ſi qui alii ſunt
,, confines; item petia una alia terræ in loco, ubi dicitur S. Anaſtaſius, &
,, hos habet fines: ab una parte eſt via publica, ab alia parte flumen Aufidus, &
,, terra fratruum Joannis de Gaudiano, & ſi qui alii etiam Confines ſunt. Cum
,, igitur annuente Deo diſpoſitum ſit, poſt deſtructionem prædictæ Civitatis,
,, ut quicunque in prædicta Eccleſia electus fuerit in Abbatem, idem Populo
,, quoque cum eadem poteſtate in Miſſarum ſolemniis celebrandis, & ſacra-
,, mentis miniſtrandis, miniſtrans cum eadem plenitudine Juriſdictionis, quam
,, habuerunt Epiſcopi Canuſini, præeſſe debeat in Antiſtitem, hoc etiam
,, collaudante, & concedente ſummo Pontifice Paſchale ſecundo; Ita ego
,, diſpoſui, ut quilibet Epiſcopus contentus de ſuis beneficiis, dictam Eccle-
,, ſiam perturbare non præſumat, & tradidi dicto Abbati, & Clericis præfa-
,, tæ Eccleſiæ terras prædictas, ut nemini unquam ſervirent de rebus Eccle-
,, ſiæ, vel de poſſeſſionibus, niſi Deo, & Sanctis ſuis. Data tamen tanta li-
,, bertate cœpit me nimium precari ille Abbas, veniendo ad me cum cæteris
,, Clericis ſuis, ut ſicut a quando conſtructa eſt Eccleſia prædicta, nullus
,, Epiſcopus probatur habere ullum dominium, ac dominationem ibidem;
,, ita petimus, ut ſemper libera, abſque dominatione Epiſcoporum exiſtat, &

,, pro

„ pro his omnibus petebant, ut facerem eis hanc libertatis, & ſecuritatis „ cautelam; & quia rogavit me Abbas, ut ego aliquid ſervitii de Eccleſia „ ad meum opus, & ad opus Hæredum meorum retinere. Ego autem ac- „ quieſcens petitioni ejus. Juſſi iis pro hac re ſemper pro me orare, & con- „ ſtitui cum Abbate, ut Abbas, & Clerici duos panes mihi darent per con- „ ſuetudinem, & non amplius, quotieſcumque venirem ad præfatam Eccle- „ ſiam, vel in Territorio dictæ Civitatis, & hoc ſimiliter facerent omnibus „ ſucceſſoribus meis poſt mortem meam, & non amplius.

§. I.

Riſo Archiepiſcopus Baren. in Eccleſia Canuſina ſe immiſcere tentavit. Finis ejus vitæ. Iterum a Gelaſio PP. II. Juriſdictio Præpoſito Canuſino confirmatur.

3. JAM inde ab *ann.* 1105. *Baren.* adminiſtrabat Eccleſiam *Riſo Triſinius* *Eliæ* ſuffectus. *Beatillus* aſſerit, quod is *Cardinalitia* ornatus fuerit dignitate, & in titulum habuerit *Eccleſiam S. Laurentii*, *& Damaſi*, & quod *Canuſii* defunctus ſit, in illiuſque *Baſilica* tumulatus. Diligentiſſimus certe fuit non ſecus ac immediatus ſuus prædeceſſor in occaſionibus captandis, ut *Canuſinos* circumveniret, imparatoſque offenderet. Superſtite quidem *Boamundo*, qui ſtrenue viriliterque, uti vidimus, *Canuſinorum* cauſam apud *S. Sedem* patrocinabatur, omnes ejus conatus irriti, inaneſque ceſſere; ſed illo e vivis ſublato, conſilium ſtatim iniit ſe in *Canuſinæ Eccleſiæ* regimine omnino immiſcendi.

Beatill. Vit. di S. Sabino pag. 170

4. Atque hinc, cum Tarenti tunc commoraretur *CONSTANTIA parvi ejus filii BOAMUNDI TUTRIX*, uti apparet ex Inſtrumento ap. *Ughell.* *Ego Conſtantia Sereniſſimi Philippi Regis Francorum filia, & quondam uxor D. Boamundi invictiſſimi Antiocheni Principis, & ejus auctoritate agens plenariam poteſtatem, & vicem filii mei Boamundi adhuc pueri, cum ſæpe commonita eſſem a Domino Riſo Reverendo Archiep. Barinæ Civitatis, quæ ſimul cum multis aliis in noſtra poteſtate eſt, & rogata, ut præfatæ Civitatis Eccleſiæ ſubvenirem, & pro redemptione peccatorum meorum, & ut dicto unico filio meo legitimo Boamundo ſubveniat, & vitam, & victoriam largiatur &c.* Ab illa renunciationem Canuſinæ Eccleſiæ extorſit, uti ait *Beatillus*: *A queſto Arciveſcovo per ordine del ſudetto Paſcale PP. II. rinunziò a' 27. Agoſto del 1113. la Chieſa di S. Sabino di Canoſa la Sereniſſima Principeſſa Coſtanza, figliuola di Filippo Rè di Francia, e moglie del Principe di Bari Boamondo il vecchio.*

Apud Ughellum de Archiep. Baren. tom. 7. col. 615.

Beatill. loc. cit.

5. Hujus tamen renunciationis nullum cit. *Auctor* affert monumentum. Verum ſi ejus aſſertioni aures accommodare volumus, non abs re dici poſset, quod etiamſi Regia Vidua Eccleſiæ *Patrocinium* ſuſtinere potuerit, tamen quia Eccleſiæ Canuſinæ defenſioni ipſa per ſe adeſſe non valebat, Archiepiſc. Riſonem ſubſtituerit intuitu perſonæ, nunquam vero ejus ſucceſſores, cum officium

Mageri de Advocat. armata c. 7. n. 225. & c. 9. n. 1137. & cap. 16. per tot.

hujuſmodi omnino debebatur, & præſervatum erat parvo Boamundo, ubi ad legitimam perveniſſet ætatem. Præterquam quod intelligi ſane non poteſt, quamnam utilitatem ex prætenſo monumento elicere poſſit *Eccleſia Barenſis*, ut ſuam, in Canuſinam, jurisdictionem confirmet. Sicut enim ab antiquo tempore Jurisdictio radicata erat *in Præpoſito* tamquam illius Adminiſtratore, ita *Coſtantia* nihil aliud *Riſoni* renunciare potuit, quam ejusdem *Patrocinium*, & conſequenter *Archiepiſcopus*, utpote *pupilli Principis Tutricis* perſonam referens, nihil aliud prætendere potuit, quam illius *Patrocinium*, non vero *juriſdictionem* ſpiritualem, & temporalem; cum vigeat regula a doctiſſimo *Fraſſo* probata, quæ tradit, Epiſcopum munus gerentem Seculare, conſiderandum eſſe uti *Magiſtratum*, & non uti *Epiſcopum*.

Fraſſo de Regio Patronat. tom. 2. cap. 61. n. 58. pag. 83.

6. Hac igitur occaſione, cum Canuſium ſæpe ſe conferret *Riſo*, potuit quidem aliquem cum Canuſinis inire tractatum, ut eidem obedientia deferretur, tamquam Urbis ipſius Archiepiſcopo, ſed nimium arduum hoc erat opus; Interea apud *Barenſes* exoſum evaſerat nomen ipſum *Riſonis*, propter hujuſmodi tractatum, quem cum Canuſinis inire ſtuduerat. *Barenſes* enim magnopere ſe jactabantur ſuper *prætenſa unione Eccleſiæ Canuſinæ, cum Barenſi*, quam ſub *Urbano II.* ſecutam fuiſſe mordicus, ſed perperam contendebant, magnæque gloriæ *Eliæ* tribuebant, quod ad tantam dignitatem evexiſſet eorum Eccleſiam, quæ nonniſi ab *unione* cum Canuſina, tantum luminis, ac ſplendoris mutuaverat, ac adepta erat. Eapropter in Inſcriptione, quam *Eliæ* tumulo ſuperpoſuerunt, hos verſus, inter alios addiderunt:

Ughell. tom. 7. col. 614.

Decidit o Barum rerum diadema tuarum.
Te viguiſſe ſcias, viguit dum Præſul Helias.
Clauditur hoc pulchro Pater inclytus ille ſepulchro,
Qui bene te rexit, qui te ſuper æthera vexit.

7. E contra *Canuſini* cum *Riſone* agentes omnimodam obedientiam, ſe præſtare profitebantur Bullæ ab *Urb. II.* emanatæ cum hac clauſula: *Abſque præjudicio Juſtitiæ Eccleſiæ Canuſinæ*: Quæ quidem clauſula ſecum defert, ne dum unionem prædictam tamdiu perdurare, donec cauſa unionis perſiſtebat, verum etiam intra hoc tempus, *Electionem Archiepiſcopi* omnino ſpectare debere *Clero Canuſino*, minime vero *Barenſi*, qui nihilominus jus hujuſmodi in præteritis electionibus uſurpaverat. Idcirco præteritos *Archiepiſcopos*, nunquam *legitimos agnovere Canuſini*; excepto *Urſo Archiepiſcopo*, utpote, poſtulante *Duce Roberto Guiſcardo*, uti ſupra, electo; qui prudentiſsimus Præſul nihil eorum Eccleſiæ intulit præjudicium, propterea quod ita ſe prænominabat: *Urſus Dei gratia Archiepiſcopus S. Sedis, Canuſinæ, & Barenſis Eccleſiæ*; & in Apulia agens, *Canuſii* ſemper reſedit, uti ſupra. Cum igitur in hoc ſtatu, & poſſeſſione eſſet *Eccleſia Canuſina*, merito eorum filii querebantur de *Elia Urſi* ſucceſſore, qui eidem præjudicium importavit prænominans ſe: *Elias annuente Dei clementia S. Sedis Barenſis, & Canuſinæ dictus Archiepiſcopus*, & deinde *Primas Bari*: quæ *Primatis* dignitas omnino ad *Canuſinam* pertinet *Eccleſiam*. Demum Elias ſemper commoratus fuit *Barii*, qui Urbem illam *ſuper æthera vexit*, ut jactant Barenſes in cit. Inſcriptione: quæ omnia apertiſſima fuerunt detrimenta, & præjudicia illata *Canuſinæ Eccleſiæ Cathedrali Matrici, & Metropolitanæ* poſt hominum memoriam, antiquiſſimæ. Quapropter omnino eidem debebatur jus ipſi præſervatum, proprium ſibi eligendi *Archiepiſcopum*, qui præinſcribere ſe debebat *Archiepiſcopus Canuſinus*, idemque Canuſii *moram* trahere tenebatur.

Sup. c. 10. §. 4. pag. 152.

Sup. c. 12. §. 4.

8. Ve-

Digitized by Google

8. Verum quidquid demum conſilii,tractatuſque cum *Canuſinis* inierit *Riſo*, certum eſt, quod ipſe *Barenſibus* inviſus evaſit, quemadmodum ſacrilegum *parricidium* paulo poſt ſecutum funeſtiſſime demonſtravit. Etenim demortuo *ann.* 1118. glorioſiſſimo *Paſch. II.*, in ejus locum ſubrogatus fuit *Gelaſius II.* qui inſidias *Henrici V. Imp.* vitaturus,illico *Cajetam* Patriam ſuam petiit; ubi adſtantibus quampluirimis *Cardinalibus*, *Archiepiſcopis*, & *Epiſcopis*, inter quos etiam *Riſo*, & *Guilielmus Apuliæ Dux*,Pontificia *thiara* coronatus fuit menſe *Martio* ejusdem anni: exinde extemplo *Riſo* profectus *Barium*, ibique negotiis Eccleſiæ compoſitis,*Canuſium* perrexit, ubi ea contigerunt,quæ ab *Ignot. Baren.* narrantur: *Anno* 1118. *Indict. XI. menſe Septembri poſt aliquos autem dies præmemoratus Archiepiſcopus* (Riſo) *ibit Canuſium ad Eccleſiam B Sabini. Ibit & prædictus Argiro Tranum; ibique communicato conſilio amicorum expectabat reditum Archiepiſcopi: & paucis decurſis diebus, paratis inſidiis prope Eccleſiam B. Quirici infra Cannas, & Barclum, interfecit eum. Revertenti Argiro Tranum, milites Andrenſis Comitis Joffredi redeuntes a vigilia obviaverunt, & captum Barclum duxerunt, & nocte delapſa, die Dominico mane ſuſpendio interiit Grimoaldus, cujus ſupra memini, & Joannis Archiepiſcopi prænominati diruerunt Turres ejus, & domos omnes funditus ſubverterunt.*

Ignotus Baren. apud Pratill. tom. 4. pag. 343.

9. Sacrilegum hujuſcemodi *Parricidium*,etſi negari non poſſit, tamen videtur, quod *Beatillus* in dubium revocare conetur, eam potiſſimum ob cauſam, quod cum *Riſo* conſecrationi *Gelaſii II.* interfuiſſet *ann.* 1118. peractæ, nunquam certe parricidium anno, quo illud ſupponit *Falco Beneventan.* ſequi potuerit: *Anno* 1117. *Dominicæ Incarnationis* . . . . *Hoc anno Riſo Barenſis Archiepiſcopus ab Argyro Cive Barenſi trucidatus eſt in via Canuſina. Hoc anno Paſchalis Papa obiit XI. Kalendas Februarii, & Gelaſius Papa eligitur.* Verum amphibologiam docti tollunt hac ratione, qua uſi ſunt *Peregrinus* in notis ad *Falconem*, & *Pagius*, qui annum falconianum incipiunt a *Menſe Martii*, & ideo reſpondebat *ann.* 1118. juxta æram vulgarem.

Falco Benevent. apud Pratill. tom. 4. pag. 170.

Pagius ad Baron. ad an. 1118. n. 1.

10. Ut talia tolleret ſcandala,conſiderans Dux *Guilielmus* minime è re eſſe in Eccleſia *Canuſina Barenſes Archiepiſcopos* introducere,nec amplius decere, quod *Conſtantia* Protectoris munus exercere pergeret, quippe quæ, defuncto conjuge,privatorum in morem,ſemper ſeſe geſſerat,uti a *Malaterra* colligitur; idcirco ipſe *Canuſinæ Eccleſiæ* aſſumpſit *Protectionem*,pinguiſſima eamdem ditans *donatione duarum* nempe *poſſeſſionum*, quarum una eſſe exiſtimatur illa *Potonis*, ſupra notati, & contermina eſt *Aufido*, & *Feudo Gaudiani*, & in memoriam Ducis *Guilielmi* hodie etiam præfatum *Rus*, nuncupatur vulgo (*TORRE DEL DUCA*), & a *Capitulo* poſſidetur. De altera, quam *Dux* præſtitit, infra ubi ſermo redibit, differemus. Eodem vero tempore ad *Gelaſium PP. II.* dedit epiſtolam, per quam omnia mala ſecuta eidem expoſuit,ac ſignificavit. His motus Pontifex declarare debuit, Eccleſiam *Baren.* incurriſſe in pœnam a *S. Gelaſio* appoſitam, privationis perpetuæ, honoris amplius Archiepiſcopum habendi; atque eodem tempore pariter declaravit, ut *Præpoſitus Eccleſiam Canuſinam* adminiſtrare pergeret, ſicuti eruitur ex diplomate *Roberti Regis Neapol.*,iſtante *Præpoſito*,emiſſo „ Cum (*verba Regis ſunt*) Civitas Canuſii ſpectet pleno Jure ad ſuam Paſtoralem Juriſdictionem, ſuæque Eccleſiæ, utpote quod Civitas ipſa in proprio Territorio ſita, necnon quia Præpoſiti prædeceſſores ex antiqua, & Canonica

Malaterra lib. 4. cap. 4.

Sup. c. 7. num. 1. pag. 113.

Can. Illenos 25. quæſt. 2. cap. Felici de pœnis in 6.

 „ præſ-

„ præſcripta conſuetudine approbata a ſummis Pontific. *Paſchale II.*, & „ *Gelaſio II.* exercuerunt uſque adhuc Eccleſiaſticam Juriſdictionem in illos „ Clericos, ut moris eſt, Eccleſias, & Cappellas viſitando, tam Clericis „ dictæ Civitatis, quam Laicis miniſtrando, prout ad Paſtorale ſpectat offi„ cium, Eccleſiaſtica Sacramenta, & jura Epiſcopalia exercendo, quibus „ Præpoſitis, ut eorum Paſtoribus Clerici dictæ Civitatis, & Laici quoque „ exhibuerunt omni hucuſque tempore debitam reverentiam, & devotio„ nem &c.

§. II.

Robertus Neap. Rex, ut Eccleſiæ Canuſinæ reſtituantur Rura eidem uſurpata, mandavit.

11. IN toto eo tempore, quod a Duce *Guilielmo* ad *Robertum* uſque effluxit, prælia ab hiſtoricis narrantur ita continua, & efferata, ut ad ultimam propemodum deſolationem Neap. Regnum reduxerint. Nam defuncto *Guilielmo Salerni* abſque prole *ann.*1127., & eodem circiter tempore demortuo etiam *Boamundo II. Antiochiæ* Principe, qui paulo poſt quam uxorem duxerat *Balduini* Hieruſal. Regis natam, dum paternam virtutem æmulare ſtuderet, *Tyrius* narrat: *Boamundus II. Princeps Antiochiæ Comes Tripolitanus, & Comes Edeſſenus.... Balduini Regis Gener Hoſtium irruente ſubito multitudine, ſuis eum deſtituentibus, gladiis confoſſus interiit, magnus Princeps, & Deo ſi vixiſſet amabilis, niſi mors immatura, & invida humanis eum rebus ſubtraxiſſet . . . . cum nullos reliquiſſet liberos, Balduinum Regem Antiochenum principatum iniiſſe, & filiæ ſuæ Boamundi uxori Laudiceam, & Gabalum Urbes maritimas conceſſiſſe.* Quocirca, extincta *Roberti Guiſcardi* linea, in harum Provinciarum dominio ſucceſſit *ROGERIUS* filius *Rogerii* Siciliæ Comitis, & *Guiſcardi* fratris: hic autem Princeps nomen ſuum immortalitati conſecravit, propterea quod ſuppreſſis *Neapol. Rep.*, & *Capuano Principatu*, omnes Provincias in unum Regnum redegit.

Tyrius lib. 14. *n.*10. *Pagi ad Baron. an.*1130. *n.* 45.

12. Eo itaque imperante, magnas potiſſimum perſentit calamitates *Apulia*; quandoquidem ille favens Antipapæ *Anacleto*, contra legitimum Pontificem *Innoc. II.*, ab illo ſe coronari voluit *REGEM I. SICILIÆ an.*1130. *Anacleti* partes ſecutus quoque eſt Archiepiſcopus Eccleſiæ *Baren.* quæ paulo ante fuerat redintegrata. Quocirca *Innocentius*, & Imp. *Lotarius III. Rainulphum Rogerii* Levirum crearunt *Apuliæ Ducem ann.*1137. Ex quo tam immania, & obfirmata *Rogerium* inter, & *Rainulphum* exarſerunt bella, ut ad ea extinguenda, inutilis evaſerit cœleſtis facundia, & eloquentia Melliflui Doctoris Magni Abbatis *S. BERNARDI*, qui eo dumtaxat fine, in *Apuliam* ſeſe contulit, ut pacem tractaret atque componeret. Sed brevi certe termino concluſum fuit Regnum Ducis *Rainulphi* Principis, omni proculdubio ſumma virtute, ac prudentia ornatiſſimi; quippe qui *Trojæ* agens, ardenti correptus febri die 20. *Aprilis* 1139. mortem oppetiit. Incredibili dolore, & uberrimis lacrymis tantam jacturam proſecuti ſunt non ſolum *Trojæ*, ſed etiam *Baren. Tranen.*, *Melphienſes*, & *Canuſini* Cives, qui ad ultimam prope deſperationem adducti, utpote ipſius morte, capite deſtituti, genio Rogerii

*Murat. Annal. Ital. ad an.*1130. *tom.* 6. *pag.* 429.

Beatill. Catal. Archiep. Baren. pag. 172.

Digitized by Google

gerii crudeli plane, & tyrannico expoſiti manebant. Calamitates exinde in Apulia exortæ a *Falcone Beneventano* narrantur, ac propterea illas prævidentes, in Principis funere: *Barenſis* (verba ſunt *Falconis*) *itaque populus*, *& Tranenſis*, *Melphicuſis*, *Canuſinus*, *& omnes*, *qui ſub ejus* (Rainulphi) *dominio*, *& protectione confidebant*, *conſolatione oblita*, *crinibus evulſis*, *pectoribus laniatis*, *& genis*, *ultra humanum modum lugebant*. *Lugebant enim Ducem piiſſimum*, *& Patrem univerſorum*, *qui totius ſui Ducatus habenas dulcedine*, *& humanitatis ſuavitate*, *furore omni depoſito*, *diſponebat*....

Falco Beneventan. apud Pratilh. tom. 4 pag. 296. & ſeq.

13. Demum anno 1154. occubuit *Rex Rogerius*, qui filiam reliquit nomine *COSTANTIAM*, quæ fuit Sponſa *Henrici* filii *Federici d. Barbaroſſæ* Imp., ac etiam reliquit filium nomine *GUILIELMUM*, qui Regni hæres fuit; Hic autem *Malus* appellatus, propter peſſimos ſuos mores, malamque in adminiſtrando Regno rationem; vixit uſque ad *ann.* 1166. eique ſucceſſit filius *GUILIELMUS Bonus* nuncupatus. Pulchrum hunc, & maxime optandum titulum ſibi comparavit, quamplurimis editis inſignibus, & præclariſſimis pietatis operibus, cum præſertim Antipapam *Paſchalem*, qui *Alexandri III.* Pontificatum uſurpaverat, *Roma* ejecerit. Eapropter, cum *an.* 1187. ſancta *Hieroſol.* Civitas in poteſtatem venerit *Saladini* Babyl. *Sultani*, cæſis pluribus Chriſtianorum millibus, ipſoque *Guidone* Rege in captivitatem abducto, magnopere ſperabatur in virtute *Guilielmi*, (qui plurimas de Infidelibus victorias retulerat), fore nimirum, ut tantis ipſe malis aliquo pacto, ſuccurreret; Sed ſperatum auxilium præſtare ille nequivit; *anno* enim 1189. abſciſſus eſt a terra viventium, prole nulla relicta.

14. Quamobrem ſtrages cladeſque innumeræ, & immaniſſimæ evenerunt occaſione novi ad Regnum ſucceſſoris. Sciendum namque eſt, quod Rex *Rogerius I.* primogenitum habuit ejuſdem nominis *Rogerium*, qui paulo ante quam ex hac vita migraret, ex pellice procreavit filium *Tancredum* nomine: hic patruo extincto, Regia ornamenta, & dignitatem ſuſcepit. *Anno* vero 1193. morti proximus inſtituit hæredem *Guilielmum* parvum ſuum natum, ſub tutela matris *Sibillæ* appellatæ; haſce igitur ob cauſas, Regnum ſibi omnino deberi *Guilielmus* arbitrabatur. E contra *Henricus VI.* Imp. *ad Coſtantiam* ipſius uxorem illud pertinere cenſebat; quocirca ipſe edita ingenti ſtrage, in Apulia præſertim, atque inde opimis ſpoliis onuſtus, *an.* 1195. in *Siciliam* transfretavit, ubi *Guilielmum* prædict. adhuc infantem in vinculis conjectum, una cum matre, & tribus filiis in *Germaniam* amandavit. Vixit autem poſt hæc *Henricus* ad *an.* 1197. & parvulum reliquit filium, cui nomen *Fridericus*. Quid autem de *Imper.* obitu vociferatum fuit, præſtat audire a *Joann. de Ceccano*:

Murat. Annal. Ital. ad an. 1194. tom. 7. pag. 83.

Omnia cum Papa gaudent de morte Tyranni
Mors necat, *& cuncti gaudent de morte ſepulti*.
Apulus, *& Calaber*, *Siculus*, *Tuſcuſque*, *Ligurque*.

Joann. de Ceccan. Chron. Foſſæ nova.

15. Rex *FRIDERICUS* adhuc infans, quamvis educatus fuerit ſub tutela M. Pontificis *Innoc. III.* (poſtquam mater ejus *Coſtantia* e vivis exceſſit) propterea Pontifex electionem Archiepiſcopi *Capuani* a Capitulo factam confirmaturus ſcripſit: *Ad audientiam noſtram Nuntios idoneos tranſmiſſuri*, *per quos a nobis VICEREGIA poſtuletis Aſſenſum*, *& Apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis*; attamen vix adultus, & *Imp.* electus, *dict. II.*, tantam attulit, tum *Siciliæ*, tum *Eccleſiæ* rebus perniciem, quantam omnes norunt, lacrymis proinde potius proſequendam, quam verbis commemorandam. Verum inter maxima illa præjudicia, ac detrimenta majus, ac perniciosiſſimum cer-

Cap. cum inter 18. de Elect.

te

Digitized by Google

te fuit illud, quod ex factione *Guelphorum*, & *Gibellinorum* originem traxit ſuam. *An.* 1250. fato functus *Fridericus II.* hæredem reliquit filium *Corradum*, qui filium habebat *Corradinum* dictum. *Corradus* autem cum in *Germania* commoraretur; propterea *MANFREDUS*, quem ex pellice *Fridericus* genuerat, Regni ſuſcepit adminiſtrationem. Idem porro *Corradus* ab *Innoc. IV.* diris devotus, & e fidelium communione ejectus, ira exæſtuans in *Apuliam* deſcendit *ann.* 1252., ubi eæ editæ ſunt clades, quæ partim a *Muratorio* memorantur.

Murat. Annal. Ital. ad an. 1252. tom. 7. pag. 301.

16. In his luctuoſiſſimis temporibus, dum omnia *in Apulia* ſuſque deque erant, & extremæ proxima deſolationi, *Baren.* Archiepiſcopus peropportunam nactus occaſionem, cervicem erexit, nihilque non egit, ut *Diœceſim Canuſinam* invaderet. Præſto eſt, quod tradit *Beatillus* „ *Enrico Filangleri*, „ perſona di vita molto eſemplare, fu dal Clero Bareſe eletto per Arciveſcovo di *Bari* nel 1252. in preſenza del Cardinal *Pietro* di *Colle Medio* Veſcovo *Albanenſe*, che in compagnia del Veſcovo *Oſtienſe* governava il Regno di Napoli per Papa *Innocenzo Quarto*, il quale confirmò la detta elezione a 10. di *Maggio* dell'*anno ſteſſo*. Mandò coſtui *Bartolomeo* Archidiacono di *Salpe* alla *Ciriguola* per farſi dare a ſuo nome obedienza dall'*Arciprete*, e *Capitolo* di detta Terra, come da *SUFFRAGANEO ANTICO DELL' ARCIVESCOVO DI CANOSA*. Chiamavaſi l'Arciprete *Alſerio*, e non ſolamente reſe all'Archidiacono di *Salpe*, come ordinava l'Arciveſcovo *Enrico*, la debita obedienza, ma fè formare altresì un'*iſtrumento* autentico, nel qual dichiara, che la *Chieſa* della *Ciriguola*, da *tempi molto antichi*, *era ſtata ſuffraganea della Chieſa di Canoſa*.

Beatill. in Vit. S. Sabini pag. 187.

17. Hæc *Cerenniolæ* Terra a *Paulo Jovio Nuceriæ Paganorum* Antiſtite, ita deſcribitur: *Quo mirifico equitatu fretus Simon cum Federico Aufidum tranſgreſſus incurſionem faciens repentinam in Regiones CANUSIO, & CERENNIOLÆ, quæ Caſtellum GERTONIS olim fuit, ſubjectas, magnam utriuſque pecoris prædam abduxit, initoque cum veteribus præfectis conſilio, de munienda Urbe cogitavit*. Porro *Geryonis* Civitas horreorum locus, illuſtris in *Apulia* evaſit tempore *Annibalis Carthaginen.*, qui eam expugnavit, ut ibi in maxima rerum copia tuto hybernaret, uti colligitur ex auctoritate antiq. hiſtoric. a *Troylo* collectorum. Exinde circa eamdem Civitatem ſolo æquatam, extructum fuit caſtellum nomine *Cerenniolæ*, quæ *octo paſſuum millibus Canuſio* diſtat. Sicut vero caſtellum hoc ad *Canuſinam* pertinebat jurisdictionem, idcirco Archiepiſcopus *Henricus* illud quodammodo invaſit, populumque adegit, ut ſibi obedientiam præſtaret eo tempore, in quo *Præpoſitus* jura ſua tutari non potuit, nec tantam injuriam propulſare. Verum tamen eſt, quod proceſſu temporis lis exorta *Præpoſitum Canuſinum* inter, & *Baren. Archiepiſcopum* quoad jurisdictionem in prædictum Caſtellum, *Archipresbytero* ejusdem opportunam præbuit occaſionem, *Obedientiam utrique denegandi*, atque in præſens prætendit, *Exemptum* omnino eſſe, unde ſe inſcribit *NULLIUS eſſe DIŒCESIS*. Eapropter, cum quotannis recurrente 9. *Feb.* die *S. Sabini* feſto, *Capitulum*, & *Clerus Canuſinus Præpoſito* ſolemniter *obedientiam* præſtent, in hac functione vocatur etiam *Cerenniolæ Archipresbyter*, qui minime comparens, publica editur *proteſtatio*, cum lis pendeat indeciſa.

Paulus Jovius hiſt. ſui temp. lib. 26. edit. Venet. 1553. tom. 2. pag. 263.

Troylus hiſt. Neap. cap. XI. tom. 1. par. 2. pag. 300.

18. Superius dictum eſt, quod *Præpoſitus* minime potuit ſe opponere *Archiepiſcopi* conatibus, quominus enim id facere prohibuerunt horrida bella,

quæ

quæ magis magiſquè *ann.* 1254. exarſerunt, quando nimirum *Corrado* e vivis erepto, *Manfredus* parvi nepotis nomine *Regnum* adminiſtrare prætendit; donec *CAROLUS Dux Andegavenſis*, & *S. LUDOVICI Galliarum Regis frater* ad Regnum acquirendum, & ſubigendum venit; qui eidem, ſuoque exercitui ſupremam intulit cladem in generali prælio *ann.* 1266. commiſſo, in quo *Manfredus* mortuus cecidit, *Sepultura* etiam *Eccleſiaſtica* privatus: Ex quo intelligi ſane nullatenus poteſt, quinam accuratus, & perſpicax Abbas *Damadenus* hallucinatus ſit aſſerendo nempe, quod *Manfredus tumulatus* fuerit in *Eccleſia Canuſina*, cum ſatis conſtet eamdem Eccleſiam, nonniſi pervetuſtiſſimis *tumulis* ſuorum *Epiſcoporum*, & *Archiepiſcoporum*, & *ſolius BOAMUNDI Antiochiæ Principis*, & maximi *Eccleſiæ Catholicæ* defenſoris, ſe quam maxime, & unice gloriari.

Petrus Giannone hiſt. civil. Neap. lib. 19. *cap.* 3. *tom.* 2. *pag.* 528.

Damadenus ſup. cap 1. *n.* 11. *pag.* 9.

19. Regno itaque adepto, & gubernante *Carolo I. Andegavenſi* minime ſedatæ ſunt turbæ, ac diſſenſiones, ſed amplius auctæ propter jura prætenſa, partim a *Corradino*, partim a *PETRO Aragoniæ Rege Coſtantiæ Manfredi* filiæ, conjuge, qui navali prælio captivum abduxit *CAROLUM Salerni Principem Caroli* Regis *primogenitum*: ita ut extincto Rege *Carolo I. an.* 1285. multum laboris, & ſumptus impendi debuerit, ut *Carolus* præf. a captivitate liberaretur; quod tandem effectum fuit, ut diviſa *Siciliæ Inſula* a *Neapolitano Regno*, in poteſtatem *Aragonenſium* illa redacta, Rex Neapolis *CAROLUS II.* inauguratus fuerit, & coronatus. Nec minus res turbatæ fuere ſub *CAROLO II.*, eoque ex hac luce ſublato, amplius in pejus ruere pergerunt. Etenim *Carolus Martellus* ejusdem natus, & *Hungariæ* Rex *an.* 1295. viam univerſæ carnis ingreſſus, ſucceſſorem inſtituit, & reliquit *Carolum* ejus filium, qui fuit Rex *Hungariæ*, Hic igitur, videns, quod de *anno* 1309. debitum naturæ perſolviſſet prælaudatus *Carolus II.* ejus avus, ſtatim *Neapolitanum* Regnum prætendere cœpit; ſed fortiter ejusdem conatibus ſe ſe oppoſuit *ROBERTUS Caroli II. tertius genitus*, qui eidem in Regno ſuccedere, jus ſibi eſſe contentendebat, ob renunciationem factam a ſecundo genito *S. LUDOVICO*, qui cœleſte Regnum terreno præponere voluit. Sanctiſſimus hic adoleſcens cum in hanc lucem editus ſit *Nuceriæ Paganorum* (dilectiſſimæ Patriæ meæ) mirifice illam proinde illuſtravit, ornavitque. Hinc eſt, quod die 19. *Auguſti* eidem *S. Ludovico* ſacra, in tota Diœceſi Nucerina ejus celebratur officium, me poſtulatore, approbatum a S. Sede cum propriis *II. Nocturni* lectionibus, in quibus refertur, quod ad *Sacerdotalem ordinem* ille *Neapoli* promotus, & *Epiſcopus Toloſanus* electus noluit Epiſcopatum ſuſcipere, niſi prius in *Seraphico Ordine* regularem emiſiſſet profeſſionem, non ſecus ac voto ſe obſtrinxerat. Emiſſa profeſſione, & voti religione ſolutus, ſtatim *Epiſcopus Toloſanus* paſſus ſit conſecrari. *Toloſam* profectus munus Apoſtolicum brevi, ſed diligenter implevit, cum *Brincolæ Provinciæ* arce *annos* 23. *circ.* natus ad cœlum evolaverit. Sancti *Corpus* deinde *Valentiæ* in Metropolitana Baſilica repoſitum ibi nunc miraculis claret.

Ex Decr. S. R. C. ſub die 6. *Auguſti* 1742.

Oderic. Raynal. Annal. ad an. 1297. §. 58. *Vvadingh. Annal. Minor. ad an.* 1297. *n.* 18. *Bolland. die* 19. *Auguſti tom.* 3. *ejusd. menſ. pag.* 785.

20. Hiſce propterea ita ſe habentibus, cum *Robertus* ob renunciationem a fratre *S. Ludovico* peractam, ipſe in primogeniti jura veniſſe contenderet, poſtquam hac in celeberrima cauſa præſtantiſſimi illius ætatis Jur. C. ſcripſerint, tandem in ejus favorem, a *Clemente V. Avenione* exiſtente, (ad quam Civitatem translata erat, manſitque aliquo tempore *Sedes Romanorum Pontificum*), prodiit ſententia. Plurimæ ſane ſe obtulerunt *Roberto* occaſiones, in quibus bellicam ſuam ſcientiam, ac virtutem omnibus patefecit, atque illuſtribus argumen-

Afflict. Dec. 119. *n.* 3. *pag.* 232.

Muratr. Annal. Ital. ad ann. 1347. tom. 8. pag. 106.

gumentis, & fortibus factis lucnlentiſſime comprobavit. Præter *militaris* rei præſtantiam, tanta præditus fuit *ſapientia*, *& juſtitia*, tam multigenis diſciplinis inſtructus, tot ac tantis aliarum virtutum generibus ornatus, ut alter *Salamon* illorum temporum reputaretur, & chariſſimus inſuper fuerit Romanis Pontificibus, inter quos præſertim *Joann. XXII.*, qui ab *ann.* 1316. uſque ad 1334. ſedit. Interea temporis *Canuſino Præpoſito* datum eſt, ut ſuas preces *Roberto* porrigere tandem poſſet; propterea eumdem enixe rogavit, ut ſupremi ſui Tribunalis *Miniſtris* mandare dignaretur, quod omnino curarent, & efficerent, ut poſſeſſiones belli tumultibus ab aliquot laicis uſurpatæ, reſtituerentur *Canuſinæ Eccleſiæ*, quæ eaſdem obtinuerat a Duce *Guillelmo*; idque benigniſſime jubere dignatus fuit Rex, diplomate ſub die 24. *Aprilis anno* 1330. dato. Quemadmodum vero, uti ſupra innuimus, Pontifex *Avenione* agebat, nec tam longinquum, difficileque iter *Præpoſitus* commode ſuſcipere poterat, ut Pontificem obſecraret, adduceretque ad *Baren. Archiep.* in officio continendum, prohibendumque, ne ulterius ſe in *Canuſinis* negotiis immiſcere auderet, idcirco *Robertum*, utpote memoratæ *Eccleſiæ Advocatum* obteſtatus eſt, ut apud *Pontificem* ſeſe interponeret, quo ipſi jus ſuum celerius, & facilius tribueretur. Ea propter *Robertus* omnia ſua officia, quamlubentiſſime illi præſtitit, & ut omnia recte, jureque fierent, mandavit

In Appendice n. 4.

his verbis: *Significantes etiam Archiepiſcopo Barenſi, ut ſimiliter non turbes prædictam Eccleſiam Canuſinam, & jura, quæ ſibi, ſeu ſuæ Eccleſiæ ſuper prædictam Eccleſiam Canuſinam in adminiſtratione ſpiritualium, & in exercitio Eccleſiaſticæ juriſdictionis credit competere, producat in noſtram potentiam, & per ipſum Præpoſitum, etiam mandamus, produci jura ſua.*

§. III.

Ferdinandus Neap. Rex donationem Rurum Eccleſiæ Canuſinæ factam renovat, & confirmat.

Murator. Annal. Ital. ad ann. 1343.

11. SApientiſſimi Regis *Roberti* obitus *an.* 1343. ſecutus tantam *Neapol.* regno calamitatem importavit, ut veluti fulgur omnia devaſtaverit, atque contriverit. Cum enim *an.* 1328. præmortuus illi fuiſſet unicus ejus filius *Carolus Calabriæ Dux*, prolem nullam reliquit, niſi *duas filias*, quarum prima *JOANNA* appellata jam nuptui tradita fuerat *Andreæ Ludovici Hungariæ Regis fratri*, altera vero nomine *MARIA* cum *Carolo Dyrrbachii Duce* in matrimonium fuit collocata. Propterea regni habenas ſuſcepit *Joanna*, quæ nullum fuit flagitiorum genus, in quo ſe non commaculaverit, ac turpiſſime volutaverit. Præſertim vero, cum Papa *Greg. XI.* Apoſtolicam Sedem *Romam* reportaſſet *an.* 1377., poſtquam a *Clem. V.* uſque ad illum RR.PP. *Avenione* reſederint, ipſeque *Gregorius* ad æterna præmia *an.* 1378. convolaſſet, in ejuſque locum ſuffectus fuiſſet *Urb. VI.*, antea vocatus *Bartholomæus Prignanus Archiepiſcopus Baren.* & *titularis Canusinus* Patritius *Neapolitanus*, orto funeſtiſſimo *Clem. VII. Antipapæ* ſchiſmate, Regina *Joanna* ipſius impiam factionem ſecuta, & tutata eſt. Demum cum in filium adoptaſſet *Ludovicum* Ducem Andegavenſem, hæredemque ſcripſiſſet, ipſa miſerrime interiit *an.* 1382. Unde *Ludovicus* vi armiſque jura ſua exercere, & tue-

ri vo-

ri voluit. Verum, cum ejuſdem conatibus ſeſe oppoſuiſſet *CAROLUS Dux Dyrrhachinus* jam *Romæ Rex Neapol.* coronatus,& poſtea etiam Rex *Hungariæ* inauguratus,crudeliter iſte interemptus fuit *anno* 1386.,relictis duobus filiis mare, & fœmina, illi nomine *Ladislao*, huic *Joanna* ſub tutela Reginæ *Margaritæ* eorum genitricis. *LADISLAUS* idcirco *anno* 1390. *Neapolit. Rex* coronatus regnum adminiſtravit,continuis implicatus bellis cum *Ludovico* Duce Andegavenſi uſque ad *ann.* 1414., in quo abſque prole deceſſit, eique in regno ſucceſſit Regina *Joanna II.* ejuſdem Soror. Hæc, cum liberos non haberet, adoptavit *Alfonſum Aragoniæ Regem*, deinde, revocata reſciſſaque hac *adoptione*, adoptavit in filium *Ludovicum Ducem Andegavenſem*, vitamque finivit *ann.* 1435., regni hærede inſtituto *Renato* memorati *Ludovici* jam defuncti fratre.

22. Quapropter Rex *ALFONSUS Aragonius*, cum in *Sicilia* eſſet,armis voluit jus adoptionis propugnare; & revera poſt plura commiſſa, initaque prælia, ſtrenue *RENATUM* ſuperavit, & *Alphonſus* in plena, pacificaque regni poſſeſſione remanſit; ſicque denuo conjuncta ſunt duo regna *Siciliæ*, utraque uni ſubdita Principi. Porro *Alfonſus* fuit liberalis erga amicos, clemens cum inimicis, magnamque laudem, & gloriam, ob omnigenam ſuam bonarum literarum eruditionem promeruit, adeo ut quamplurimi illius tempeſtatis docti, & literati viri toti eſſent in illius laudibus perſequendis, celebrandiſque; inter quos principem locum, & mentionem meretur Cardinalis *Æneas Sylvius Piccolomineus*, qui 20. *Aug. ann.* 1458. ad Pontificalis dignitatis faſtigium evectus fuit, aſſumpto nomine *Pii II.* Sed jam menſe *Junio* ejuſdem anni præmortuus erat *Aiſcuſus*, qui teſtamento caverat, ut in *Aragoniæ*, & *Valentiæ* regnis ſuccederet *Joannes Navarræ* Rex frater ſuus, in regno vero *Neapolitano FERDINANDUS*, vulgo, *Ferrante*,unicus ſuus naturalis filius,qui propterea menſe *Octob.* ejuſdem anni, *adjectis variis capitulis, a Pio II. inveſtituram obtinuit*. Magnus hic Princeps 28. *Decembris eodem anno* donationem bonorum immobilium *Eccleſiæ Canuſinæ* factam, renovavit, prout ex diplomate in noſtra *Appendice*. Qua de re ſuſcepti laboris ratio expoſcere videtur, ut conjecturis ſaltem indagare, & aſſequi conemur cauſam, propter quam hujuſcemodi confirmationem, *Præpoſitus* petere debuerit. Ex ipſa itaque, quam hactenus paucis perſtrinximus, jugium bellorum, & cladium narratione ſatis conſtat, *poſſeſſionum terminos* fuiſſe *confuſos*, præſertim in *Apulia*, & eo potiſſimum tempore, quo in commune bonum,& commodum *oves hiſpanicas in Apuliam* invexit Rex *Alfonſus*; ex quo ſupremum *regiæ doganæ* tribunal *menæpecudum* in civitate *Foggiæ* ſumpſit exordium, inſtitutumque fuit.

Raynald. Annal. Eccleſ. ad ann. 1458. §. 20. ad 49.

Regens Annibal. Moles dec. R. C. q. 6. §. 1. de dogana Menæpecudum p. 102.

23. Apud antiquos *Romanos*, ut neminem ignorare arbitremur, magnopere commendabatur, & ſummo in pretio habebatur *Apulia* ob uberrima, quibus abundabat, paſcua *pecoribus* hyemali tempeſtate in primis proficua, & ſalutaria; æſtivo vero tempore, utpote *Apulia* maximis obnoxia caloribus, in *Aprutium*, ſive *Samnium* oves deducebantur,ut frigiuſculæ illius regionis temperie, & beneficio, æſtivos poſſent ferre calores: unde ſcribit *Varro*: *Itaque Greges ovium longe abiguntur ex Apulea in Samnium exiſtimatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptam pecus paverit, lege cenſoria, committat multam*. Proinde magno ſemper in pretio fuere *Apulæ lanæ*, & præcipue *Canuſinæ* juxta ea, quæ Abbas refert *Damadenus*. Ea de re cum oves ſub *Deæ Minervæ* eſſe protectione cæci delirarunt gentiles, factum fuiſſe creditur,

Varro in 2. lib. de Re ruſtic. c. 36. Freccia de Subfeud. l. 2. de Auctor. Baron. 46. auctor. n. 18. pag. 301.

Damadenus ſupra cap. 1 n. 20. pag. 7.

Digitized by Google

ut Templum *Canuſini* eidem dicaverint in proximo eorum Urbi monte, ubi Caſtello poſtea extructo, & pedetentim habitari cœpto, iu illam coaluit Civitatem, quæ a *Diœceſi Canuſina* diſmembrata poſtmodum in *Cathedralem* fuit erecta, & *MINERBINUM* nuncupata. Veterum interim Apulorum in *Minervam* ſuperſtitionem ex his, quæ *Paulus Antonius Tarſia*, *de Converſano* Patria ſua literarum prodidit monumentis, hic audire non abs re eſſe putamus:,, Ad *Minervam* tranſeamus, quam *Cuperſanum*, totaque adora- ,, bat *Peucetia*, non quod diſciplinarum Dea, & ipſamet ſapientia crederetur, ,, nec quod e *Jovis* cèrebro, nempe e ſcientiarum fonte, nata: (tam altum, ,, tam utilem, tamque neceſſarium *Apulas* collimaſſe in ſcopum non crediderim) ſed cum omnia noſtrates proprium referrent in commodum, ab *oleo*, ,, & *lanificio*, quibus noſtra hæc abundat Regio, colendæ *Minervæ* anſam ,, deſumebant; quod cum hæc olearum plantationem, & ex *olivis* ſuccum ,, exprimere invenerit, nec non *lanarum* texendarum Princeps, & parens ,, haberetur, jure *Apulis*, noſtris præcipue *Cuperſanenſibus*, cæca ea tempeſtate colenda fuit omnibus. Sunt noſtra quidem in *Peucetia*, & patria, loca ,, olearum arboribus magno cum ordine conſita, eaque celeberrima, e quibus non mediocris quotannis fructus percipitur. Abundat quoque *Peucetia Lanis*, ut ſuperius enarravimus, laudatiſſimis. Ob idque Dea illa colenda, quæ *lanis* præeſſet, & olivis. Nec ab re in ſepulchra *Minervæ* ferebatur ſimulachrum, quod Portarum urbium, ad quas *Cœmeteria* antiquitus fiebant, præfecta eſſet; unde *Pyletis* dicta &c.

Tarſia hiſt. Cuperſanen l. 1. pag. 12. apud Grevii Antiq. Ital. t. 9. part. 5.

24. Nullus profecto dubitat, quin in *Canuſino* territorio, & qua late porrigitur, & extenditur planities a *Monte Gargano* uſque ad *Andriam*, & *Melphim* pinguiora, & ſalubriora extiterint paſcua antiquis temporibus: *Quam* (ait *Regens Moles*) *antiquitatem paſcendi pecora recenſet, & morem comburendi palearia, quando Paſtores diſcedunt, deſcribit Lucanus Poeta*:

Lucanus Poeta lib. 9. belli civilis.

Sic ubi de paſtis ſubmittere gramina campis,
Et renovare parat hibernas Appulus herbas:
Igne fovet Terras ſimul. & Garganus, & arva
Vulturis, & calidi lucent buxeta MATINI.

Et hodie quoque *paſcua*, quæ *Canuſium* inter, & *Andriam* continentur, vulgo appellantur, *Matine*. Reges Neapolis *Alphonſi* prædeceſſores nullum aliud jus, & vectigal exigebant, quam illud ovium in *Apulium* tranſitus. Præcipua vero, & *prima LOCATIO* omni procul dubio fuit *CANUSINA* teſtante *Reg. Moles*: *Ex regiſtris antiquis huius regni exiſtentibus in Regia Sicla incipiendo a primis Regiſtris Caroli I. an. 1268 fol. 121. legitur: Scriptum eſt: Maſſario magiſtro Terræ Bari; quod provideat caſtrum CANUSII de rebus neceſſariis.*

Moles Dec. Reg. Cam. de Dogbana Mena pecudum §. 1. ſub n. 9. quaſt. 6. pag. 103.

25. Cum igitur in mentem venerit *Alphonſo* regiarum ovium negotium in *Apuliam* invehere: *Franciſcum Molumber Præfectum* conſtituit (*cit. Reg. Moles* ſunt verba) ,, Qui convenit cum *Paſtoribus &c.* aliud etiam perfecit, & convenit cum omnibus Baronibus, & aliis Dominis herbagiorum, & paſcuorum in Apulia prædicta exiſtentium, a quibus emit etiam ,, in perpetuum *herbagia* prædicta, & jus in eis perpetuum depaſcendi, certo *pretio* inter ipſos convento ... Hoc ergo Territorium capacitatis *currruum* ,, 9139. diviſum eſt in *quadraginta tres partes*, ſeu pecudum ſtationes, quæ ,, collocationes, ſeu vulgari vocabulo, *le Locazioni* vocantur: *Inter quas Locationes: Trigeſima ſeptima Canoſa* habet *currus* 611. ſub æſtima ad rationem ,, *duodecim* pro *miliari*, & altera *medietas*, quæ eſt in *Minerbino* ad rationem

Idem §. 2. & §. 8.

,, 24.

„ 14. pro *miliari*, habet *pecudes num.* 52805. datur hominibus *Roſiti*, *Vaſti*, „ *Girardi*, & *Caprecoſtæ*, & *nihil ſolvit Curia pro hac locatione* „. Quemadmodum vero multa regia Aula *Canuſio* poſſidebat ideo nihil ſolvit. Eapropter regius adminiſter *Molumber* exiſtimans poſſeſſiones a *Duce Guilielmo Canuſinæ Baſilicæ* donatas ad R. pertinere *Cameram*, idcirco eas eidem addixit: cumque tunc præſto, & ad manus non haberetur donationis inſtrumentum, *Eccleſia* propriis expoliata fuit bonis, & *fiſco* illa adjudicata. Verum menſe *Decembri ann.* 1458. cum Rex *Ferdinandus* equitando Regnum, ad quod paulo ante fuerat aſſumptus, percurreret, *Canuſium* ſeſe contulit *S. Sabinum* veneraturus; ſtatim *Præpoſitus*, *& Capitulum duorum pannum* Canonem a *Guilielmo* reſervatum illi obtulerunt, atque inſimul exorarunt, ut *duo Rura*, ut ſupra douata, & ablata *Eccleſiæ*, reſtitui juberet; id quod clementiſſime indulſit deſcripto diplomate, quod in noſtra *Appendice*.

26. Unum porro ex memoratis prædiis illud eſt, quod ſupra jam deſcripſimus, vulgoque appellari diximus (*Maſſaria Torre del Duca*) In eo ſita eſt *Eccleſia* antea in honorem *S. Anaſtaſii*, nunc vero in memoriam paſſionis *Domini noſtri Jeſu Chriſti* Deo dicata, vulgo (*Il Crocefiſſo di Canoſa*), ad quam immenſa quotidie confluit Paſtorum villicorumque multitudo. Ejuſdem *ruris* redditus, qui ad annuam 1050. *duc.* ſummam aſcendunt, exiguntur *a Capitulo Canuſino* cum onere præſtandi quidquid *Eccleſiæ Cathedrali* opus eſſe poteſt, præter hoc nullum aliud onus illi adnexum eſt; *Capitulares* enim ſuas habent *præbendas*, aliaque ſtabilia poſſident bona pro *Miſſis*, & *diſtributionibus*. Alterum vero prædium a *Præpoſito* olim poſſeſſum, & in *Ducis Guilielmi* diplomate deſcriptum *Regius* ſibi adjudicavit *Fiſcus*, cum onere quotannis *Canonem duc.* 30. *Præpoſito* perſolvendi. Hujus defectu notitiæ laudatus *Moles* notat, ſe prorſus ignorare, unde ſupradict. Canon. provenifſet ibi: *Solvit etiam Curia infraſcriptas quantitates, de quibus non potui in ſcripturis Regiæ Cameræ cauſam invenire, ſed quia ſunt adſcriptæ inter alias ſupraſcriptas quantitates, ideo hic etiam deſcribuntur, & ſunt duc.* 653. 1. *videlicet* .... *CARDINALI SAVELLO PRÆPOSITO S. SABINI DE CANUSIO DUC.* 30. Hodie etiam a *Fogienſi Regia dogbana Præpoſito* memoratus 30. *duc.* canon diligenter exacteque perſolvitur.

Supra n. 10. *p.* 187.

Moles ibid. p. 111.

CAPUT XIV.

Venerabilis Servus Dei Cæſar Cardinalis Baronius Præpoſitus Canuſinus, & inſignis ejuſdem Eccleſiæ benefactor.

1. Generalis, labente *XVI. ſeculo*, invaluit abuſus, ut omnes fere *CATHEDRALES ECCLESIÆ IN COMMENDAM* traderentur, quæ proinde ob ſuorum abſentiam Rectorum in ſpiritualibus, ac in temporalibus incredibilia damna, detrimenta, ac præjudicia paſſæ ſunt. Aliarum idcirco ſors obtigit etiam *Canuſinæ Cathedralis* qua de re, ſupra vidimus, eamdem Commendatam *Sylvio* Cardinali *Sabellio*, qui pluribus aliis muneribus præpeditus, nullam certe curam de rebus ad ipſam pertinentibus ſuſcipere

Digitized by Google

Ciaco-nius Vit. Pontif. de Clem. VIII. num. V. t. 4. col 287.

potuit, cum teſte Ciaconio: *Fuerit Archiepiſcopus Roſſanenſis Apoſtolicæ Sedis Nuncii munere functus in Regno Neapolitano, deinde in Galliam ad Regem Carolum miſſus, ut illum ſacro enſe donaret, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Avenionenſis Pro-Legatus anno 1594. declaratus, biennio poſt inter Presbyteros Cardinales purpureo honore tit. S. Mariæ in Via decoratur, & Hungariæ, Germaniæque negotiis cum aliis Cardinalibus Præpoſitus eſt. Deinde Peruſiæ, Umbriæque Legatus conſtitutus, eo in munere ſummæ innocentiæ exiſtimatione publicum illud opus complevit: Peruſia Ariciam veniens, ibi ſubita vi morbi oppreſſus, die Jovis XII. Kal. Februarii anno 1599. ætatis vero 49. e vita migravit, maximo bonis omnibus ſui relicto deſiderio*: Nomen hujuſce Cardinalis relatum in *Foggienſis Doganæ* tabulis repertum fuit, cum

Regens Moles decif. Reg. Cam. pag. 111.

Regens Moles ſua conſcripſit, ediditque opera: *CARDINALI SAVELLO PRÆPOSITO S. SABINI DE CANUSIO DUCATOS TRIGINTA*.

2. Vix autem eo mortuo ſtatim *Clemens PP. VIII. Canuſinam* contulit *Præpoſituram CÆSARI BARONIO* celeberrimo, ut nemo ignorat, *Cardinali*, acerrimo, inviẞiſſimoque *Catholicæ Eccleſiæ* propugnatori, & incomparabilium *Annalium Eccleſiaſticorum* Parenti. Tunc potiſſimum, cum talis ei demandata fuerit dignitas, *undecimum* exarabat *Annalium tomum*, quem *Vaticanæ Bibliothecæ* typis *ann.* 1605. vulgavit. Cumque in aliis præcedentibus libris pluries, & ſæpiſſime glorioſam *Epiſcoporum Canuſinorum* feciſſet mentionem, in laudato *tomo*, tunc præſertim ſcribebat de diplomate *Urb II.* qui *Canuſini Archiepiſcopi* titulum *Barenſi* annexit, *abſque tamen præjudicio juſtitiæ Eccleſiæ Canuſinæ*, ut in noſtra *Appendice*; præterea tunc quoque ſub oculis habebat aliud prætenſæ *S. Sabini* corporis inventionis *Barii* ſecutæ diploma, in quo mentio fit *Præpoſitorum Canuſinæ Eccleſiæ* adminiſtratorum, priuſquam prætenſa peracta fuiſſet *Unio*. Quocirca piiſſimus æque, ac doctiſſimus *Cardinalis* mature, accurateque perpendere, & diſcutere cœpit, quinam fieri poterat, ut ampliſſima Metropolitana *Ecclesia* Canuſina *in Commendam* daretur, abſque eo quod *Commendatarius* neceſſariam in ea faceret Reſidentiam.

3. Dum ſapientiſſimus Cardinalis his vacaret meditationibus, *Canuſini* in omne lætitiæ genus effuſi plaudere non ceſſabant, quod eis talis, ac tantus tributus fuiſſet Superior. Datis proinde ad illum gratulationis, gaudii, obſervantiæ, ac reverentiæ ſenſibus refertiſſimis, obſequentiſſimiſque literis, eorum ipſi *Eccleſiam* enixiſſime commendare non prætermiſerunt, ut ſuo non deſtitueretur *Paſtore*, & *Archiepiſcopus* cohiberetur *Barenſis*, qui jactabat ſe obtinuiſſe indultum a *Pio IV.* procedendi *jure delegato* in gradu *Appellationis*, fere in omnibus cauſis a curia *Præpoſiti*. Acceptis hujuſmodi litteris, *Baronius* maximum prævidens præjudicium, confeſtim ad ſummum Pontificem *Clementem VIII.* recurrit, ab eoque obtinuit Breve *ſub datum Romæ apud S. Petrum die* 23. *Martii* 1599., quo inter alia hæc habentur,, *Motu* proprio, &

Breve ſub anulo Piſcatoris die 23. Martii 1599.

,, ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine *INDULTUM* prædictum *PII IV.* aut cujuſcumque alterius *Romani Pontif.* is prædeceſſoris noſtri d. *Clero Canuſii*, ut p ædicitur,
,, conceſſum, auctoritate *Apoſtolica* perpetuo *revocavimus*, & *annullavimus*,
,, nulliuſque roboris, & momenti de cætero fore, & eſſe, nec prædicto *CLERO* ullatenus ſuffragari, ſed *ILLUD deinceps PRÆPOSITO TUNC,*
,, *ET PRO TEMPORE EXISTENTI dictæ PRÆPOSITURÆ AD*
,, *APO-*

Digitized by Google

„ *APOSTOLICAM SEDEM DUMTAXAT APPELLARE POSSE, ET DEBERE*,,: Impetrata hac declaratione, ad reſtituendam *Canuſinis* pacem oppido accomodatam, atque ad reprimendam *Barenſis Curiæ*, quæ vanis, frivoliſque prætextibus illos invadere, & opprimere ſemper ſtuduit, audaciam, opportuniſſima; idem beneficentiſſimus *Cardinalis* memoriam ſui nominis nunquam certe interituram reliquit, *PRÆPOSITURAM* nempe *DIMITTENDO*, atque penitus renunciando *ann.* 1602. Idque quamobrem effecerit, nobis modo inveſtigandum incumbit.

§. I.

Canuſina Præpoſitura declarata, & redintegrata fuit reſidentialis a Clemente PP. VIII.

4. PLures ſunt *Canoniſtæ*, qui mala, & damna Eccleſiis ex *Commendarum* introductione importata enumerant, & exagerant; verum, ſi quod res eſt fateri volumus, illa non *Commendarum* inſtitutioni, ſed ipſis *Commendatariis* ſunt omnino tribuenda. Hi ſiquidem temporis progreſſu, *mercenariorum* more nihil curarunt impenſius, quam reditus exigere, utilitatibus, & neceſſitatibus *Eccleſiarum* penitus neglectis, atque poſtpoſitis. Id quod clare indicat *Rigantius* ibi: *De Jure antiquo praxis commendandi beneficia reſtricta erat ad Commendas temporales, quæ reſpiciebant principaliter non favorem perſonæ, ſed Eccleſiæ. Inſtituto enim in una Eccleſia commendabatur adminiſtratio alterius Eccleſiæ alioquin incompatibilis, & Commendatarius habebatur tanquam Adminiſtrator, & Depoſitarius, nec ei permiſſum erat proventus Eccleſiæ commendatæ in uſus proprios conſumere. Invaluere poſtmodum Commendæ perpetuæ, & ad vitam, reſpicientes principaliter non favorem Eccleſiæ, ſed Perſonæ, ut ex fructibus, & emolumentis Beneficii, quod pleno jure acquirit, commodius ſuſtentari valeat; & hujuſmodi genus Commendæ perpetuæ ignotum erat de jure antiquo &c.*

Rigant. in Reg. 43. num. 20. & 25. tom. 3. pag. 300.

5. Plurima ſane providentiæ conſilia, & remedia inierunt *Romani Pontifices*, ut tantum abolerent abuſum; ſed omnia in caſſum cecidere, propterea quod *Eccleſiæ Cathedrales* magnis, & principibus viris commendatæ reperiebantur. Demum ſacra *Trident. Synodus* cum generalem ſuſcepiſſet reformationem, acriterque in ea agitata fuiſſet *Reſidentiæ* materia (de qua tractatum edidit *Lugduni ann.* 1550. *Barthol. Caranza* hoc tit. *Controverſia de neceſſaria reſidentia perſonali Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Paſtorum*) ſancivit: „ Cum *præcepto divino* mandatum ſit omnibus, quibus animarum cu-
„ ra commiſſa eſt, *oves ſuas* agnoſcere, pro his *ſacrificium offerre*, verbi-
„ que divini *prædicatione*, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum
„ omnium operum exemplo *paſcere*, *pauperum*, aliarumque miſerabilium
„ perſonarum *curam* paternam gerere, & in cætera munia *Paſtoralia* incum-
„ bere; quæ omnia nequaquam ab iis præſtari, & impleri poſſunt, qui *gregi*
„ ſuo non invigilant, neque aſſiſtunt, ſed *Mercenariorum* more deſerunt...
„ declarat ſacroſancta *Synodus* omnes *Patriarchalibus*, *Primatialibus*, *Me-*
„ *tropolitanis*, *ac Cathedralibus* Eccleſiis, quibuſcumque, *quocumque nomi-*
„ *ne*, *& titulo* præfectos, etiamſi *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales* ſint,
„ *obli-*

Caranza de Reſidentia.

Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 1.

Digitized by Google

,, *obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia*, *vel Diœceſi reſidentiam*; ubi injun-
,, cto ſibi officio defungi teneantur; neque *abeſſe* poſſe, niſi *ex cauſis*, & modis
,, infraſcriptis. Nam cum *Chriſtiana charitas*, *urgens neceſſitas*, *debita obe-*
,, *dientia*, *ac evidens Eccleſiæ*, *vel Reipubl. utilitas* aliquos nonnumquam ab-
,, eſſe poſtulent, & exigant, decernit eadem Sacroſancta *Synodus*, has le-
,, gitimæ *abſentiæ* cauſas a *Beatiſſimo Romano Pontifice*..... in ſcriptis eſſe
,, approbandas &c. ,,

6. Etſi vero Concilium omnes Paſtores ad perſonalem adegerit reſidentiam, tamen excitata fuit controverſia, utrum *Prælati*, qui *territorium* habent *ſeparatum* ab *Epiſcoporum Diœceſi*, & juriſdictione gaudent tam *ſpirituali*, quam *temporali in Clerum*, *& populum*, adeoque veri ſunt *Paſtores*, ad *perſonalem* præſtandam *reſidentiam* tenerentur. Sicut vero tunc innumeri fere erant *hi Prælati*, expediensque viſum fuit eoſdem ad ſua exhibenda *S. Sedi* obſequia, & famulatum relinquere, minime detractis pinguibus reditibus, nec *ad reſidentiam* adigere, conſilium initum ſuſceptumque fuit, juriſdictionem *Prælatorum Nullius Diœceſis* dividendi, atque his quidem juriſdictionem temporalem relinquendi, Epiſcopis vero reſtituendi univerſam fere ſpiritualem, quæ omnino ad ipſos ſpectabat, priuſquam eiſdem avulſum fuiſſet territorium, & conceſſum Prælato, aut ab eo uſurpatum, vel præſcriptum fuiſſet. Quemadmodum vero aliqui horum *Prælatorum* territorium habebant minime *Diœceſis* alicujus *Epiſcopi* finibus circumſcriptum, ſed *in medio*, & multorum *Diœceſibus Epiſcoporum conterminum*, ad evitandas lites, quæ exoriri poſſent ad determinandum, e qua *Diœceſi* territorium ablatum fuiſſet, ſapientiſſime conſtitutum fuit, ut hoc in caſu *Proximiori Epiſcopo* juriſdictio reſtitueretur.

Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 9.

Qua de cauſa exiſtimatur, quod *Concilium* decreverit: ,, *Quæ alias ſub fel.*
,, *rec. Paulo III.* & nuper ſub beatiſſimo Domino noſtro *Pio IV.* in hoc eo-
,, dem Concilio de adhibenda ab Ordinariis diligentia in beneficiorum, etiam
,, *Exemptorum viſitatione* conſtituta ſunt, eadem etiam in iis *Eccleſiis ſæculari-*
,, *bus* obſerventur, quæ in *Nullius Diœceſi* eſſe dicuntur, ut ab *Epiſcopo*, cu-
,, jus *Cathedralis Eccleſia eſt proximior*, ſi id conſtet, alioquin ab eo, qui ſe-
,, mel in Concilio provinciali a *Prælato* loci illius electus fuerit, *tanquam Se-*
,, *dis Apoſtolicæ delegato*, *viſitentur* ,,.

7. Poſt hæc emanata ſanctiſſima *Concilii* decreta, floruerunt *Romæ* duo *Cardinales* ambo Eccleſiaſticæ diſciplinæ tenaciſſimi, & ſtudioſiſſimi Venerabiles nempe Dei Servi *Bellarminus*, & nunquam ſatis laudatus *Baronius*. Primus pinguem poſſidebat Abbatiam *Nullius Inſulæ Procidæ Provinciæ Neapolitanæ*, cum omnimoda, tum *temporali*, tum *ſpirituali juriſdictione*. Vi proinde relatorum decretorum, aut in ea reſidere, aut ſpiritualem juriſdictionem *Archiepiſcopo Neapolitano* cedere, ſe omnino adactum cognovit; verum hoc poſtremum præſtare cogitans deforme, certe videbatur, quod utra-

Card. Bellarminus Controv. de Rom. Pontif. lib. 5. c. 6. tom. 1. p. 39.

que juriſdictio inefficax remaneret bono illius *Inſulæ* regimini, quando quidem ipſe docuerat, neceſſariam omnino eſſe *temporalem juriſdictionem* illi, qui *ſpiritualem* exercet, & viceverſa, præter inconveniens, quod populo provenit, quando: *Nemo poteſt duobus dominis ſervire*: ea propter idem *Cardinalis Clementem VIII.* obſecravit, ut medium aliquod invenire dignaretur, & ſuæ conſcientiæ tranquillitati conſuleretur. Pontifex ideo hujus examen cauſæ demandavit *Cardinali Burgheſio*, & aliquibus Prælatis, qui decreverunt adjudicare *Inſulæ juriſdictionem Archiepiſcopo Neapolitano*, cui *Abbas antiquitus illam uſurpaverat*. Hanc deliberationem maximopere probavit *Bellarminus*,

propte-

Digitized by Google

propterea totam *Archiepiſcopo* renunciavit juriſdictionem, reſervatis ſibi reditibus, retentoque jure nominandi, & ſuſtentandi Curatum, utendique Pontificalibus, quoties ipſe, aut Succeſſores ad Inſulam accederent, uti omnia apparent ex Brevi *Clem.VIII.* dato *6. Septemb.* 1600. ubi hæc notatu digna ſunt: *Cum Camillus Cardinalis Burghesius (deinde Papa Paulus V.) prædictus mature consideratis ... nobis retulerit Eccleſiam ipſam Neapolitanam bonum jus fovere, etsi Robertus ipſe Cardinalis (Bellarminus) huic voto, & ſententiæ acquieſcere omnino intendit, prout acquieſcere vult, & acquievit &c.*

Apud Ughell. de Archiepiſcop. Neap. tom. 6. col. 168.

8. Eodem plane tempore magnis animi procellis jactabatur *Baronius* propter *Canuſinam Præpoſituram*, quam in *Commendam* obtinebat. Supra namque jam monuimus, quod tunc præ manibus habebat materiam, quæ efformare debebat *XI. Annalium* ſuorum *Tomum*, in quo ſub *ann.* 1089. inſeruit *Urban. II.* Bullam, qua ſupponebantur unitæ æque principaliter duæ *Metrop. Diœceſes Canuſina*, *& Baren.* cum toties relata clauſula: *abſque præjudicio juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum*: Cum itaque *Eccleſia Canuſina* in ſtatu *Metropoleos* remanſiſſet, ſatis conſtabat, quod tota ejus Diœceſis *Præpoſiti* ſuberat juriſdictioni, uti videre eſt ex diplomate ab eodem *Cardinale* in ſuis *Annal.* impreſſo. Quapropter omnino dicendum erat, quod *Præpoſitus* non erat, niſi nobilis dictæ Civitatis, & diœceſis *Adminiſtrator*, cui tota reſervata erat auctoritas, quæ ad *Archiepiſcopum* ſpectabat: eo vel magis, quod nomen *Præpoſiti*, qui omnimodam habet in Diœceſi juriſdictionem, non ſignificat aliud, quam *Epiſcopum* juxta *Gentium Apoſtoli* jam ſupra relatum oraculum. Hinc ſapienter exiſtimavit *Baronius*, *Præpoſitum Eccleſiæ Canuſinæ Cathedralis antiquiſſimæ*, inde *Metropolitanæ*, demum *Primatialis* teneri ad præſtandam *perſonalem reſidentiam* juxta *Tridentini* Decretum: *Declarat ſacroſancta Synodus omnes Patriarchalibus*, *Primatialibus*, *Metropolitanis*, *& Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque*, *quocumque nomine*, *& titulo præfectos*, *etiamſi S. R. E. Cardinales ſint*, *obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia*, *vel Diœceſi reſidentiam &c.*: Qua de re idem *Cardinalis* adito *Pontifice* libere in ſuis manibus *Canuſinam Præpoſituram renunciavit*, eumdem exorans, ut deinceps ipſam ei traderet viro, qui regendis aptus eſſet *Cathedralibus*, & apud *eamdem manere omnino teneretur*, uti ex illo tempore in præſentem uſque diem, diligentiſſime ſervatum eſt.

Bulla Urbani II. ap. Baron. ad an. 1089. & in noſtra Appendice.

Supra capit. XI. pag. 157.

Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 1.

9. Canuſini acceptum Baronio referunt, quod adhuc in eorum *Eccleſia* priſtina vigeat floreatque Eccleſiaſtica diſciplina; quamobrem proximorum locorum invidiam ſubit, qua proinde illorum Epiſcopi acti, & incitati aſſiduas in *Canuſinos* excitant turbas, & lites, quæ ſemper impedimento obſtaculoque fuere, ne plura ſaluberrima *Concilii Trid.* decreta, quæ pro exactiori diſciplina condita ſunt, debitæ omnimodæque demandarentur executioni. Adeoque nec *Parochiæ*, nec *præbenda Theologalis*, *& Pœnitentiariæ*, nec *Seminarium*, nec *Sanctimonialium* Monaſteria erecta ſunt; quæ omnia maximopere exoptantur a *Canuſinis*, ut inſtituerentur, ſed ut lites evitentur, eadem perficere non poſſunt. Cæterum pro tempore *Præpoſiti*, qui Eccleſiam gubernarunt, maxima diligentia curaque ſtuduerunt, ut reliqua omnia *Triden.* decreta, & *Bullæ Apoſtolicæ* pro optima *Cleri*, tum *Secularis*, *tum Regularis* diſciplina, & pro recta *locorum piorum* adminiſtratione emanatæ adamuſſim exequerentur. Quo circa ſæpius *Viſitationem* peregerunt, & *Synodum* celebrarunt, *præbendas*, *& beneficia* dignioribus contulerunt, rigido præmiſſo *examine* approbarunt *Vicarios Curatos* a *Capitulo*, penes quem reſidet

Digitized by Google

ſidet *Habitualis animarum Cura* , nominatos ; *juvenibus* , idoneis *Magiſtris* conſuluerunt , *pupillos* , *viduas*, *miſeroſque* ſua non defraudarunt protectione , *egentes* eleemosynis juvarunt , inſuper omnem operam ſtudiumque locarunt ſuum , ut *Clerici* dotibus,pro *ordinibus* ſuſcipiendis requiſitis inſtructi eſſent , eoſque ſevere prius examinatos ad quemcumque ipſis libuerit *Epiſcopum* ſuis dimiſſoriis tranſmiſerunt , aut *Epiſcopum* aliquem accerſiverunt , ut functiones,*Epiſcopalem* characterem requirentes,in Canuſina *Eccleſia* exerceret, & demum non omiſerunt ſeveris *pœnis* dyſcolos afficere , cenſuriſque Eccleſiaſticam *Immunitatem* defendere . Præterea ut in eadem Eccleſia perpetua firmaretur *Reſidentia* , novum a fundamentis excitarunt *palatium* , omnibus inſtructum commoditatibus,*Carceribus*, *Archivioque* munitum , & omnibus aliis rebus , quæ jurisdictionis exercitio ſervire poſsunt , nullatenus eapropter derelicta veteri *manſione* ac domicilio, quod ſuper *Cathedralis porticum* exiſtit . Denique *Pontificales* objerunt *functiones* in præſcriptis a *Cæremoniali Epiſcoporum* ſolemnitatibus,non ſolum ut ſpirituali civium conſolationi conſulerent, ſed etiam ut ſatisfacerent pietati ac devotioni exterorum , ac peregrinorum , qui magna ſemper frequentia *S. Sabini* pignus veneraturi *Canuſium* veniunt .

Supra cap. XI. p. 156. & ſeq.

10. Illud etiam minime præteriri debet , quod etiam poſt adinventam *typographicam* artem ,*Commendatarii* , qui *Eccleſiam* tamquam *prædium* ſemper habuerunt , neutiquam ſolliciti fuere ,ut eidem aliquod, memorata arte, commodum procurarent ,*typis* videlicet mandando pretioſiſſima illius vetera *monumenta* , aut ſi eadem alicubi , ut vulgari poſsent , tranſmiſerunt, nullam certe curam ſuſceperunt de *autographis* , quæ idcirco perierunt . Quidquid ſit de aliis *Præpoſitis*, noſtram certe, & omnium commendationem meretur *Jacobus Siliceus*, qui auctore , & ſuaſore *Baronio* curavit , ut *Canuſii* ab antiquo Codice Vita *S. Sabini* ſaltem extraheretur pro publica commoditate , *Bononiam* poſtea profectus , ut *Cardinali Antonio Cajetano* Legato Pontificio ſua deferret officia, ipſius patrocinio præſtitit , ut ab inſignibus literatis Academiæ *Humoriſtarum*,quam laudatus Cardinalis inſtituerat, acta dicti *S. Sabini* debito ſubjicerentur examini ; quæ demum ab illis approbata digniſſima viſa ſunt , quæ publicam lucem aſpicerent ; ut teſtatur *Bollandus* his verbis : *Acta* S Sabini , *quæ in Eccleſia* Canuſina *MSS. aſſervabantur* , Felix Siliceus Præpoſitus Canuſii (*qui deinde fuit* Epiſcopus Trojæ *patriæ ſuæ*) typis *excudenda curavit* Bononiæ , *ubi cum Eminentiſſimo Cardinale* Antonio Cajetano *Legato degebat* anno 1623. *Ea parum aut nihil differunt ab his noſtris , ſed in illis paucis , hæc noſtra ſinceriora ſunt* . Cujus rei hanc adducit cauſam : In Actis impreſſis iſta ab Felice Siliceo ex Baronii ad Martyrologium notis addita monet *Michael Monachus* . *Fuit quidem non ſolum vitæ ſanctitate ſpectatiſſimus , ſed in obeundis muneribus Eccleſiaſticis vigilantiſſimus : Functus enim eſt Legatione Apoſtolica Conſtantinopoli adverſus Anthimum hæreticum Patriarcham Conſtantinopolitanum poſt Conſulatum Beliſarii ann. 536., ut apparet ex* Actione prima quintæ Œcumenicæ Synodi .

Ciacon. Vit. RR. PP & Card. t. 4. num. II. col. 479.

Bollan. in Vit. S. Sabin. 9. Febr. §. 2. num. 16. tom. 2. dicti menſis pag. 312.

Idem in notis ad cap. 2. lit. K. pag. 325.

Supra cap. 3. n. 11. pag. 32.

11. Reliquos interim prætermittens *Præpoſitos* , de quibus nihil typis impreſſum invenire potui , ſine maximo ſane piaculo , præterire non poſſum hic referre, quod ſcribit *Ughell.* Additor de *Franciſco Nicolai* „ Hunc ita „ de bonis artibus , ac ſacris præſertim literis meritum *Alexander VIII.* „ Pont. Max. *anno* 1689. *Præpoſitum Canuſinæ Eccleſiæ* deſtinavit . Quæ di„ gnitas , præterquamquod, & *Ordinariam Juriſdictionem* præſefert , & Pon„ tificales Inſulas habet , mirifice etiam memoria celeberrimi viri *Cæſaris* „ *Baro-*

Ughell. de Archiep. Compſanis tom 6 col. 825.

Digitized by Google

„ *Baronii* Cardinalis, qui ei præfuit, illuſtratur. Hanc Præſul noſter ut
„ primum regendam ſuſcepit, ornavit *eruditis editis Commentariis*, quibus
„ eam cæteris *Apuliæ Eccleſiis Epiſcopalibus antiquiorem*, ac principem
„ eſſe luculenter oſtendit. Plurimo prætcrea ſumptu reſtauravit ruinoſum,
„ ac pene vetuſtate obrutum antiquiſſimum illius *Fanum*, quod ut memo-
„ ria extat, a *Paſchali II.* Pontific. Max. priſco more, quadam *habita Syno-*
„ *do*, *conſecratum*, dicatumque fuerat: *decem*, *& quatuor annis* eo mune-
„ re perfunctus eſt, indeque ab Regnante Summo *Pontifice Caputaquenſis*
„ *Epiſcopus* creatus menſe *Aprilis* 1704. hujus Eccleſiæ labentem diſcipli-
„ nam, ſacraque neglecta incredibili ſtudio reſtituit &c. Doctrinæ quoque
„ ſuæ ſpecimen dedit, edito *Romæ* quodam opuſculo, quod inſcripſit: *De*
„ *Epiſcopo Viſitatore*, *ſeu de antiquo regimine Eccleſiæ vacantis &c.* Tum
„ miſertus incommodorum ſummus hodiernus Pontifex, cum e *Caputaquenſi*
„ Eccleſia, cui *undecim annorum* ſpatio laudabiliſſime præfuit, ad *Compſa-*
„ *num Archiepiſcopatum* evexit, eique muneri præficiendum ſponte propo-
„ ſuit in ampliſſimo Cardinalium Senatu, quem *Conſiſtorium* vocant *die* 2.
„ *Septembris* 1716. „ Doctus hic *Archiepiſcopus* in præcitato de Epiſcopo Viſitatore libro ſpoponderat, ſe *Commentarios* editurum de rebus ad noſtram Eccleſiam pertinentibus; ſed forſan aliqua nobis ignota cauſa, ſuſceptum opus vel proſequi, vel exequi haud potuit. Eapropter tantam jacturam ſatis aptis verbis explicare non poſſumus, ſi enim tanto beneficio gaudere nobis datum fuiſſet, & labori huic utique pepercisſem, & longe plurimum luminis accederet omnibus rebus, quas adhuc proſecuti fuimus, quæque, & huic controverſiæ, & cuicumque huic *opellæ* noſtræ uberem copiam præbuerunt. Demum maxime obſtrictam, & devinctam ſe eſſe profitetur incomparabili huic *Prælato Canuſina Eccleſia*: ejus namque ſecuta morte, aucta & ditata fuit *tertia bonorum illius parte*, *duabus reliquis inter Compſanam*, *& Caputaquenſem Eccleſias* diviſis, cum ille *tres has Eccleſias* vivus adminiſtraverit, juxta notiſſimam *Innocentii XII.* Conſtitutionem quæ incipit *Inſcrutabili*.

Archiep. Nicolai Diſſert. de Epiſcopo Viſitatore pag. 5.

Bullar. Innocentii PP. XII. pag. 99.

§. II.

Sacra Rom. Rota Eccleſiam Canuſinam liberam omnino eſſe declarat, & Archiepiſcopum Barenſem ab omni prorſus jurisdictionis actu excludit.

12. VIX novus *Præpoſitus* ann. 1602. Eccleſiæ *Canuſinæ* poſſeſſionem ſuſcepit, diſcrimen ſubiit graviſſimum: Eodem ſiquidem *anno die* 18. *Martii* ad *Baren.* Archiepiſcopatum promotus fuit *Cardinalis Bonviſus*, qui menſe *Decembris Roma* diſceſſus iter Eccleſiam ſuam verſus iuſtituit; qua occaſione *Præpoſito* Canuſino ſignificavit, ſe *Canuſium* pertranſiturum, ut *S. Sabinum* veneraretur. Tali accepto nuncio ſtatim commota eſt univerſa *Civitas*, timens, ne hujuſmodi arrepta opportunitate, Archiepiſcopus *Baren.* in aliquo ſe immiſceret jurisdictionis actu. Ut motus populi ac tumultum compeſceret *Præpoſitus*, palam omnibus fecit, *Clementem PP. VIII. ann.* 1600.

Ughell. de Archiepiſ. Baren. tom. 7. *col.* 656.

Cæremonial. Epiſcop. cap. 4. §. 2. & cap. 15. §.:5.ubi Catalanus tom. 1. pag. 62., & 232.

vulgaſſe *Epiſcoporum Cæremoniale*, in quo ſtatuitur, quod Epiſcopus *Cardinalem* in ſua Eccleſia excipiens omnia munia Epiſcopalia exercenda eidem remittere debeat. Qua de re populares motus ſedare, & reprimere ſtuduit populo perſuadens, quod quidquid honoris, & obſequii *Cardinali* deferretur, nullum ipſis vel minimum detrimentum, ac præjudicium inferre poterat. Subinde publica de hoc edita *proteſtatione* coram *Notario*, & *teſtibus*, publicoque inſuper exarato documento, *Præpoſitus* ante Capitulum, Card. *Bonviſum* in Eccleſia perhonorifice excepit. *Cardinalis* porro ob ſibi debitum perſolutum officium mirifice delectatus *Barium* perrexit, ubi 11. *Novembris* ejuſdem *ann* 1602. exceptus fuit: ſed diu eodem frui non potuit Eccleſia *Baren*; mortem enim ille oppetiit *ultima Auguſti die* in ſequent. *ann.* 1603.

Beatill Vit S. Sabini pag. 212.

13. Succeſſor ejus fuit *Galeatius*, ait *Beatill.*: *Galeazzo da' Parma della Nobil Famiglia de' Conti Sanvitale: nel 1604. fu dall'iſteſſo Papa fatto Arciveſcovo di Bari; laonde bavendo prima preſo il ſuo poſſeſſo, conforme al coſtume antico, nella Chieſa di* Canoſa, *entrò poi la prima volta in Bari a 9. di Maggio, e nel giorno della Pentecoſte, per commiſſione di Roma, gli fu da Veſcovi di Giovenazzo, e Bitetto, nel Coro della ſua Catedrale, impoſto ſollennemeute il pallio Arciveſcovale, con giubilo di tutta la Città. Ma partitosi poco dipoi per Roma, fu dal Poutefice Paolo V. fatto Chierico di Camera, e rinuntiò con queſta occaſione il ſuo Arciveſcovato a penſione.* Actus vero poſſeſſus *Galeatii* fuit *Clandeſtinus* ex eo quia ex improviſo e chiſio deſcenſus in *Ecclesiam Canusinam* intravit eo tempore, in quo inibi nec *Præpoſitus* nec *Capitulum* aderat, adeo ut hoc reſciens *populus* parum abfuit, quin ſeditio oriretur, quam ut anteverteret *Præpoſitus* ad *S. Sedem* recurrit: unde cauſa *S. Romanæ Rotæ* commiſſa fuit. *Galeatius* vero ſe injuria affectum exiſtimans, illico *Archiepiſcopatum dimiſit*.

Beatill. Vit. S. Sabini pag. 213.

14. Succeſſit *Galeatio* teſte *Beatillo*: *Decio Caracciolo da Napoli fu per la ſudetta rinunzia ſuſtituito al Sanvitale nel 1606.. Fu zelantiſſimo delle Giuriſdizioni della ſua Chieſa, e finchè viſſe, non fe altro, che travagliare, e ſpendere quanto aveva per la conſervazione, e aumento di quelle.* Nobiliſſimus hic *Præſul* non ſine maximo diſpendio labore, & incommodo incœptam *litem* proſequi omnino voluit: quamobrem in eadem *Sacra Rota* acta tum a *Cardinali Bonviſo* tum ab *Archiepiſcopo Sanvitale* exercita produxit, & allegavit, ut manutentionem obtineret. Verum quemadmodum omnia, quæ perfecit Archiepiſcopus *Bonviſus*, tolerata fuerant a *Præpoſito* intuitu *Cardinalitiæ dignitatis*, qua inſignitus fuerat, ita minime in exemplum allegari, & trahi debebant pro omnibus *Barii* Archiepiſcopis. Actus vero *Sanvitalis* fuit omnino *clandeſtinus*; aberant namque *Præpoſitus*, & *Capitulum*, cum ille auſus fuerit ingredi *Canusinam Ecclesiam Cruce prælata*, & *benedictionem* impertire. Præterquam quod actus hic, cum *liti* anſam præbuerit, manuteneri certe non poterat.

S. R. R. Deciſ. 188. part. 3. recent.

Eapropter *S. R. Rota*, referente *Cardinali Sacrato* tunc *Rotæ Auditore*, & cauſæ Ponente die 16. *Jun.* 1608. in favorem *Præpoſiti* contra *Archiepiſcopum* adjudicavit, eique denegavit, atque inhibuit, ne in poſterum in *Diæcesi Canusina Crucem elevare*, & *benedictionem* impertire auderet. Priuſquam hæc prodiret *Deciſio*, & narratæ controverſiæ finis imponeretur, maxima ſane improprietate Archiepiſcopus *Baren.* allegavit jus *Metropolitani*, quod in *Canusina* Eccleſia habere prætendebat, idque probare conabatur fultus conſuetæ Romanorum Curialium aſſertioni; *Canusium* nempe eſſe *Nullius Diæcesis Provinciæ Baren.*: hujus vero aſſertionis nullam prorſus ratio-

Digitized by Google

tionem habuit *Rota*, ſolumque reſcripſit: *De iſto jure Metropolitico eſſe videndum ad partem*.

15. Et revera improprium omnino erat jus iſtud, quod ille prætendebat; etenim ut Archiepiſcopus *Barii* nullos penitus habet *ſuffraganeos*: hos autem ſolum habet tamquam *Archiepiſcopus titularis Eccleſiæ Canuſinæ*, cujus ſunt *ſuffraganei*, quos poſſidet. Nec ejus prætentio excedere poteſt limites *Ordinarii Canuſii*, propter prætenſam *Unionem* æque principaliter *ab Urb. II*. factam earumdem Eccleſiarum: quem ob titulum *Sanvitalis* auſus fuit *clandeſtinam* ſuſcipere *poſſeſſionem Cathedralis Canuſinæ*, ut ſupra, nunquam tamen cogitavit eamdem inire tamquam *Metropolitanus*, qui in ſuffraganeis Eccleſiis actum poſseſſionis minime peragit. Sed *Ordinarii* jus in noſtram *Eccleſiam* nunquam competere poteſt Archiepiſcopo *Baren.* utpote ejuſdem *titulari*, donec a *S. Sede* non decidatur cauſa, quæ agitata fuit tempore *Urb. II*, qui ut jura collitigantium ſarta tecta ſervaret in Bulla prætenſæ *Unionis* appoſuit clauſulam: *Abſque præjudicio ergo juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum*; ut in noſtra *Appendice*. Eodem porro tempore *lis* ſurrexit inter *Cleros Canuſinum*, & *Baren.* ob Archiepiſcopi *electionem*. Aucta poſtmodum fuit ab Archiepiſcopo *Elia*, qui prænominare ſe voluit *Archiepiſcopum Baren.* poſtpoſito titulo *Canuſii*, uti uſque modo ſui ſervant ſucceſſores, contra formam antiqui ſtyli: omnes enim, uti *ſupra* adnotavimus *Eliæ* prædeceſſores primum *Canuſinæ* locum tribuere conſueverunt. Quanti momenti ponderiſque ſit *prænominationis cauſa* plurimis adductis exemplis, & ireluctabilibus congeſtis auctoritatibus lucuientiſſime demonſtrat Summus Sacrorum Canonum doctor *Pitonus* in ſuis Diſceptationibus Eccleſiaſticis.

Sup. c. 11. n. 28. pag. 168.

Piton. Diſcept. Eccleſ. Diſcept. 9.

16. Maximæ hæ cauſæ effecerunt, ut *lis* a pluribus ſeculis vigeat, maneatque adhuc *indeciſa*: unde per modum proviſionis RR.PP. *Paſchalis*, & *Gelaſius II*, merito *Eccleſiæ Canuſinæ*, permiſerunt ne in ſuis juribus minime læderetur, ut non agnoſceret *Antiſtitem Barenſem* tamquam ſuum legitimum *Archiepiſcopum*, decreveruntque, ut ejuſdem *Canuſinæ ſuffraganei* tantum, quibus juxta *SS. Canonum* diſpoſitionem nullum *jus* eſt in *Archiepiſcopi electione*, omnimodam præfato *Antiſtiti* obedientiam præſtarent. Et interea, ne *Eccleſia Canuſina* debitis defraudaretur obſequiis, mandarunt, ut illius gubernium pergat *PRÆPOSITUS EADEM JURISDICTIONE QUAM HABUERUNT EPISCOPI CANUSINI*.

Cap. Bonæ 4. de poſtulation. Prælat.

17. Verum minime certe ſuſpicari debet, ut ex hoc, quod *Præpoſitus* habeat *Epiſcopi* juriſdictionem, ſequatur, quod *Barenſis ſit ſuffraganeus*. Ex his enim, quæ *ſupra* diximus, probatum eſt glorioſiſſimos *Canuſii Antiſtites a primo* uſque *ad nonum ſeculum* floruiſſe, quando *Metropoliticum* jus ſuper *Eccleſiis Apuliæ filialibus* ſibi vindicarunt, & ad eam uſque ætatem univerſas *Regni Neapolitani* Eccleſias *nullum Metropolitanum*, præter *Romanum Pontificem* habuiſſe, prout demonſtrarunt Doctiſſimi, & Archiepiſcopus *Nicolai*, & *Præſul Aſſemanus*. Quare *Præpoſitus perſonam Epiſcopi* repræſentans nullum debet agnoſcere *Metropolitanum*, ſed ſub *immediata Sedis Apoſtolicæ* ſubjectione manere; quod ita certum exploratumque eſt, ut quamvis *Barenſis* quondam Archiepiſcopus, ſub ficto *Canuſinorum* nomine, Indultum procedendi in aliquibus *Cauſis jure delegato* ſibi obtinuerit; indultum hujuſmodi, utpote ſubreptitium *a Canuſinis* executioni minime demandatum fuit, idque cauſam præbuit *Eminentiſſimo Baronio*, cur indultum antedictum a s. m. *Clemente VIII.* revocari curaret, ut ſupra ſub *num.* 3. innuimus:

Archiep. Nicolai Diſſert. de Epiſ. Viſitat. c. 5. pag. 7.

Aſſeman de Reb. Neapol. cap. 19. tom. 1. pag. 609. cum ſeq.

mus: ex eoque tempore Archiepiſcopis *Barenſibus* ullum jurisdictionis actum in *Diœceſi Canuſina*, quocumque titulo exercendi, nunquam permiſſum fuit.

18. Quinimmo cum *Canuſina Eccleſia in primam Metropolitanam a Romano Pontifice* erecta ſit; eumque idcirco inter *ſuffraganeas Eccleſias*, *Barenſem* quoque, & *Tranenſem* ſubditas ſibi haberet, factum eſt, ut utriſque *Eccleſiis* præfatis *Metropolitanis* poſtea deſignatis, *Eccleſia Canuſina jus PRIMATIS* ſuper ipſas obtinuerit, (qua ſuper re videre eſt Diſſertationem *Petri de Marca* de *Primatu Lugdunenſi*, *& cæteris Primatibus*), quod quidem jus *Barenſis* Archiepiſcopus, utpote *Canuſii Titularis*, ſibi arrogare non detrectat. Quandoquidem autem *Primatum* hujuſmodi ſuper Canuſinam Eccleſiam, quæ revera *Barenſis Matrix* eſt, illius Archiepiſcopus, ſi exercere contenderet, illud eidem dicere non recuſabit Eccleſia *Canuſina*, quod narrat *S. Gregorius Magnus* dixiſſe *S. Benedictum* Militi Regis *Totilæ*, quem regiis veſtibus indutum, ut Regiam perſonam repræſentaret, ut primum ante Sanctum *Abbatem* ſteterit, fraude detecta, increpavit dicens: *PONE FILI, PONE HOC QUOD PORTAS: NON EST TUUM*.

Petrus de Marca Diſſert. de Primatu ap. Labbei Concil. tom. XII. col. 843.

S. Gregor. Mag. Dial. lib. 2. cap. 14. apud Mabillon. act. SS. Benedict. tom. 1. pag. 12.

§. III.

Eccleſia Canuſina omnino libera a legibus Vicinioris Epiſcopi, etiam poſt litem a Cannarum, & Minerbini Epiſcopis motam, quæ adhuc pendet indeciſa.

19. HOC ipſo labente *ſeculo* magna pietatis, Zeli prudentiæque laude *Canuſinam* adminiſtrarunt Eccleſiam *Antonius Carrara*, *Nicolaus Preti Caſtriota*, *Agnellus Fraggiannus*, *Hyacinthus Jannuccius*, & *Carolus Roſatus*, qui omnes, ob eximia eorum merita præclaraſque virtutes, a *Præpoſitura Canuſina*, *Epiſcopali* inſigniti charactere, ad alias regendas *Eccleſias* tranſlati fuere. *Carrara* enim ad *Fundanam*, *Preti ad Veſtanam*, *Fraggianus* ad *Calvenſem*, Jannuccius ad *Iſernienſem*, *Roſatus* demum ad *Alliphanam* Eccleſias tranſlati fuerunt, in eiſque magnum ſui deſiderium reliquerunt, ſemperque eorum memoria in benedictione erit. Hi igitur dum Præpoſitura fungebantur, non omnia quæ ipſis dictabat zelus exequi potuerunt: impediti namque fuerunt moleſtiſſima, omnium quotquot excogitari, intentarique poſſunt, lite; in mentem enim venit *Minerbinenſi Antiſtiti* ipſum naturæ ordinem ſubvertere, & cum *Filius* dumtaxat ſit *Eccleſiæ Canusinæ*, *Patrem* quodammodo ejusdem fieri. Quamobrem veluti obrepens ſuper aſſertione, quæ non multo abhinc tempore invaluit in *Cancellaria Apoſtolica* in expediendis *Bullis proviſionis Præpoſituræ*, eſſe nempe *Nullius Diœceſis*, prætendere cœpit, ſibi utpote *Viciniori Epiſcopo*, vi allegati Conciliaris Decreti, ſubditam omnino eſſe *Eccleſiam Canuſinam*. Introducta in tribunali *A.C.* hujuſmodi cauſa illius conatibus fortiter ſeſe oppoſuit *Epiſcopus Cannarum*, (quæ Eccleſia etiamſi diruta ſit, unita tamen eſt *Nazareno Archiepiſcopatui*.) Acta quamplurima edita fuere, præſertim conditus fuit *proceſſus* quidam *remiſſorialis* fol. 131. continens in Curia *Andrienſi ann.* 1737.: verum, quemadmodum

In actis Paparozzii Notarii A.C.

modum

Digitized by Google

modum cauſa hæc pleno jure ad S. C. Concilii ſpectabat, idcirco s. m. *Clemens PP. XII.* per organum ſui *Eminentiſſimi Pro-Auditoris* hujuſmodi edidit Decretum: *Die 10. Martii 1739.: Ex tunc Eminentiſſimus Dominus remiſit Cauſam ad S. Congregationem Concilii in gradu Appellationis*. Vigore proinde hujuſce Decreti S. C. conſulendum cenſuit *Nuntium Neapolitanum*, qui de omnibus illam pleniſſime edocuit; Poſt hæc *nihil* aliud actum fuit, propterea quod partes collitigantes *litem* proſequi non amplius curarunt.

20. Interea *Canuſinus Populus* ea erat in opinione, ut exiſtimaret nihil prorſus ad ſe pertinere hanc cauſam, proindeque arbitrabatur, *Vicinioris* inſtantiam ſolum ſpectare illud, quod *Trident. Concil.* omnibus *Cathedralibus* præſcripſerat, uti ex. gr. quod ad *Epiſcopum Viciniorem* ſpectet eligere *Vicarium Capitularem Sede vacante* in caſu, quo infra *octo dies Capitulum* illum non eligat. Sed ubi primum cognovit totam verſari controverſiam in hoc, ut ſpiritualis jurisdictio *Præpoſito* tolleretur, alterique tribueretur *Epiſcopo*, ſtatim vidit intellexitque commotam tempeſtatem in ipſum delapſuram, & non jam in *Præpoſitum*, qui jurisdictione deoneratus ſe exemiſset a diſpendiis, & incommodis, quæ *curæ Paſtoralis* ratione ſuſtinet, & præſertim a *Perſonali* præſtanda *Reſidentia*, ad quam ipſe tenetur tamquam *Adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis Canuſinæ* in locum Archiepiſcopi ſuffecti, quo ad honores, & onera; viceverſa ſi Prælatus inferior ipſe declararetur, utique ab onere reſidendi liber evaſiſſet, cum ad illud *Prælati Nullius* nequaquam obſtringi poſſe cenſeant, niſi intuitu alterius Beneficii Reſidentialis, quod habeant unitum, innixi præſertim reſolutioni S. C. Concilii hoc *labente anno* relatæ per Sanctiſſimum Pontificem BENEDICTUM XIV., qui de *Archimandrita Meſſanæ*, ait „ In molte Terre e luoghi ha la giurisdizione quaſi *Epiſcopale*
„ con *Territorio* perfettamente *Separato*; ma ciò non fa, che *ſia obligato alla*
„ *Reſidenza*: come diſputataſi la materia nella *Congregazione del Concilio*
„ nel giorno 14. *di Aprile* 1646. fu pienamente riſoluto: *Sagra Congregatio*
„ *Concilii poſt maturam diſcuſſionem cenſuit, ſupradictum Archimandritam*
„ *Commendatarium ad perſonalem reſidentiam non teneri*. „ come può vederſi al *lib. 18. de Decreti pag. 72.*

Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.

Memoria traſmeſſa dalla S. di N. S. Benedetto XIV. al primo Maeſtro di Cerimonia per l' Archimandrita di Meſſina 19. Genn. 1752. pag. 6.

21. Cum itaque ad *populum* omnino ſpectet hæc cauſa, ideo omnem diligentiam ſtudiumque ille adhibuit, ut fortiter viriliterque ad eamdem in memorata *Congregatione* propugnandam ſeſe accingeret; propterea nullis parcentes ſumptibus ac laboribus, perſcrutari, ac indagare non omiſerunt *Originem* fundationemque duarum contendentium *Eccleſiarum*, *Cannarum* nempe, & *Minerbini*, & omni proculdubio conſtare repererunt, ambas eſſe *Canuſinæ ſuffraganeas*, uti ex *Joann. XIX.*, & *Urb. II.* Bullis colligitur. Quocirca *Cannarum Eccleſia nullum Epiſcopum S. ROGERIO antiquiorem* jactat; (Sanctum enim *LIBERALEM*, ſuperius demonſtratum fuit, *Canuſinum*, & non *Cannarum* Epiſcopum fuiſſe) ſolum vero ad alendam ſervandamque fidelium pietatem factum fuit, ut minime ad trutinam revocaretur, an revera, uti aſſeritur, *S. Rogerius* ſocius *S. Sabini*, & *S. Laurentii Siponti* Antiſtitis fuerit. Nam ſi quod res eſt fateri volumus hoc maxime controvertitur ab emunctæ naris criticis, & hiſtoricis, qui proinde contendunt, S. hunc *Rogerium Cannarum* Præſulem floruiſſe ſub *NORMANNIS*, illumque eſſe, qui deſcriptus reperitur in Inſcriptione *Conſecrationis* Baſilicæ *Canuſinæ* a *Paſch. II.* peractæ. Ita etiam ſentiunt de *S. RICCARDO Andrienſi* Antiſtite, quod probat clar. *Aſſemanus* a nobis ſupra relatus.

Sup. c. 2. §. 2. pag. 16. & cap. 10. pag. 170.

Sup. c. 3. §. 1. n. 41. & ſeq. pag. 43.

22. Quod

mus: ex eoque tempore Archiepiſcopis *Barenſibus* ullum jurisdictionis actum in *Diœceſi Canuſina*, quocumque titulo exercendi, nunquam permiſſum fuit.

18. Quinimmo cum *Canuſina Eccleſia in primam Metropolitanam a Romano Pontifice* erecta ſit; cumque idcirco inter *ſuffraganeas Eccleſias*, *Barenſem* quoque, & *Tranenſem* ſubditas ſibi haberet, factum eſt, ut utriſque *Eccleſiis* præfatis *Metropolitanis* poſtea deſignatis, *Eccleſia Canuſina jus PRIMATIS* ſuper ipſas obtinuerit, (qua ſuper re videre eſt Diſſertationem *Petri de Marca* de *Primatu Lugdunenſi*, *& cæteris Primatibus*), quod quidem jus *Barenſis* Archiepiſcopus, utpote *Canuſii Titularis*, ſibi arrogare non detrectat. Quandoquidem autem *Primatum* hujuſmodi ſuper Canuſinam Eccleſiam, quæ revera *Barenſis Matrix* eſt, illius Archiepiſcopus, ſi exercere contenderet, illud eidem dicere non recuſabit Eccleſia *Canuſina*, quod narrat *S. Gregorius Magnus* dixiſſe *S. Benedictum* Militi Regis *Totilæ*, quem regiis veſtibus indutum, ut Regiam perſonam repræſentaret, ut primum ante Sanctum *Abbatem* ſteterit, fraude detecta, increpavit dicens: *PONE FILI, PONE HOC QUOD PORTAS: NON EST TUUM.*

Petrus de Marca Diſſert. de Primatu ap. Labbei Concil. tom. XII. col. 843.

S. Gregor. Mag. Dial. lib. 2. cap. 14. apud Mabillon. act. SS. Benedict. tom. 1. pag. 12.

§. III.

Eccleſia Canuſina omnino libera a legibus Vicinioris Epiſcopi, etiam poſt litem a Cannarum, & Minerbini Epiſcopis motam, quæ adhuc pendet indeciſa.

19. HOC ipſo labente *ſeculo* magna pietatis, Zeli prudentiæque laude *Canuſinam* adminiſtrarunt Eccleſiam *Antonius Carrara*, *Nicolaus Preti Caſtriota*, *Agnellus Fraggiannus*, *Hyacinthus Jannuccius*, & *Carolus Roſatus*, qui omnes, ob eximia eorum merita præclaraſque virtutes, a *Præpoſitura Canuſina*, *Epiſcopali* inſigniti charactere, ad alias regendas *Eccleſias* tranſlati fuere. *Carrara* enim ad *Fundanam*, *Preti* ad *Veſtanam*, *Fraggianus* ad *Calvenſem*, Jannuccius ad *Iſernienſem*, *Roſatus* demum ad *Alliphanam* Eccleſias tranſlati fuerunt, in eiſque magnum ſui deſiderium reliquerunt, ſemperque eorum memoria in benedictione erit. Hi igitur dum Præpoſitura fungebantur, non omnia quæ ipſis dictabat zelus exequi potuerunt: impediti namque fuerunt moleſtiſſima, omnium quotquot excogitari, intentarique poſſunt, lite; in mentem enim venit *Minerbinenſi Antiſtiti* ipſum naturæ ordinem ſubvertere, & cum *Filius* dumtaxat ſit *Eccleſiæ Canuſinæ*, *Patrem* quodammodo ejuſdem fieri. Quamobrem veluti obrepens ſuper aſſertione, quæ non multo abhinc tempore invaluit in *Cancellaria Apoſtolica* in expediendis *Bullis proviſionis Præpoſituræ*, eſſe nempe *Nullius Diœceſis*, prætendere cœpit, ſibi utpote *Viciniori Epiſcopo*, vi allegati Conciliaris Decreti, ſubditam omnino eſſe *Eccleſiam Canuſinam*. Introducta in tribunali *A. C.* hujuſmodi cauſa illius conatibus fortiter ſeſe oppoſuit *Epiſcopus Cannarum*, (quæ Eccleſia etiamſi diruta ſit, unita tamen eſt *Nazareno Archiepiſcopatui*.) Acta quamplurima edita fuere, præſertim conditus fuit *proceſſus* quidam *remiſſorialis* fol. 131. continens in Curia *Andrienſi ann.* 1737.: verum, quemadmodum

In actis Paparozzii Notarii A. C.

modum cauſa hæc pleno jure ad S. C. Concilii ſpectabat, idcirco s. m. *Clemens PP. XII.* per organum ſui *Eminentiſſimi Pro-Auditoris* hujuſmodi edidit Decretum: *Die 10. Martii 1739.: Ex tunc Eminentiſſimus Dominus remiſit Cauſam ad S. Congregationem Concilii in gradu Appellationis*. Vigore proinde hujuſce Decreti S. C. conſulendum cenſuit *Nuntium Neapolitanum*, qui de omnibus illam pleniſſime edocuit; Poſt hæc *nihil* aliud actum fuit, propterea quod partes collitigantes *litem* proſequi non amplius curarunt.

20. Interea *Canuſinus Populus* ea erat in opinione, ut exiſtimaret nihil prorſus ad ſe pertinere hanc cauſam, proindeque arbitrabatur, *Vicinioris* inſtantiam ſolum ſpectare illud, quod *Trident. Concil.* omnibus *Cathedralibus* præſcripſerat, uti ex. gr. quod ad *Epiſcopum Viciniorem* ſpectet eligere *Vicarium Capitularem Sede vacante* in caſu, quo infra *octo dies Capitulum* illum non eligat. Sed ubi primum cognovit totam verſari controverſiam in hoc, ut ſpiritualis jurisdictio *Præpoſito* tolleretur, alterique tribueretur *Epiſcopo*, ſtatim vidit intellexitque commotam tempeſtatem in ipſum delapſuram, & non jam in *Præpoſitum*, qui jurisdictione deoneratus ſe exemiſset a diſpendiis, & incommodis, quæ *curæ Paſtoralis* ratione ſuſtinet, & præſertim a *Perſonali* præſtanda *Reſidentia*, ad quam ipſe tenetur tamquam *Adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis Canuſinæ* in locum Archiepiſcopi ſuffecti, quo ad honores, & onera; viceverſa ſi Prælatus inferior ipſe declararetur, utique ab onere reſidendi liber evaſiſſet, cum ad illud *Prælati Nullius* nequaquam obſtringi poſſe cenſeant, niſi intuitu alterius Beneficii Reſidentialis, quod habeant unitum, innixi præſertim reſolutioni S. C. Concilii hoc *labente anno* relatæ per Sanctiſſimum Pontificem BENEDICTUM XIV., qui de *Archimandrita Meſſanæ*, ait „ In molte Terre e luoghi ha la giurisdizione quaſi *Epiſcopale* „ con *Territorio* perfettamente *Separato*; ma ciò non fa, che *ſia obligato alla* „ *Reſidenza*: come diſputataſi la materia nella *Congregazione del Concilio* „ nel giorno 14. *di Aprile* 1645. fu pienamente riſoluto: *Sagra Congregatio* „ *Concilii poſt maturam diſcuſſionem, cenſuit, ſupradictum Archimandritam* „ *Commendatarium ad perſonalem reſidentiam non teneri.* „ come può vederſi al *lib. 18. de Decreti pag. 72.*

Tridentin. ſeſſ. 24. de reform cap. 6.

Memoria traſmeſſa dalla S. di N. S. Benedetto XIV. al primo Maeſtro di Cerimonia per l' Archimandrita di Meſſina 19. Genn. 1752. pag. 6.

21. Cum itaque ad *populum* omnino ſpectet hæc cauſa, ideo omnem diligentiam ſtudiumque ille adhibuit, ut fortiter viriliterque ad eamdem in memorata *Congregatione* propugnandam ſeſe accingeret; propterea nullis parcentes ſumptibus ac laboribus, perſcrutari, ac indagare non omiſerunt *Originem* fundationemque duarum contendentium *Eccleſiarum*; *Cannarum* nempe, & *Minerbini*, & omni proculdubio conſtare repererunt, ambas eſſe *Canuſinæ ſuffraganeas*, uti ex *Joann. XIX.*, & *Urb. II.* Bullis colligitur. Quocirca *Cannarum Eccleſia nullum Epiſcopum S. ROGERIO antiquiorem* jactat; (Sanctum enim *LIBERALEM*, ſuperius demonſtratum fuit, *Canuſinum*, & non *Cannarum* Epiſcopum fuiſſe) ſolum vero ad alendam ſervandamque fidelium pietatem factum fuit, ut minime ad trutinam revocaretur, an revera, uti aſſeritur, *S. Rogerius* ſocius *S. Sabini*, & *S. Laurentii Siponti* Antiſtitis fuerit. Nam ſi quod res eſt fateri volumus hoc maxime controvertitur ab emunctæ naris criticis, & hiſtoricis, qui proinde contendunt, S. hunc *Rogerium Cannarum* Præſulem floruiſse ſub *NORMANNIS*, illumque eſse, qui deſcriptus reperitur in Inſcriptione *Conſecrationis* Baſilicæ *Canuſinæ* a *Paſch. II.* peractæ. Ita etiam ſentiunt de *S. RICCARDO Andrienſi* Antiſtite, quod probat clar. *Aſſemanus* a nobis ſupra relatus.

Sup. c. 2. §. 2. pag. 16. & cap. 10. pag. 170.

Sup. c. 3. §. 1. n. 44. & ſeq. pag. 43.

22. Quod

22. Quod vero ad Eccleſiam pertinet *Minerbinenſem* extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod in *angulo Canuſinæ Archidiœceſeos* fundata reperiatur. Qua de re, ut ejuſdem filialis reputatur *a Marino Freccia* peritiſſimo, & diligentiſſimo hiſtorico, ac veterum *Regni Neapolit. tabulariorum* perluſtratore, propterea quod multum commendatur ab eruditiſſimo *Regio Conſiliario Joſepho Aurelio de Januario*, qui ait: *Marino Freccia moſtrò un particolar guſto per la Storia, e fortemente riprendendo coloro, che la traſcuravano, a queſto difetto attribuì i tanti abbagli, in cui più di un Scrittore era inciampato. Amantiſſimo dell' Antichità del noſtro Regno, nel libro, ch' ei compoſe de' Suffeudi varj, e copioſi lumi ne ſparſe &c.* Hic igitur hiſtoricus de *Eccleſiâ Minerbinenſi* hæc habet: *Epiſcopus Minervini juxta Canuſium, & Venuſium ab antiquo Canuſio trahit Originem*: Minime conſtat, quonam tempore inſtitutus, erectuſque ſit *recens hic Epiſcopatus*. *Ughel.* namque refert ſubſcriptionem diplomatis *ann. 1069.*: *Biſantius Epiſcopus Minerbinus*, ubi *Lucentius* notat: *Biſantium in hac ſerie primo loco enumerat Ughellus, aſſumitque* perperam *ex authentico documento donationis emanatæ ad ſavorem Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis de Venusia a Roberto Duce ann. 1069. Sed qui teſtis adſuit cum Melphienſi, & Venuſino Epiſcopis* Biſantius *fuit* Lavellenſis, *non* Minerbinus, *ut ab eodemmet Ughello in Venuſinis aſſeritur, recenſeturque inter Lavellenſes*: Unde nullum antiquius monumentum hujus Epiſcopalis Sedis afferri poteſt, quam illud, quod *Mannus Minervinenſis Epiſcopus* interfuerit *conſecrationi* noſtræ *Baſilicæ* accitus, invitatuſque a *Præpoſito* una cum aliis *Archiepiſcopis, & Epiſcopis*, qui adfuerunt *Synodo* habitæ a *Paſchale II.*, in qua controverſiæ *Canuſinos* inter & *Baren.* ſuper reſtitutione *Archiepiſcopatus* ad *Canuſium* vertentis, deciſionem diſtulit, & per modum proviſionis decrevit, ut *Præpoſitus regere, & gubernare Eccleſiam* pergeret *cum eadem juriſdictione, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini*.

Reg. Conſ. di Gennaro Delle vizioſe maniere del difendere le cauſe cap. 1. pag. 41.

Freccia de Subfeudis l. 1. de provin. pag. 81.

Ughell. de Epiſc. Lavellen. col. 741. & Epiſc. Minerb. col. 746. tom. 7. Ubi Lucentius in not.

Supra cap. 12. pag. 170.

23. Eccleſia itaque *Canuſina* jure, meritoque prætendit, & firmiſſime tenet omnem, qua late patet *Apuliam* ſuam fuiſſe *Diœceſim*. Sicque deſcripta reperitur in *Concil. Sardicen. IV. ſeculo*: *Stercorius ab Apulia de Canuſio*: Porro nulli dubium, quin in poſterum *creſcente* in dies *Fidelium numero* in tota *Diœceſi* propter paſtoralem vigilantiam, indefeſſumque zelum *Epiſcoporum Canuſinorum diviſum* fuerit ejuſdem *Territorium* in varias, multaſque *Diœceſes*, adeo ut Eccleſiæ de novo tamquam *filiales* erectæ, *Suffraganeæ* poſtea evaſerint noſtræ *Eccleſiæ*, quando ipſa in *Metropolitanam* elevata fuit. Hinc eſt, quod ſupremum dominium, reſervatum *Epiſcopis*, ſeu *Archiepiſcopis* ſuper *Eccleſias filiales*, aut *ſuffraganeas* in earum erectionibus reſervatum pariter fuit *Capitulo Canuſino*, qui *Sede vacante Prælato* ſuccedit, dum præſtitit conſenſum, ut illæ Eccleſiæ evegherentur in Cathedrales; quapropter *Eccleſia Romana Canonum* fidiſſima cuſtos, uſque modo retinet, ſervatque morem, de quo *Rigantius* mentionem facit: *Præter conſenſum Epiſcopi a cujus Diœcesi fieri debet diſmembratio pro erectione novi Epiſcopatus, requiritur etiam conſenſus Capituli, quod Sede vacante in Epiſcopali Juriſdictione ſuccedit*: Unde Præpoſitus, qui, ut ſæpiſſime monuimus, *Capitulo præeſt, juriſdictionem* exercens, *quam habuerunt Epiſcopi Canusini* (nam *Metropolitani* juriſdictionem exercet, durante lite, *Archiepiſcopus Baren Canusinus tituloris*) etiamſi affirmare non poſſit, quod ipſi ſubditæ ſint *Eccleſiæ filiales*, utpote in præſens *Exemptæ*, tamen hoc nequicquam obſiſtente, nomine *Eccleſiæ Matricis* poteſt, & debet una cum ſuo *Capitulo*

Supra cap. 2. §. 3. pag. 17.

Rigant. in Reg. 22. Cancell. n. 92. tom. 2. pag. 319.

exige-

exigere debitum honorem, obſequium, & reverentiam a memoratis *Filialibus* juxta quod in ſimili caſu celebratiſſimus Pitonus ſcripſit: *Tunc enim, licet verum ſit amitti ſubjectionem antiquam, quia par in parem, non habet imperium, attamen non amittitur, ille honor reverentialis, ac illa, neſcio quæ ſubmiſſio obſequioſa, ob memoriam priſtinæ ſubjectionis, & reſpectivæ ſuperioritatis, debita Eccleſiæ MATRICI, sicuti videmus in ſervo, qui licet manumittatur, & liber fiat, tamen ſemper debet Patrono honorem reverentialem in memoriam antiquæ ſervitutis l. Si unus §. Servus ff. de quæſt.* Tiraquell. *in tract. ceſſan. cauſ. par. 1. n. 106.*

Piton. diſcept. 9. n. 43. tom. 1. pag. 101.

24. Ex his ipſis proinde præmiſſis jus ſuum *Canuſini* depromunt, & præcipue ex ipſis *Concil. Trident.* decretis, quæ tantopere Adverſarii, nempe *Cannarum*, & *Minerbini Epiſcopi*, jactitant, qui utpote *viciniores* prætendunt *Eccleſiam Canuſinam viſitare*, & compellere *Præpoſitum, Capitulumque* ad eorum *Synodum*, Clericis *Canuſinis dimiſſorias* tribuere, uno verbo omnem fere *juriſdictionem*, tum *ſpiritualem*, tum *criminalem* in ſe ipſos aſſumere, & ſic *Canuſinos* adigere quotidie ad eorum loca tranſitare, pecuniamque illorum in extera loca deferre. Eapropter opus eſt, ut iterum allegata *Concilii* decreta replicemus: ,, Quæ alias ſub fel. rec. Paulo III. & nuper ſub Beatiſſi- ,, mo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordina- ,, riis diligentia in beneficiorum, etiam EXEMPTORUM viſitatione, conſti- ,, tuta ſunt; eadem etiam in iis Eccleſiis ſæcularibus obſerventur, quæ in ,, nullius Diœceſi eſſe dicuntur; ut ab Epiſcopo, cujus Cathedralis Eccleſia ,, eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio provin- ,, ciali a Prælato loci illius electus fuerit, tamquam Sedis Apoſtolicæ delega- ,, to, viſitentur,,: Præterea idem Concilium Tridentinum hæc quoad Synodum ſanxit ,, *Synodi quoque* Diœceſanæ quotannis celebrentur: ad quas *EXEM-* ,, *PTI*, etiam omnes, qui alias ceſſante *exemptione*, intereſſe deberent, ,, nec Capitulis generalibus ſubduntur, *accedere teneantur.* ,, Quo vero ad facultatem impertiendi literas *dimiſſoriales ordinandis*, ſic eadem ſacroſancta *Synodus* ,, *Nec Abbates*, & alii *exempti*, aut collegia, vel capitula quæcumque, ,, etiam Eccleſiarum Cathedralium, *literas dimiſſorias* aliquibus Clericis ſæ- ,, cularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant: ſed horum omnium ordina- ,, tio, ſervatis omnibus, quæ in hujus *ſanctæ Synodi* decretis continentur, ,, ad *Epiſcopos*, intra *quorum Diœceſis fines* exiſtant, pertineat ,,.

Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 9.

Idem ſeſſ. 24. c. 2.

Idem ſeſſ. 23. de reform. c. 10.

25. Hæc clariſſima Concilii diſpoſitio militat contra *Exemptos*, etiamſi habeant *territorium ſeparatum* a *Diœceſi Epiſcopi*, adeo, ut *antea ſubditæ erant Epiſcopo*, tum *perſonæ*, tum *avulſum territorium*: prout communiter *Canoniſtæ* colligunt ex Cap. *Cum Epiſcopus de officio Ordinarii in 6.* Unde nullatenus, militant contra *Eccleſiam Canuſinam*, quæ non eſt *exempta* nec habet *territorium ſeparatum a Diœceſibus proximorum*, ſed eſt omnino *LIBERA*, *propriamque* habet *Diœceſim*. Quemadmodum vero ampliſſima *exemptorum* materia, uberrimam præbuit *Canoniſtis* ſcribendi copiam, & multi *Epiſcopi* hac in re turpiter hallucinati prætenderunt, & etiam nunc prætendunt ſibi uſurpare juriſdictiones, quæ minime ipſis competunt vigore relatorum *Concilii* decretorum: hinc factum fuit, ut *S. Rota Rom.* tradiderit conſtabilieritque quamdam regulam, quam ſi ſequi vellent, uti omnino par eſſet, *lites* certe omnes terminarentur. Declaravit enim: *CUM NON COMAPTIANTUR INTER SE HÆC DUO, ORIGINARIA LIBERTAS, ET EXEMPTIO, DUM ISTA SUPPONIT ANTIQUAM*

Cap. Cum Epiſc. de Offic. Ordin. in 6.

Molinès deciſ. 819. n. 14. tom. 3. part. 2. pag. 658.

SUB-

SUBJECTIONEM, *ex notatis per Rot. deciſ.* 207. *part.* 2. *diverſ.*, *& deciſ.* 491. *n.* 1. *parte prima rec.* Quapropter *Eccleſia Canuſinæ ſubjectionem*, probare prius deberent *Epiſcopi* contendentes, ut *Viciniori*s jus à *Tridentino* conceſſum contra illos, qui ſe eximerunt, aſſerere, ac vindicare ſibi poſſent.

26. Quandoquidem autem *inferiores Prælati ſeparatum* habent *Territorium*, ita ut *Nullius* ſint, attamen *Epiſcopus Vicinior* prætendere non poteſt jus a *Conc.* tributum, niſi prius conſtiterit *territorium* illud a quadam *Diœceſi* eſſe *ſeparatum*, prout docet Canoniſta *Regii Lycei Neapolitani Carolus Gagliardi* his verbis: *Omnium, qui Epiſcopis inferiores ſunt, Prælatorum triplex eſt genus. In primo, quod reliquis præſtat, verſantur habentes ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, in Clerum, & Populum juriſdictionem cum territorio ſeparato, ſcilicet ab Epiſcopali Diœceſi prorſus avulſo.* Si quis umquam plus faverit *Epiſcopis* contra *inferiores Prælatos*, is certe fuit *Carolus Antonius de Manentibus*, qui hæc habet: *ET QUIDEM CONSTARE DEBET, CUI EPISCOPO FUERIT DIŒCESIS DIMINUTA PER SEPARATIONEM TERRITORII*: omneſque alios prætermittens, graviſſimæ quidem auctoritatis, Canoniſtas unanimiter hac in re conſentientes, *ſatis mihi ſuperque* inſtar omnium erit deciſio *Pontificis Romani* BENEDICTI XIV. qui ſic controverſiis hiſce finem imponit: *Quandoquidem Prælatorum inferiorum tres ſunt claſſes, & ſpecies, ex quibus ultima, majoriſque momenti eorum eſt, qui exceptis iis, quæ Ordinis ſunt, reliqua omnia peragunt, quæ pertinent ad juriſdictionem ordinariam in Clerum, & populum* unius, vel plurium *OPPIDORUM, SEU CASTRORUM, QUÆ QUONDAM IN DIŒCESI PROXIMI EPISCOPI CONTINEBANTUR, SED AB IPSA EXINDE AVULSA FUERUNT*, juxta ea, quæ ſupra diximus *lib.* 2. *c.* 11. *num.* 2. *& ſeq.*

Gagliardi Inſtit. canon. lib. 1. *tit.* 24. *pagin.* 260

Manent. de poteſtate jurid. &c. part. 6 *c.* 11. *pag.* 426.

Bened. XIV. de Synodo lib. 11. *c.* 8. *§.* 17. *p.* 501.

27. *Præpoſitus* vero *Canuſinus*, an *Territorium* habeat *avulſum* a *Diœceſi Canuen*, *vel Minerbinen.* facile quiſque conjicere poterit, qui vel leviter percurrere non recuſabit *Relationem* iſtam, ex qua patet evidenter utraſque potiſſimum *Eccleſias* antedictas, avulſa, & *ſeparata* habere *Territoria ab Eccleſia Canuſina*, quæ utpote *Mater* miſericors non ſolum præfatas *duas*, ſed & *univerſas fere Apuliæ Eccleſias* ampliſſimo ſuo ditavit *Patrimonio*, de præſenti vero facta vidua a propriis *filiis* contemni dolet, & cum lacrymis repetere cogitur: *Filios enutrivi, & exaltavi: ipſi autem, ſpreverunt me.* Canuſinam *Eccleſiam* viduam ſub *Præpoſiti* Cura eſſe dixi, ea de cauſa, quod legitimus ipſius *Archiepiſcopus* neutiquam eſt *Barenſis*, quamvis illam *æque principaliter* ſibi *unitam* habere glorietur. *Unio* namque, *quæ a Barenſibus Urbano II. aſſerta fuit jampridem facta*, non *Unio*, ſed *Commenda* fuit; Archiepiſcopus enim *Canuſinus Barenſis* Eccleſiæ erat *Depoſitarius*, neque illis temporibus dabantur *Uniones*, ſed uni *Antiſtiti* duæ Eccleſiæ altera in *titulum*, altera in *Commendam* tantummodo tradebantur: accedit ad hoc, quod cum ea ætate *Epiſcoporum electiones* ad *Capitulum* pertinerent, impoſſibile quidem fuit, ut *Capitula Canuſinæ, & Barenſis Eccleſiæ*, quorum unumquodque privative *Archiepiſcopum* eligere contendebat, in unum convenirent; quas ſane controverſias, ut dirimeret *Urbanus II.*, jus utriuſque præſervavit in nota Bulla cum clauſula; *abſque præjudicio juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum*, ut in noſtra *Appendice*. Prætenſi ab *Archiepiſcopo Barenſ.* ſuper *Canuſinam Eccleſiam* juris cauſa, donec a *Summo Pontifice* cognita non fuerit, ſufficiens ſane eſt, ut alterius cujuſcumque *Vicinioris Epiſcopi* excludatur prætenſio uſurpandi

Iſaiæ 1. 2.

Can. Qui plures 3. 21. *q.* 1. *ſupra c.* 8. *§.* 1. *n.*10. *pag.* 128.

pandi *juriſdictionem jure Delegato in Canuſina Eccleſia* procedendi juxta *Concilii Tridentini* diſpoſitionem, ut probat *Joſephus de Proſperis* narratione ſequenti: *OPPIDA Caſtra, aliaque loca DICUNTUR ESSE IN ILLA DIŒCESI, CUI MAGIS AHÆRENT, ſeu ab ejus limitibus circumdantur ſaltem pro majori parte, præſertim non EXISTENTE ALIO EPISCOPO IN CAUSA, qui contendat ſituationem.*

Joſeph de Proſperis de Territ. ſeparato quaſt. 1. n. 20.

28. Nec ullatenus obſtat *Eccleſiæ Canuſinæ NULLIUS* titulus, quaſi priſtinum *Libertatis*, & *Cathedralis ſtatum* mutarit. Talis enim titulus, utpote a *Commendatariis* aſſumptus in illa generali rerum confuſione, quam ſupra deſcripſimus, in *Bullis* eorum proviſionis, nihil prorſus immutavit *Eccleſiæ* ſtatus juxta indubitatam regulam, quæ vim legis hodie obtinet in *R.C.* a *S. Rota* firmata ibi: *ENUNCIATIVA eo magis probat, cum ſit antiquiſſima, & dum excedit metam 200. annorum, & recipit fomentum ab ACTU, in quo emittitur: Non obſtant modernæ enunciativæ, de quibus in literis Gregorii XIV., & S. D. N., in quibus dicta Abbatia S. L. appellatur NULLIUS, quia emanarunt AD INSTANTIAM PARTIS INTERESSATÆ, & ſunt de recenti, unde nullum faciunt probationis gradum.* Quamobrem contra vetuſtiſſima, & luculentiſſima *Apoſtolica diplomata*, quæ diſſertiſſime confirmant, *Eccleſiam Canuſinam* eſſe *Metropolitanam*, ut probetur illam eſſe modo *ſuppreſſam*, omnino oportet, ut clariſſima proferatur, exhibeaturque *Pontificia Bulla*, quæ id aſſerat, ac comprobet. Nam recentes, quæ in *Bullis proviſionis* exiſtunt, aſſertiones, cum nullius roboris ſint ad finem imponendum liti, quam tot jam annos *Barenſes*, & nunc Vicini *Præſules* movent adverſus *Canuſinam Eccleſiam*, de cujus decoris, & ornamentis, tanta vetuſtate confirmatis, nihil admodum detrahere poſſunt.

Rota Dec. 220. n. 1. & 24. par. 9. rec.

29. Sed quid hæc conquirimus, quando *Eccleſia Canuſina* etiam titulo *Nullius* in *Bullis* donata, tamen ut *Cathedralis* nunc etiam reputatur. Anno ſiquidem 1745. cum *Præpoſitus* facultatem petiiſſet a *ſacra Congregatione Epiſcop., & Regul.* negotiis præpoſita, quamdam *pecuniæ* quantitatem cum *fœnore* accipiendi, eadem minime hac de re conſuluit *Viciniorem*, ſed *Epiſcopo Trojano* commiſit, ut votum ederet, quæque ſcitu neceſſaria erant, referret. Subindeque facultatem impertivit, quæ ut executioni demandaretur, ita reſcripſit: *Die 9. menſis Aprilis 1745. Attenta relatione Epiſcopi Trojani, benigne commiſit duabus, ex primis DIGNITATIBUS CAPITULI CATHEDRALIS ECCLESIÆ NULLIUS CANOSÆ, ut veris &c.* Nobis etiam tacentibus, cuique notum, perſpectumque eſt, hanc reſcribendi formulam, nonniſi pro *Cathedralibus* adhiberi; adhibitamque fuiſſe pro *Canuſina*, nullatenus titulo *Nullius* obtiſtente. Nec aliter *S. C. Triden.* interpres tractare conſuevit noſtram *Eccleſiam*, quam titulo *Cathedralis*; quod ut oſtendamus, cæteris prætermiſſis, ſatis erit epiſtolam referre, quam dedit *ſacra Congregotio die 12. menſis Maji* 1753., quæ in noſtra *Appendice* legitur. Jure autem, meritoque *Romæ* Tribunalia Eccleſiam *Canuſinam*, utpote *Cathedralem* recognoverunt, non obſtante, quod titulum habet *Nullius*, cum ſane *titulus* nihil aliud præſeferat, niſi *immediatam Sedi Apoſtolicæ ſubjectionem*. Hæc autem vel conceditur *Prælatis ſeparatum habentibus Territorium*, & hi immunes ab illa *Ordinarii*, ſubſunt juriſdictioni *Apoſtolicæ Sedis*, & dicuntur *juriſdictionem* habere *quaſi Epiſcopalem*, cum *Territorio ſeparato Nullius Diœceſis* neque iſti, *inferiores Prælati* ſunt, ut defendere conatur Canoniſta *Ciarlinus* ajens: *Prælatus enim habens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non dicitur de Prælatis Epiſcopo inferioribus:*

Decretum S. C. in appendice.

Ciarlinus Contr. lib. 1. cap. 67. n. 15.

Digitized by Google

vel de antiqua *Cathedrali Eccleſia* agitur, ſub *immediata Pontificis juriſdictione* erecta, antequam *Metropolitani* introducerentur, vel de *Eccleſia in Metropolitanam* elata, & has omnes quemadmodum *Nativa* frui debere *Libertate* nemo inficiabitur, ita *Canuſina Eccleſia* eadem frui omnino debet, *Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta*; ſuuſque *Præpoſitus* nullum habens *Metropolitanum*, aſſumere potuit titulum *Nullius*, quin præjudicium ullum inferret *Cathedralitati Eccleſiæ* ſuæ in *Epiſcopis*, & deinde *Archiepiſcopis natæ liberæ*, & talis poſtmodum ſub *Præpoſitis* Adminiſtratoribus conſervatæ, *donec Archiepiſcopus reſtituatur*.

30. Cum autem *Petitorium* evidens per ſe ſit, in judicium ab *Epiſcopis* contendentibus adductum fuit tantummodo *Poſſeſſorium*, ſuper quo *Epiſcopus Minerbinenſis Monitorium* a Tribunali *A.C.* expediri curavit. Ex quo factum eſt, ut quiſque inclytæ *Apuliæ* Provinciæ curioſus evaſerit cognoſcendi quoſnam juriſdictionis actus in *Canuſina Eccleſia* exercuerit *Epiſcopus Minerbinens* cum lippis & tonſoribus manifeſtum ſit, *Epiſcopalem univerſæ Diœceſis Canuſinæ juriſdictionem* ab immemorabili, privative quoad alios, *Præpoſitum* habuiſſe. Introducta tandem lite, juriſdictionem hujuſmodi *Epiſcopus Minerbini* non exercuiſſe probavit in *viſitanda Diœceſi Canuſina*, non in *Canuſino Capitulo* ad ſuam *Synodum* convocando, non in *cauſis Matrimonialibus*; vel *Criminalibus* cognoſcendis, non in *Vicariis curatis*, vel *Confeſſariis*, aut *Concionatoribus* approbandis, non in *cenſuris* fulminandis, ſive *Pontificalibus* in *Canuſina Eccleſia* exercendis, non in conferendo Sacramento *Confirmationis*, aut *Capitulo Canuſino*, ut a ſe *Sacrum Chriſma* reciperet, obligando, aut alia in re, quam prætendunt, aut ſpectare ſibi authumant *Viciniores Epiſcopi*, quoad *inferiores Prælatos*; ſed in *nonnullis* tantummodo *Clericis Canuſinis ad ſacros Ordines recenter a ſe promotis*, quorum *Catalogum* in actis exhibuit præfatus Epiſcopus *Minerbinenſis*. Ex quo factum fuit, ut omnes certatim *Apuliæ Epiſcopi* ſuum promerent horum *Clericorum* ab ſe *ordinatorum Catalogum*, quorum magnum apud ſe ſervant numerum, præcipue vero *Lavellenſis Antiſtes*, & *Archiepiſcopus Tranenſis*, & *Nazarenus*, tamquam *Cannen. Epiſcopus*, cum quibus lis conteſtata fuit *ann. 1737.*, donec hæc devoluta fuit ad *S. Congreg. Concilii*, in quo ſupremo *Tribunali* nemo amplius comparuit. Interea, *Præpoſitus* cum ſit in poſſeſſione, quæ ex dictis reſultat, & clare ab eiſdem probatur adverſariis, pergit dirigere cum propriæ *Curiæ Dimiſſoriis* ſuos ſubditos Ordinandos certo Epiſcopo.

Decret. Eminentiſſimi pro Audit. Sanctiſſimi die 10. Martii 1739.

31. Æquivocum vero, quod huic controverſiæ anſam ſuppeditavit, inde ſuam duxit originem: quandoquidem *Præpoſitus* ſuas ad certum *Epiſcopum* direxit *Dimiſſorias*, relicta conſueta formula, ad *quemcumque Catholicum Antiſtitem*. Id autem nihil prorſus læſit, vel minimum irrogavit præjudicium *omnimodæ Præpoſiti libertati*, qua nimirum poſtea uti poſſit, nunc uni, nunc alteri ſuas inſcribere *Dimiſſorias*, cum actus hic ſit mere *facultativus*, penituſque pendeat a *Præpoſiti* voluntate. Ipſe enim cum *Epiſcopi Canuſini*, cui ſucceſſit, perſonam referat, & munia gerat, conſequens eſt, ut *Dimiſſorias* dare poſſit eadem prorſus ratione, & modo, quo illas concedunt, & tribuunt omnes *Regni Neapolitani Epiſcopi*, & *Archiepiſcopi*, qui tenentur *Dimiſſorias* eorum ſubditis elargiri *directas ad certum Epiſcopum* eorum arbitrio eligendum, juxta expreſſum mandatum *Gregorio XV.*; qui cum peculiarem deputaſſet *Congregationem*, ut quoſdam reformaret, evelleretque abuſus ab *Epiſcopis Regni Neapolitani* in concedendis *Dimiſſoriis* introductos, ſervatoſ-

que

que, in decreto idcirco ab eadem *Congregatione* emiſſo die 22. *Jun.* 1623. hæc lex ſancita fuit: *Sacra Congregatio Cardinalium negotiis juriſdictionalibus Regni Neapol. præpoſita, juſtis, gravibuſque adducta cauſis, ac de SS. D. N. Greg. XV. ſpeciali ordine. Expreſſe præcipit, & mandat &c. Dictæ autem literæ dimiſſoriæ, uni tantum, & certo Ordinario ad electionem concedentis in poſterum dirigantur: & pluribus directæ sint nullæ. Prædictaque vult inviolabiliter obſervari, donec aliter fuerit ordinatum &c.* Si igitur *Præpoſitus Canuſinus* ſuas ad *certum Episcopum* Dimiſſorias direxit, id certe præſtitit, ut obtemperaret, non ſecus ac tenebatur, *generali decreto*, quod pro *omnibus* indiſcriminatim *Regni Epiſcopis* militat; quo quidem decreto minime *libertas* concedentibus *dimiſſorias* ablata fuit, ſed ipſis integrum, & liberum omnino relictum fuit, ut quemcumque vellent *Episcopum* eligerent, cui *dimiſſorias* inſcriberent.

Nicolius Canonic. l. 1. tit. 11. de temp. Ordin. n. 34. & 35. par. 2. p. 31.

32. Porro ea, quæ præfati ſumus, abunde etiam comprobat, & confirmat uſus *Prælatorum Regularium*, qui etiam ſi facultatem habeant *concedendi Dimiſſorias* pro ſuis ſubditis in proprio Ordine profeſſis; nihilominus, ipſi tenentur prius dirigere illas *Episcopo*, in cujus *Diœceſi* ad ordines promovendi degunt *Monaſterii* locales, ut ex Bulla *Benedicti XIV.* luculentius apparet. Nec certe ex hac ſapientiſſima tanti Pontificis *Conſtitutione* ullus ſanæ mentis inferre quiverit, quod vi ejuſdem, privilegium *dimiſſorias* concedendi *Regularibus* auferatur ex eo, quia iidem adigantur ad *certum Episcopum* ſuas dirigere dimiſſorias. Nihil enim refert, nec ullatenus privilegio officit, ſi ad certum, aut ad quemcumque *Catholicum Antiſtitem* eædem inſcribantur, dummodo natura, & eſſentia *Dimiſſoriarum* non lædatur. Satis enim conſtat, quod *Dimiſſoriæ* (quæ omnino a plenitudine *juriſdictionis* in ſubditos pendent) nihil aliud contineant, nihilque ſint revera ex ſui natura; quam *plenum Judicium ab Antiſtite latum*, quo *Clericus* promovendus, ex requiſitis a *ſacris Canonibus* ſibi exhibitis & approbatis, pronuntiatur, quod revera ſit capax, idoneus, & dignus ad ordines ſuſcipiendos. Unde apparet, quod *Epiſcopus* ordinans, nonniſi *miniſterialiter* tantum, ut ita loquamur, *Ordines* illi conferat, cum revera nihil aliud faciat; quam executioni demandare judicium latum a *proprio Ordinandi Antiſtite*, qui ex defectu characteris *Epiſcopalis*, nequeat ordinare.

Bullar. Bened. XIV. Conſtit. 27. tom. 2. p. 179.

33. Demum luce clarius conſtat, ſuprad. Concilii decretum de non concedendis *Dimiſſoriis* a Prælatis inferioribus, nullatenus Præpoſito Canuſino officere: cum eo quippe SS. illi Patres nihil aliud ſpectarunt, quam infringere ſuperbiam, & reprimere temeritatem quarumdam *Cathedralium Dignitatum*, quæ jus ſibi arrogabant, impertiendi Clericis *Dimiſſorias* in præjudicium propriorum *Epiſcoporum*; ſimulque illud præoculis inſuper habuerunt, ut coercerent quoſdam *Prælatos*, qui ſe a *proprii Epiſcopi* obedientia ſeſe ſubduxerant, atque ab ejus Diœceſi partem Territorii avulſerant, quod *TERRITORIUM* idcirco vocatur *SEPARATUM*. Quoties vero minime conſtaret a quanam *Diœceſi* ablatum, divulſumque fuiſſet territorium, tunc præſumitur, quod a *Viciniori*s Diœceſi diſmembratum eſſet, ideoque eidem *Viciniori* reſtituitur *a Sacra Congregatione Concilii* facultas *Dimiſſorias* concedendi. Unde de *Prælatorum inferiorum dimiſſoriis* loquens Eminentiſſimus *Petra* ita ſcripſit: *Non conſtito de vera qualitate Nullius, hoc jus* (concedendi dimiſſorias) *ſpectat ad Epiſcopum Diœceſis, in qua ſunt exiſtentes hujuſmodi Prælati; Conſtito autem de dicta vera qualitate Nullius. ſpectat ad Epiſcopum Viciniorem, dicta vicinitate ab Eccleſia exempta ad Cathedralem, ex ea ratione, quod ÆQUUM SIT, UT ID*

Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 10.

Card. Petra ad Conſtit. Apoſtol. 4. Calliſti III. ſec. 2. n. 70. tom. 5. pag. 118.

HABEAT VICINIOR A CUJUS DIŒCESI CENSERI DEBET DISMEMBRATUM, ET SEPARATUM TERRITORIUM ILLUD EXEMPTUM, prout eadem æquitate Concilium voluit VISITARI A VICINIORI EPISCOPO Eccleſias Nullius Diœceſis. cap. 9. ſeſſ. 24. de reformatione &c.

34. Sane æquitas a *Tridentinis* Patribus adhibita, juſtitiæ fuit omnino adnexa, & copulata, juxta Sapientis monitum: *Servans ſemitas Juſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiens. Tunc intelliges juſtitiam, & judicium, & æquitatem*: Ea propter quemadmodum quadam *æquitatis* lege tribuerunt *Viciniori* facultatem ordinandi clericos in *Territorio avulſo*, & a *propria Diœceſi ſeparato*: ita pariter *juſtitiæ* tenaciſſimi, ac ſervantiſſimi mandarunt, ut Epiſcopi ſuper *Clericos alienæ Diœceſis manus imponere non auderent*. Ex quibus omnibus quilibet, etiamſi communi ſenſu non admodum præditus ſit, concludere debet, quod abſurdiſſimum, & inaniſſimum *Vicinioris* prætenſum jus, repugnet ex diametro allatæ ſapientiſſimæ *Tridentinorum* Patrum Conſtitutioni, cum *Diœceſis Canuſina nunquam vel in Diœceſi, vel de Diœceſi alterius Epiſcopi fuerit*. Quinimmo ſacrum *Concil.* præſervavit *juriſdictionem Capitulis Sede vacante*, permiſitque, ut poſt annum luctus elargiri poſſint *Dimiſſorias*; quandoquidem, ut communis fert *Canoniſtarum* ſententia, non *Ordinis*, ſed a *juriſdictionis* poteſtate repetenda eſt *Dimiſſoriarum* concedendarum jus, & facultas. Quamobrem etſi *Canuſinus Præpoſitus*, ut *Capitularis* Vicarius tantummodo habendus eſſet, nihilominus attenta diſciplina præſenti, & *lite* cum *Barenſi Eccleſia*, quæ adhuc pendet *indeciſa*, privilegio a ſacro *Concilio Tridentino Capitularibus Vicariis* temporaneis præſervato concedendi *Dimiſſorias*, frui deberet.

Proverb. 2. 8. 9.

Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 16.

Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 10.

35. Præter quam quod æquitati id maxime conſentaneum eſt: In *immobili* enim *Canuſini* ſemper, quemadmodum de præſenti, fuerunt *poſſeſſione*, ut *Præpoſito conſtare fecerint de ſuorum Ordinandorum filiorum requiſitis*, quæ non tam *vitam*, *mores*, & literas, ſed & *Beneficii titulum*, & *Patrimonium* reſpiciunt, quibus Clerici *Dimiſſoriis* impetratis literis, omnia quæ per *Concilium Tridentinum*, & *Concordata* exiguntur *requiſita* continentibus, ad *Epiſcopum* ſe contulerunt, a quo benigne excepti, & ad *ſacros Ordines* promoti ſunt, quod in dubium revocari non poteſt. Quocirca nemo unus percipere poterit, qua *juſtitia*, qua *æquitate* poſſet *Canuſinus Populus nova impoſitione* gravari; dum enim *Præpoſito* facultas limitatur *Teſtimoniales* tantummodo dandi literas, quæ de *Ordinandorum vita*, & *moribus fidem faciant*, * per *Sacr. Congregat. Trident. Concil. inferioribus Prælatis* conceſſa, coguntur *juvenes*, maximo ſane *diſpendio*, longinquas regiones petere, & in cauponis, & tabernis, non ſine periculo diverſari, quouſque debita de *Beneficii* titulo, aut *Patrimonio* faciant experimenta; *Patres* item *familias* non parvam *pecuniæ* ſummam numerare tenentur pro *acceſſu*, quem facere *Vicinior* contendit, ut *prædia* inviſat, utque *Peritos*, & *Teſtes* ad *Curiam* ſuam accedere faciat.

* Navarr. conſ. 27. lib. 2. n. 2. Hallier. de ſacr. Ord. part. 2. ſect. 5. n. 3. §. 11. tom. 2. pagin. 419. Ventriglia praxi de dimiſſor. Annot. 23. §. 1. n. 28. t. 1. pagin. 178. Manent. de Juriſdiction. par. 6. c. 5. n. 13. Cardin. Petra ad Conſtit. Apoſtol. Callixti III. ſect. 3. n. 19. tom. 5. p. 152.

36. Gravamina iſtiuſmodi, quibus *Vicini Epiſcopi* onerare affectant *Canuſinos* ita diſſona *canonicæ æquitati* ſunt, ut e contra experientia nos doceat, *ſummos* ſæpe ſæpius *Pontifices*, naturales *Epiſcoporum* ſubditos ab adeo injuſtis *oneribus* liberaſſe, prout admonet doctiſſimus *Cujacius* ajens: *Improbatur (exemptio) ſane vehementer paſſim ab omnibus Epiſcopis, quorum intereſt: ſed frement quantumlibet, id privilegium jure Pontificio receptum eſt, quamvis eo* con-

Cujacius in lib. 2. Decret. tit. 26. ad cap. 12. edit. Neap. t. 6. col. 910.

conceſſo rem ſuam augeat Romanus Pontifex , & minuat cæterorum Epiſcoporum . Sunt ordines , & monaſteria innumera hodie , quæ eo privilegio fruuntur , ratione ducta ex Can. *Luminoſo* 18. *q.* 2. *& ex iniquitate plerumque , oppreſſione , & injuria Epiſcoporum , & quandoque conventione habita cum Epiſcopo Diœceſano , & remuneratione interveniente &c.*

37. Verum ſepoſita *temporali jactura* , multo pluris æſtimant , ut revera debent, *Canuſini ſpirituale* eorum *diſpendium* , quod nulla poſſunt temporalia lucra rependere . Proinde recte conſiderant , & inferunt , quod *Præpoſitus* , qui jure repræſentationis eſt *verus* eorum *Paſtor* , ſi facultate concedendi literas *Dimiſſoriales* privaretur, ex eo neceſſario conſequeretur, ut perderet etiam omnia alia , quæ *Concil. Viciniori* tribuit ; unde non amplius in poſterum reputaretur , tanquam Paſtor honoribus , & oneribus Epiſcopi Canuſini ſuffectus : Eccleſiaque idcirco ſuum amitteret *Paſtorem* , quo orbatæ reputantur a *Canoniſtis Eccleſiæ Nullius Diœceſis* nuncupat . Maxime quidem agitatur controverſia utrum Sacerdotes in Terris *Nullius* ſacrum facientes, *Prælatum* loci in *Canone* nominare debeant , *Deumque* pro eo exorare . Doctiſſimus *Gavantus* negativæ ſententiæ adhæſit, dum ait : *Neque nominandus eſt Abbas exemptus loci , ſed Epiſcopus vicinior , ad quem pro ordinatione itur , neque enim Abbas eſt Antiſtes , de quo in* Canone : Hæc tamen ſententia , utpote erronea reprobatur a P. *Merati* his verbis : *Doctores ſequentes hanc ſententiam docent , quod in dicto caſu , omitti debent illa verba* : Et Antiſtite noſtro : *eo modo , quo quando locus aliquis caret Epiſcopo , qui ſit defunctus , non nominatur vicinior Epiſcopus , Eccleſia autem , quæ Nullius Diœceſis eſt , caret Epiſcopo , unde videtur comparanda cum ea , in qua Epiſcopus eſt defunctus , & ſic debent omitti illa verba in* Canone : *& Antiſtite noſtro* : Sed bona tantorum virorum venia opinio hæc Prælatos *Nullius Diœceſis* abducit alienatque a *Sacro* faciendo , & applicare pro proprio *Grege* , uti *jure divino* tenentur *Paſtores* , dum vident ſubditos pro ſuis Paſtoribus preces fundere non tenere ; cum par ſit utrobique ratio inter Prælatum , & ſubditos , & una eademque ſit utriuſque communis & mutua obligatio , juxta Monitum Jacobi in ſua Catholic. *ORATE PRO INVICEM , UT SALVEMINI.*

Merati ad Gavant. in Rubrica Miſſali part. 2. tit. 8. n. 5. pag. 220.

5. Jacobi 16.

38. Alia exinde controverſia exurgit , nimirum, num revera *Eccleſia Nullius* caput habeat , an corpus tantum ſit *capite* veluti deſtitutum , aut *duobus* in ſolidum inſtructa *capitibus* ; quod quaſi monſtruoſum in Eccleſia permitti non debeat , docet *Hoſtienſis* : varia adducit *Joſeph* de *Proſperis*, ut id a deformitate purgaret . Verum quæſtionem hanc tetigit , & ſubſcriptis verbis conciliare adnititur Fagnanus : *Etſi inferiores Prælati non ſint proprie SPONSI Eccleſiæ , nec cum eis proprie ſit matrimonium ſpirituale , ſed cum Epiſcopo , nam ut tetigi ſupra num. 8. & docet S. Thomas in 4. diſtin. 20. art. 4. quæſt. 1. & diſtinct. 24. quæſt. 3. art. 3. tamen & IPSI QUODAMMODO SPONSI appellantur cap. Sicut in unaquaque 21. quæſt. 2. ſecundum Gloſſam &c.* Fatendum eſt, nec ſine lacrymis, ac gemitibus, quod tot importunæ DD. quæſtiones, ac dubietates *Prælatos a Paſtorali ſollicitudine* abalienaverint adeo , ut *Populi inculti* prorſus remaneant, uti bene advertit *Cardinalis de Luca* ,, Inſegna la
,, Prattica , che in sì fatti luoghi (*Nullius Diœceſis*) la diſciplina Eccleſiaſtica
,, ſi ſtimi rilaſſata , e che però dal volgo nell' *Italia* per explicare la RILAS-
,, SAZIONE DI QUALCHE LUOGO. ſi dica TERRA D'ABBATE. On-
,, de ſopra ciò ſarebbe forſe opportuna qualche proviſione ; Rimettendoſi però
,, ſempre al più ſano giudizio de Superiori, a' quali ciò ſpetta,, Et ſane *Viſitatio*

Hoſtien. in Cap. Cum Contingat n. 1. de foro competen. de Proſperis de Territ. ſeparat. q. 1. n. 29. pag. 23.

Fagnan. cap. Quia propter de electione n. 32.

Cardin. de Luca il Veſcovo prat. tico cap. 35. n. 5. p. 567.

Vi-

Digitized by Google

Vicinioris nihil, vel minimum illis prodeſſe ſolet; hunc enim tamquam non proprium *Paſtorem* agnoſcunt *Exempti*, proinde nihil ab illo *Grege* reveritur, multoque minus ejus mandata, ordineſque ſervantur.

39. Hæc, & alia graviſſima mala haud diſſimilia ab illis a S. Marco de-
Marci 6. 34. ſcriptis: *Vidit turbam multam Jeſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant, ſicut oves non habentes paſtorem*: *Canuſinis* omni proculdubio evenirent, ſi (quod *Deus* avertat) *Præpoſitus* a *Paſtoris onere* liberaretur, quod uſque ad hodiernam diem ſuſtinet. Nam cum ab immemorabili ille exercuit pleniſſimam *juriſdictionalem animarum Curam*, & *eam* penitus, *quam habuerunt Epiſcopi Canuſini*, & cum hæc eadem juriſdictio in Bulla proviſionis Præpoſituræ citetur, aſſeratur, & nominetur, & præſertim in ultimæ ſub datum *Romæ V. Kal. Julii* 1752. ibi: „PRÆPOSITURA (Canuſii) ET AD ILLAM
Bulla proviſionis Præpoſituræ ſub die 27. Junii 1752. „CONSUEVIT QUIQUE PER ELECTIONEM ASSUMI, EIQUE CU„RA ETIAM JURISDICTIONALIS IMMINERET ANIMARUM„: quibus expreſſionibus, antiqua animarum juriſdictio confirmatur: merito hinc *Canuſini* inferunt, & certiſſime tenent, quod eorum *Præpoſitus* omnino accenſeri debeat illis, de quibus *Apoſtolus* loquitur, cum ait: *Mementote*
Ad Hebreos c. 13. ṽ. 17. *Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt Verbum Dei*: 17.: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro Animabus veſtris reddituri*.

40. Quis igitur eſt, niſi plane cœcutiat, qui non videat, tum juſtitiam, tum æquitatem omnino poſtulare, vel flagitare potius, ut *Præpoſitura Canuſina* in ſuo omnimodæ *libertatis* ſtatu tot rationibus communito, tot auctoritatibus vallato, tot juſtiſſimis titulis conſtabilito, tot ſæculis firmato relin-
Supra cap. XI. pag. 156. & ſeq. qui? Cum præſertim ea ſit *liberæ collationis Pontificiæ*, congrua Epiſcopi ſubſtentatione dotata, a tot *Summis Pontificibus* decoribus, & privilegiis exornata, *Regia* glorioſiſſimorum, ac piiſſimorum *Neapolis Regum* protectione decorata, ab omnibus hominum Ordinibus, tanquam *Epiſcopatus*, quoad *juriſdictionem*, ſemper reputata, a *doctis literatiſque viris* tamquam prætioſiſſimum *venerandæ antiquitatis* monumentum celebrata, a *Canuſinis* demum tanquam fidiſſima pervetuſtæ, & celeberrimæ eorum *Cathedralis*, tot *Eccleſiarum* fœcundiſſimæ *matris*, immortalis gloriæ cuſtos habita, & reverita. Fateamur itaque oportet, idemqne ſentire, & confiteri omnes debent, qui nullo partium ſtudio abrepti in tranſverſum ſe ferri ſinunt, quod in eodem ſtatu permanere, & præſervare debeat, donec *Sancta Apoſtolica Sedes* finem imponat controverſiæ, a tot ſeculis agitatæ cum *Archiepiſcopo Barcn.* ſuper reſtitutione, conſpicui *Archiepiſcopi Canuſini* tituli, quem indebite adhuc ille retinet. Eapropter peculiari *D.O.M.* beneficio merito tribuunt, & adſcribunt *Canuſini*, quod per tot ſecula, iter tot lites, tot rerum converſiones, viceſque illibata ſemper, & intacta permanſerit *Canuſinæ Eccleſiæ nativa Libertas*, adeo ut, vel unum proferri nequeat exemplum, vel monumentum, quod ab alio *non legitimo Paſtore* in ſervitatem redacta ſit, & ſubjugata. Jure proinde, meritoque repetunt *Canuſini*, id quod de *Chriſto Domino* ſcripſit
Ad Epheſ. cap. 5. 27. *Mundi Apoſtolus*: *Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit SANCTA, & IMMACULATA*.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XV. ET ULTIMUM.

Inſtantiæ ab Archiepiſcopo Nazareno porrectæ, ut ſuæ Eccleſiæ uniatur Canuſina.

1. NEminem profecto ignorare arbitramur, quod *Unio* duarum Eccleſia-
rum in uno Paſtore, ex ſua natura inviſa, aliena, contraria ſit ſacris
ſanctionibus, ac proinde ab eiſdem ſemper abominata, & plurimum dete-
ſtata. Sexcentis prope in locis hoc declaravit *S. R. R.*, cujus plures hac in
re deciſiones, cum collegiſset Canoniſta *Torricellus* hanc ſtatuit concluſionem: *Turricell.*
Unio eſt odiosa, & juri communi repugnans: nam jus commune desiderat, *de Benefic.*
quamlibet Ecclesiam suum habere Rectorem. Quod ſi per unionem una *unione cap. 2.*
Eccleſia alteri reddatur ſubdita, & veluti Ancilla, hoc in caſu *Populus* læſæ *n. 4. pag. 4.*
Eccleſiæ tali *Unioni* merito ſe opponere poteſt, uti *Rigantius* inquit: *Cum* *Rigant.*
reſpiciat favorem publicum; intereſt enim, ne una Ecclesia fiat alterius an- *in Reg. Can-*
cilla, & cultus Divinus minuatur, ut his, aliiſque rationibus perpenſis, tra- *cell. 22. n. 4.*
dunt *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt. 1. num. 3. Kochier ibidem ſub num. 25.* *tom. 2. pag.*
Certiſſima hæc, & irrefragabilis regula omnibus in locis viget, ſed magis *312.*
vigere, & locum habere debet in Civitate *Canuſina*, in qua recens eſt me-
moria a majoribus tranſmiſſa & accepta, injuriarum, & gravaminum ob
prætenſam *Unionem Canuſinæ* cum *Baren. Eccleſia*, latorum. Quæ certe amplius
adaugentur ob tot doctiſſimorum exterorum *Scriptorum* declamationes, qui *Damadenus*
cum *Apuliam* nec a limine ſalutaverint, ſentiunt, & ſcribunt, *Canusium* omni- *ſupra cap. 1.*
no quaſi ſolo æquatum eſſe, nec niſi nomen tam populoſæ, tam antiquæ, *§. 2. & 3.*
tam illuſtris *Civitatis* hodie exiſtere, proindeque omnem priſtinum *Canuſi-* *pag. 8.*
næ Eccleſiæ decorem ad *Baren.* translatum eſſe, & ipſa etiam *SS. ſuorum*
Epiſcoporum corpora illuc fuiſſe tranſvecta aſſerunt, nullo certe fundamento,
immo contra firmiſſimam, & coſtantiſſimam, & nullo umquam tempore
interruptam famam & traditionem, nimirum quod prætioſiſſimum *S. Sabi-*
ni pignus Canuſii exiſtat, quæ hodie magis, quam alias viget, & frequentiori
Populi comprobatur concurſu: potiſſimum in duabus maximis Feſtivitatibus
die *9. Febr.* obdormitionis *S. Sabini* juxta *Martyrolog. Rom.*, & die *prima*
Auguſti Translationis Corporis ejusdem *Sancti* a veteri ad ſubrogatam Ca- *Supr. c. 6.*
thedralem, quotannis celebrantur. *pag. 99.*

2. Sed ad rem, quam enarraturi ſumus, propius accedamus. Dum *an.* 1755.
ſolemni pompa alterum ex predictis feſtis perageretur *9. Feb.*, inter quam-
plurimos, qui eapropter *Canuſium* venerunt, aliquot *Eccleſiæ Nazarenæ* fa-
mulatui addicti adfuerunt; rumor ab his in Populum diffuſus fuit, *Canuſinam,*
ſuæ Eccleſiæ, fuiſſe unitam, tantamque lætitiam præſeferebant, ut ii ada-
muſſim viderentur: *Qui lætantur in meſſe: ſicut exultant victores capta* *Iſaias c. 9*
præda, quando dividunt ſpolia. Vox hæc ſtatim, uti aſſolet, in tota qua late
patet, pervagata Civitate, *Canuſinos* omnes timore complevit, vultuſ-
que omnium pallore ſuffudit: nec mora in uberrimis profuſi lacrymis, jam
jam videre videbantur *Unionem* executioni mandatam; propterea *Jeremiæ*
Threnos cum ſuis poſteris perpetuo cantare in animum induxerant: *Quomo-*
do ſedet ſola Civitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium:
Prin-

Digitized by Google

Princeps Provinciarum facta eſt ſub tributo. Interea ut populares ſedarent motus *Dignitates*, & *Canonici* inſignis Capituli *Canuſini* opportunum duxerunt, conficere *Procuræ mandatum*, quod exaratum fuit die 15. *Feb.* ejuſdem *anni*; adeoque *Romæ* conſtituerunt Procuratorem, qui *Summum Pontificem* ſupplex exoraret, ut priuſquam *Unionem* decerneret, benigne audire, & perpendere dignaretur jura, & rationum momenta, quæ *Eccleſiæ* competunt *Canuſinæ*. Dum hæc agebantur clamores noſtrorum *Civium* ad Clementiſſimi *REGIS* noſtri aures pervenerunt; qui maxima qua pollet æquitate, & juſtitia, actuſque ſingulari, qua præcipue dignatur *Canuſinam Eccleſiam* tueri, vigilantia, hoc mandavit expediri Diploma.

In noſtra Appendice.

3. „ Avendo il Re ordinato al ſuo Miniſtro in Roma di paſſar colà i „ dovuti uffici per fare ſeguire l' unione di codeſta Chieſa a quella di „ Nazaret, vuole ora la M. S., che V. S. faccia ſentire al Propoſto di „ coſtì, eſſer del ſuo Real piacere l'unione ſudetta, e che perciò non dia „ egli, nè faccia dare dal ſuo Capitolo paſſi contrarj per impedirla, potendo bensì eſſo Propoſto, qualora v' incontri riparo, rappreſentarlo „ a S. M., per di cui comando prevengo ciò a V. S., perchè così eſegua. „ Napoli 1. Marzo 1755. = Il Marcheſe Brancone = Signor Governatore di „ Canoſa „ Vulgato diplomate Canuſinorum lacrymæ abſterſæ ſunt. Firmiſſima quippe ſpe ſubſtentantur, fore nimirum *Unionem* non aliter eſſe ſecuturam, quam cum magno ſuæ *Eccleſiæ* emolumento; eo vel magis quodglorioſiſſimus *Rex* noſter, qui omnium ſuorum Sereniſſimorum *Anteceſſorum* laudes, & virtutes longe ſuperavit, peropportunam hanc nactus occaſionem, *Eccleſiæ Canuſinæ*, quam illi tantopere exornarunt, auxerunt, ditarunt, & propugnarunt, *jura* vindicabit, atque in priſtinum honoris dignitatiſque gradum omni proculdubio reſtituet. Hiſce ita ſe habentibus confeſtim brevem admodum confeci Relationem iis ſolum notitiis, quæ, & locus, & temporis anguſtiæ ad me comparandum datæ, mihi ſuppeditare valuere. Statim hæc delata fuit, & humillime porrecta a *Deputatis Capituli Canuſini* ad Thronum Suæ Regiæ Majeſtatis labente menſe *Martio ejuſd anni*. Immo cum ad eamdem M.S. recurriſſet *Archiepiſcopus Baren*, ut prætenſa ſua jura experiretur, aliam exarare debui *Relationem*, ut mandatis acceptis obtemperarem die 13. *Jul.* 1755.

4. Poſt hæc Canuſium pervenerunt exempla ſupplicis libelli Archiepiſcopi Nazareni ad Sanctiſſimum PP. BENEDICTUM XIV. porrecti, una cum Decreto ſub *die* 25. *Februarii* 1755. a Sanctiſſimo emanato, itemque alia exempla volitarunt ſupplicum *libellorum Archiepiſcoporum Traneu. Baren.*, & *Epiſcopi Minerbini*, ſuper quibus varii fuerunt, & ſunt hodieque *ſermones Canuſinorum*, qui, uti fit, pro uniuſcujuſque captu de iiſdem pronuntiant, & ſuam ferunt ſententiam. Hujuſcemodi ſermones hic ſummatim narrare non abs re judico, ex eo quia, etiamſi *voces* ſint *populares*, nihilominus aliquam merentur conſiderationem a *Superioribus*, præſertim cum ad *Unionem* perficiendam devenire debeant, non ſecus ac optime obſervat *Rigantius* de ſimplicium *Parochialium unionibus* loquens, „ Nec itidem vocanda eſt *Plebs Eccleſiæ* „ *Parochialis*, quæ *unitur*, quia non præſumitur allegatura id, quod ſibi „ *utilius*, & convenientius ſit, & ſæpe contra propria *commoda* laborat; ſi „ tamen de facto *Unioni* ſe opponat, & juſtam aliquam alleget cauſam, ob „ quam ad *Unionem* deveniri non expediat, audienda eſt, quia *ſua intereſt* „ *bonum* habere *Paſtorem*, ut fuit ſenſus Sacræ Congregationis Concilii &c.

Rigant. in Reg. 22. Cancell. n. 5 c.61.tom.2. pag. 316.

§. I.

§. I.

Referuntur Canuſinorum ſententiæ & ſermones ſuper inſtantia Archiepiſcopi Nazareni.

5. SUpplicis *Archiepiſcopi Nazareni* libelli, qui in noſtra *Appendice* datur, hæc ſumma eſt. Pontificem exorabat, ut ſibi jus eſſet *dimittere Eccleſiam Montis Viridis*, quam cum *Cannarum* Eccleſia unitam retinet, itemque ut mandaret loco *Montisviridenſis* Eccleſiæ *uniri Cannarum Epiſcopatui Canuſinam Præpoſituram*, nulla prorſus hujus qualitatis facta expreſſione, niſi quod propinqua eſſet: *Omnibus* (ipſiſſima ejus verba ſunt) *his ſolus Tu Pater Beatiſſime potes occurrere, ſi Monviridenſem Eccleſiam a Nazarena divellens Lacedonenſi adnecteres, Nazarenæ vero PROXIMAM adjungendo CANUSINAM PRÆPOSITURAM Nullius, jacturam reparares. Itaque fieret, ut & NAZARENO ARCHIEPISCOPO, ET OMNIUM SIMUL JURIBUS, & COMMODIS per quam apte proſpiceretur &c.*

In Append.

6. Vix igitur *Canuſini* hujuſmodi ſupplicem libellum legerunt non ſolum *doctiores*, ſed omnes, qui latinam linguam intelligebant maximopere mirati, & commoti ſunt, quinam fieri poterat, ut *Uniones* Paſtoralium *Eccleſiarum* permitterentur eo tantum fine, ut ſolummodo *Perſonarum*, non vero *Eccleſiarum* commoda adaugerentur. Neminem equidem, niſi plane hoſpes, & peregrinus ſit in jure *Canonico*, fugit, quod ſacri *Canones* duas dumtaxat aſſignant cauſas, ob quas *Uniones* effici poſſunt UTILITAS nempe, & NECESSITAS. Porro nulli dubium, quin, ita ferente humana imbecillitate ſæpius contingat, quod *Uniones* expetantur ob *privatum* ſolum *commodum*, & utilitatem, proinde advertit *Rigantius*: *Cumque Utilitas, vel Neceſſitas conſideretur principaliter reſpectu fructuum, ideo ne Uniones inconſiderate expleantur, mandatur in prima parte Regulæ, quod verus valor tam Beneficiis uniendi, quam illius, cui uniri petitur, exprimatur.* Verum idem ſub *n.* 80. praxim adducit, qua nimirum in unionibus Eccleſiarum ſive *Cathedralium*, ſive *Parochialium* ſolum attenditur, & inſpicienda eſt *Eccleſiarum*, non vero *Perſonarum*, *evidens Utilitas*, aut *urgens Neceſſitas*.

Cap. Exposuiſti de Præbend.

Rigant. in Reg. Cancell. 22. n. 3.

Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 8.

7. Ut autem inceptam ſermonum narrationem proſequamur: magnā iiſdem copiam ſuggeſſit id quod in memorata inſtantia ſequebatur, videlicet, quod uniendo Præpoſituram laudato Archiepiſcopatui, maxima præberetur *facultas, & commodum Archiepiſcopo ſua tuendi jura, ac privilegia*: Sed jura, & privilegia, quæ propugnare prætendit *Archiepiſcopus* nullo pacto cohærere, & convenire poſſunt cum *juribus*, & *privilegiis Eccleſiæ Canuſinæ*; adeoque præfatæ *Eccleſiæ* omnino *incompatibiles* ſunt ex ſua natura, & *Inſtitutione*. Satis enim ſuperque notum eſt, *Eccleſiam Nazarenam* non ante *XII. ſeculum* inſtitutam fundatamque fuiſſe; eo quippe tempore, quo invicti illi *Heroes*, qui *terram ſanctam* ſubegerunt, Civitatem NAZARETH, & ſacratiſſimam illam DOMUM, in qua ineffabile *Incarnationis Myſterium* divinitus operatum eſt, (& quæ *Angelorum* miniſterio *Lauretum* in Provincia *Picena* delata, ſumma totius orbis veneratione colitur) præcipuo pietatis, & devotionis affectu reſpicientes, *Epiſcopatum* ibi erexerunt CÆSAREÆ *ſuffraganeum*. Minime certe moti *Civitate*, quæ *anguſtiſſima*, & *miſerrima* erat, ſed ob

Oderic. Raynald. Annal. ad ann. 1263. §. 6.

Digitized by Google

eam rationem, quia *Unige..'us Dei filius* a regalibus cœli ſedibus in ima hæc deſcendens, eam elegerit in ſuum domicilium, & *patriam*, ut ſuæ humilitatis exemplum omnibus præberet. Hinc eſt quod in *Evangelio* narratur. *Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: quem ſcripſit Moyſes in Lege, & Prophetæ, invenimus Jeſum Filium Joſeph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?*

Joannis cap. 1. n. 45. & ſeqq.

8. De *Epiſcopo* igitur *Nazareno* hoc memoriæ proditum eſt, quod interfuerit *Concil.* habito de *an.* 1120. in Civitate *Neapolis Samariæ*, de quo hæc tradit *Baronius*: *Hoc eodem anno a Patriarcha Hieroſolymorum, & Epiſcopis ſibi ſubditis eſſe celebratum Concilium in Civitate Neapolis* (quæ eſt Samaria) *ibique pro correctione morum, & conſervanda Eccleſiaſtica diſcip'ina ſtatutos eſſe Canones vigintiquinque. Non caruit fructu publica illa correctio: ſiquidem anno ſequenti Turcarum Princeps magno apparatu contra Antiochiam rediens, pugnante Domino, apoplexia percuſſus interiit.* *Willelmus* autem *Tyrius* nomina *Prælatorum*, qui huic Synodo adfuerunt, literis poſteritatique ita conſignavit „ Interfuerunt autem huic Concilio D. *Guaremundus* Hieroſolymorum Patriarcha, D. *Balduinus* Hieroſolymorum ex Latinis *Rex* II., *Ebremarus* Cæſarienſis Archiepiſcopus, BERNARDUS NAZARENUS EPISCOPUS, *Lindenſis* Epiſcopus, Aſquitillus Bethlehemitanus Epiſcopus, *Gildonus* electus Abbas S. Mariæ de Valle Joſaphat, *Petrus* Abbas de Monte Thabor, *Achardus* Prior Montis Sion, *Gerardus* Prior Sepulchri Domini, *Paganus* Regis Cancellarius, *Euſtachius* Graniers, *Willelmus* de Buris, *Bariſanus Joppe* conſtabularius, *Balduinus* de Rames, & alii multi utriuſque ordinis, quorum numerum vel nomina non tenemus „.

Card. Baron. ad an. 1120. in fine.

Tyrius lib. 12. belli ſacri cap. 13. apud Labbei Concil. tom. 12. col. 1315.

9. Quoad vero tempus, in quo *Eccleſia Nazarena* in *Metropolitanam* fuit evecta, nihil certi habemus. Illud ſolum tuto affirmare poſſumus, quod iterum *Palæſtina* in Barbarorum poteſtatem redacta, Orientales *Prælati* in *Italiam* ſeceſſerunt; cum his venit etiam *Nazarenus*, qui *Archiepiſcopus* nominatur a Continuatuore *Willelmi Tyrii*. Hac vero occaſione ampliſſimum illud privilegium *Archiepiſcopus* obtinuit *a Clem. IV. ann.* 1265. *Viterbii* datum, elevandi nimirum præferendique *CRUCEM per Univerſum terrarum Orbem*; atque inſimul *Indulgentias* conſecutus fuit pro his omnibus, qui ipſi pro ſua *Eccleſia eleemoſynas* erogaſſet, prout patet ex ſeq. verbis „ Quod in eadem Eccleſia *Nazareth*, privilegia, dignitates, *indulgentiæ*, quæ ſecundum *Deum*, & eorundem Prædeceſſorum noſtrorum auctoritate conceſſa eſſe dignoſcantur, in ea perpetuis temporibus inviolabiliter obſerventur, videlicet quod ſit in ea de cætero indulgentia abſolutionis *pœnæ*, & *culpæ* omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad ipſam *Eccleſiam Munera ferrent*....... Eccleſia quidem *Nazareth* tam in capite, quam in membris *libera*, & exempta, & nulli, niſi *Apoſtolicæ Sedi*, aliquid conferre, nec obedire teneatur, ejuſque ARCHIEPISCOPUS valeat UTI CRUCE, & *pallio* in ſignum *plenitudinis poteſtatis* PER UNIVERSUM MUNDUM, & ſic omnibus temporibus inviolabiliter obſervetur „. Itaque *Archiepiſcopi Nazareni* pro tempore hoc privilegio gaudentes, & utentes exiſtimarunt, & firmiſſime tenuerunt eorum *Reſidentiam nulli loco addictam eſſe*, etiamſi *Eccleſias* habeant titulo *Nazareni Archiepiſcopatus* adnexas, quæ omnino *Reſidentiam* poſtulant, & requirunt. Prætendunt enim nullo modo ſtare, & ſuſtineri poſſe ampliſſimum *elevandi ubique Crucem* privilegium cum legibus *Reſidentiæ* certo in loco præſtandæ.

Tyrii Continuat. hiſt. belli ſacr. ap. Martene. et Sript. tom. 5. col. 743.

Bulla Clementis IV. apud Ughell. de Archiep. Nazaren. tom. 7. col. 772.

10. Per-

Digitized by Google

10. Pergit porro modernus *Archiepiſcopus* in ſuo ſupplici libello: *LUCTUS univerſorum Civium Baruletanæ hujus Civitatis, cui Sedes affixa eſt mea, qui de hac ECCLESIA SINGULARIBUS PRIVILEGIIS ORNATA maxime gloriantur*: Sed hæc eſt arcana nota, quæ magis magiſque prodit, *Sedem*, quam habet, *Barulo* affixam *Reſidentiam* non requirere, quotieſcumque totum circumeundi *Mundum*, prælata *Cruce*, privilegio glorietur. Præterquamquod in *Baruli* Civitate, quæ tota ſubeſt *Archiepiſcopi Tranen.* juriſdictioni, *Territorium* minime ille poſſidet; in ea quippe parvum habet domicilium, & in *una tantum Eccleſia*, cujus famulatui nonniſi 50. *perſonas* inter *Canonicos*, & alios *inſervientes* adſcribere poteſt, facultatem habet *Pontificalia* exercendi; adeo ut Cardinalis *de Luca tres Prælatorum Nullius ſpecies*, juxta communem *Canoniſtarum* ſententiam deſcribens, cum non poſſet in prima referre *Nazarenum* Archiepiſcopum, quippe qui ſacro eſt inſignitus charactere, *Quartam* adinvenit, excogitavitque *ſpeciem* his verbis: *Vi è ancora un'altra ſpecie particolare de' Prelati, li quali abbiano la giuriſdizione in alcune perſone, e in qualche parte di popolo in Dioceſi aliena, con la pienezza della giuriſdizione, anche nei Pontificali, e nella cura ſpirituale, e Parocchiale, perchè ſiano coſtituiti nell' ordine Veſcovale; come per eſempio ſono l'Arciveſcovo di NAZARETH, il quale riſiede in Barletta Dioceſi di Trani, il Veſcovo di FIESOLE in una Chieſa, con un certo recinto dentro la Città di Firenze, ed il Protettore della Santa CASA DI LORETO, e forſe altri ſimili.*

Cardinal. de Luca Il Veſcovo Prattico cap. 35. pag. 561.

11. Benedictus XIV. ut controverſiam dirimet, an *Archiepiſcopus Nazarenus Synodum* cogere poſſet, quod certe nullo modo poſſunt Epiſcopi *Titulares*, ita, pro ſuo veluti divino more, *Archiepiſcopatum* hunc deſcribit, & motam controverſiam penitus e medio tollit „ *Turcarum* armis *an.* 1190. „ occupata *Palæſtina*, & proinde Civitate *Nazareth* in captivitatem ſubacta, „ *Archiepiſcopo Nazareno* HONORARIA SEDES in Italia aſſignata eſt, „ in nobili *Apuliæ* Oppido, quod dicitur *Barulum*, Diœceſis *Tranenſis*, & „ non procul ab oppidi mœnibus Eccleſia *Beatæ Mariæ* in Metropolitanam „ erecta, cum titulo, dignitate, & jure Archiepiſcopali, *Nazareno* Præ„ ſuli commiſſa fuit. Poſt aliquod temporis intervallum, aliæ *Parochiales* „ præfato *Archiepiſcopo* ſubjectæ ſunt; & ſubinde duæ *Cathedrales*, *Cannenſis* videlicet, & *Montisviridis*, fuerunt eidem perpetuo addictæ. „ Ipſaque poſtea *Metropolitana*, temporis & bellorum injuria, ſolo *æquata*, „ in ejus locum ſuffecta eſt *Eccleſia S. Bartholomæi*, intra oppidum ſita; „ quæ omnia narrantur ab *Ughellio in Italia Sacra tom.* 7. Itaque in præſenti „ rerum ſtatu Archiepiſcopus *Nazarenus*, habito reſpectu ad Civitatem *Nazareth*, eſt mere *Titularis*; ſed, ſi locum ſpectemus, in quo reſidet, ple„ namque Epiſcopalem juriſdictionem exercet, *mere Titularis neque eſt*, *neque dici poteſt*; ac proinde, quamvis in hoc loco *Diœceſanam Synodum* co„ gere valeat, ſicuti re ipſa ſæpius coegit, non poſſumus inde inferre, lice„ re *Epiſcopo Titulari Synodum* celebrare.

Bened. XIV. de Synodo lib. 2. cap. 7. pag. 34.

12. Cum igitur Sedes, quam Archiepiſcopus *Nazarenus Barulo* affixam habet, ſit mere *Honoraria*, omnino ratio poſtularet, ut ille in SEDE quæ dicitur, NECESSARIA reſidere deberet. Porro Sedes hæc in Civitate *Cannarum* exiſtere non poteſt, quippe ſolo penitus æquata, nihil in ea remanet, præter *ruralem Parochiam*; eapropter omnino reſidere teneretur in *Civitate Montisviridis*, ubi adſunt floridum *Capitulum*, *Clerus*, & *Populus*, & quæ-

Digitized by Google

dam adjacentia, & ſubdita *Oppida*, in quibus certe omnem habet poteſtatem *Epiſcoporum* propriam; verum hæc omnia nequicquam valuerunt, ut exiſtimarent *Archiepiſcopi* ſe eapropter adſtrictos eſſe in ea reſidere, quippe qui eam reputant tamquam *Prædium Eccleſiæ Nazarenæ adnexum*. Qua de cauſa nullam quidem de ea mentionem faciunt in *Bullis*, quas in novis proviſionibus expedire ſolent; id quod ita doctus *P. Andreuccius* defendere conatur „ Quod autem facta Collatione Epiſcopatus intelligitur, etiam collata Præpoſitura, vel Officium eidem acceſſorie annexum, probatur tum ex „ jure, tum ex facto. Ex jure, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum ex cap. *Quod in dubiis de Conſecr. Eccleſ.*, *vel Altaris*, & docent „ Gloſſ. *ſ. 7. n. 6.* Barboſ. *alleg. 66: n. 39.* Garcias *12. p. c. 2. n. 21. 22.* Caſtropalaus *diſp. 6. de Benef. p. 2. ſ. 1. n. 6. Ex facto*, quia *Archiepiſcopatus* „ *Nazarenus* cum habeat ſibi annexos duos vel *Epiſcopatus*, vel Præpoſituras „ in *Regno Neapolitano*, ut videre eſt apud *Ughellium tom. 7. Ital. Sac.*, eo „ ipſo quod confertur alicui *Archiepiſcopatus Nazarenus*, cenſetur etiam „ collati illi *duo* ſive *Epiſcopatus*, ſive *Præpoſituræ &c.* „ Hæc doctrina cæteroquin ſana *Archiepiſcopum* certe eximit ab obligatione expediendi ſeparatam *Bullam* pro Eccleſia *Montisviridis*; ſed nihil penitus illi prodeſt, ut ſe liberet a debito in hac *Reſidendi*. Putat enim vulgatiſſimo axiomati, *Acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis*, innixus, quod ſicut reſidere non poteſt in *Eccleſia Nazarena*, quæ eſt *principalis*, ita reſidere non teneatur in illa *Montisviridis* quæ eſt *acceſſoria*. Non equidem inficimus, quin veriſſimum ſit illud *axioma*, ſed multas pati exceptiones ſuſtinemus, non ſecus ac declaravit *S. R. R.*: *Non omne Acceſſorium aſſumit qualitates Rei principalis, ſed tunc demum, quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere. Secus vero ſi eſt SEPARABILE A PRINCIPALI*. Quomodo proinde affirmari poteſt, quod *Eccleſia Montisviridis* neutiquam per ſe ſubſiſtat, & non ſit æque *principaliter Nazarenæ unita*? Unde omnino tenetur in ea *reſidere Archiepiſcopus*, & in ipſa omnia veri Paſtoris munia obire.

Bulla proviſionis Archiep. Nazareni in noſtra Appendice.

Andreucci de Epiſcopo Titulari par. 5. num. 168. pag. 171. & part. 1. n. 29. pag. 25.

Rot. Deciſ. 125. num. 3. tom. 1 part. 9. recent.

13. Quæ omnia etiamſi a nemine revocari poſſint in dubium, nihilotamenſecius *pauciſſimi ex Nazarenis Archiepiſcopis* BARULUM viderunt, & tamquam prodigium narratur, quod UNUS dumtaxat, cujus proinde numquam interibit memoria, aliquo tempore *Monteviridi* moram traxerit *ab Ughel.* deſcriptus: *Antonius Lombardus Etruſcus e Caſtellione Florentino., vir doctus, genere, & probitate vitæ ſpectabilis, ex Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario Nazarenus Archiepiſcopus electus eſt ab Urbano VIII. anno 1627. die 22. Menſis Martii. Duodecim annis, omnibus virtutibus Prælato dignis egregie præfuit. Exceſſit anno 1635. apud MONTEM VIRIDEM SUI EPISCOPATUS, SEPULTUS ibidem in Cathedrali ante maximam aram.*

Ughell. de Archiep. Nazarenis tom. 7. col. 787.

14. Abſentia hæc *Paſtorum* a propria *Montisviridis Eccleſia*, incredibilia damna, & detrimenta eidem intulit; notiſſima ea ſunt, & digna prorſus, quæ defleantur, quam enumerentur. Hoc tantum nobis innuere ſufficiat, quod eruitur ex *Summario* condito, editoque in cauſa, inter *Archiepiſcopos Compſanum*, & *Nazarenum in S. C. Epiſcoporum*, & *Reg. ann. 1753.* vertente, e quo conſtat illam *Eccleſiam* eo redactam eſſe, ut *Suppellectilibus* omnino careat, & *ruinam* minitetur, adeo ut ann. 1726. *ſ. m. Benedictus XIII.* Archiepiſcopum coegit ad accipiendum cum *fœnore ſummam* 2000. *ducatorum*, qua neceſſitatibus *Eccleſiæ* occurrere, & providere deberet. Inſuper *ab Eccleſia Thronus Epiſcopalis amotus eſt*; erepta que eſt *Capitulo* facultas eligendi *Vicarium*

In noſtra Append.

Capi-

Digitized by Google

Capitularem Sede vacante: propterea quod *Capitulum Nazarenum Barulo* reſidens omnimodam poteſtatem, auctoritatemque in miſeros afflictoſque *Montiſviridis homines* exercere volunt. Eapropter *S. Congr.*, cum *Jus Metropoliticum Archiepiſcopo Compſano* redintegraſſet; Illi 50. *Barulen. Cives*, qui *Eccleſiæ Nazaren.* adſcripti ſunt, uberrimas fuderunt lacrymas, ob jacturam *dominii*, quod abſolutum, & plane deſpoticum in memoratam *Eccleſiam* uſurpaverant. Hiſque collimant, imo clare hoc indicant moderni *Arch.* verba: *Quibus accedit luctus univerſorum Civium Baruletanæ hujus Civitatis &c.*

15. Quæ hucuſque protulimus, *Statum* ſolummodo ejuſdem *Eccleſiæ temporalem* reſpiciunt; Sed magis deplorandus eſt *Status ſpiritualis* animarum, quæ efficiunt, ut quævis *Eccleſia* vera, & propria *Jeſu Chriſti ſponſa* ſit. Adeo enim incultæ ſunt Animæ illorum *Montisviridis*, ut ipſas *Archiep.* non amplius cicurandas reputet in ſua *poſtulatione* ajens: *Quis enim MONTANOS illos non pacatæ quidem indolis homines coerceat?* Sed bona *Archiepiſcopi* venia intelligi nullatenus poteſt, quinam tam cito in miſeros illos proferatur *ſententia*, antequam eorum *Paſtor*, prout omnino teneretur, omnem diligentiam induſtriamque adhibeat, ut eos manſuetos, pacatos, ac dociles reddat. Crebris quidem omnium ſermonibus uſurpatur *Parabola* illa de *Vineæ Domino*, qui cum per *tres annos* nullum collegiſſet fructum e quadam *fici* arbore, *villico* mandavit, ut eam recideret. *Peritus* autem *Villicus* reſpondit: *Domine dimitte illam, & hoc anno, uſque dum fodiam circa illam, ut mittam ſtercora: & ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam*: Hæc igitur neceſſaria cultura *tribus* adhinc *ſeculis* penitus negligitur, ideſt ab eo tempore, ex quo *Nazarenæ* unita fuit, in callum prorſus cedentibus *Civium precibus*, qui ſuum *Paſtorem* votis omnibus optant, uti teſtatur *Archiep.* his verbis: *Monviridenſis Eccleſia tam a Nazarena hac Sede diſſita, loco inacceſſo, inclementique ſolo poſita, ubi ad vitam neceſſaria fere omnia deſiderantur, Paſtoris ſui Curam, ac Præſentiam, quam non raro deſideravit.* Verum ſi hæ cauſæ ab ipſo aſſignatæ tales ſint, quæ omnino a *Reſidentia* eximant, & liberent *Paſtorem*, ſtandum eſt ſupremo *S. Sedis* judicio. Attamen quicumque doctiſſimos *Sacræ Scripturæ Interpretes* percurrat, ignorare non poteſt, quam miſerabilem in modum ab ipſis deſcribatur *Civitas Nazarena*, adeo ut numquam credi poſſit, quod *Montisviridis Civitas ſit illa inferior*. Interea cives *Montisviridis* ſuas calamitates deplorant, & *panem* inutiliter quærunt, quandoquidem nullus eſt, qui frangat eis, juxta tritum *Scripturarum* loquendi modum: *Pueri petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.*

Luc. 13. 8. 9.

Epiphanius hæret. 30. c. 11. Calmet. dict. hiſtor. S. Scripi. Verb. Nazareth. tom. 2. pag. 86.

16. Actus proinde conſcientiæ ſtimulis modernus *Archiepiſ.* *Summum* exoravit *Pontificem*, ut ſuam admittere dignaretur *Renunciationem Eccleſiæ Montisviridis*, eamque *Epiſcopatui Laquedonien.* uniret, & *Præpoſituram Canuſinam Nazarenæ* conjungeret ibi: *Si Monviridenſem Eccleſiam a Nazarena divellens Lacedonienſi adnecteret; NAZARENÆ vero proximam adjungendo CANUSINAM PRÆPOSITURAM NULLIUS JACTURAM REPARARES ..... Nazarenæ viciſſim Eccleſia, & nihil honoris amplius decederet, imminutumque a divulſa Monviridenſi REDITUM CANUSINA PRÆPOSITURA SUPPLERET*: Sed *Canuſini* comprehendere non valent, quo *juſtitiæ* titulo hæc prætentio fulciatur. Propterea recte exiſtimant, ſe non teneri *reparare jacturam*, cui nunquam, vel minimam cauſam præbuerunt, imo verba illa: *Præpoſitura ſuppleret*: videntur ſignificare id, quod declaravit *Innoc. III.* ajens: *Caute ſupplendum, quod incaute fuerat prætermiſſum*

Cap. 1. & finali de Sacrament. non iterand.

erit

Digitized by Google

aut *Gregorius IX.*: *Caute ſupplendum, quod per errorem extitit prætermiſſum*. Unde *Archiepiſcopus* ſupponere videtur, quod debeant *Canuſini* ſupplere id, quod *eorum culpa* prætermiſerunt. Sed defectum omnino ſupplere debet, qui illum admiſit: ergo cum Eccleſia *Canuſina* nihil tale umquam admiſerit, neque ullam in hoc partem, aut culpam habeat, conſequens omnino eſt, ut ad *Supplementum* neutiquam teneatur. Niſi tamen ſupplementum, quod *Archiep.* prætendit, ſit illud, quod notat *Du Cange*: *SUPPLEMENTUM, VIATICUM, QUOD AD ITER CONFICIENDUM SUPPEDITATUR*. *Jonas Bobienſis* Monach. in vita *S. Bertulfi* Abb. c. 5 *Poſcunt, ut Supplemento publico, qualiter Romæ ad Sedem Apoſtolicam venire queant, fulciantur*. Verum poſito, quod tale ſupplementum ille obtineret, opus omnino eſſet, ut aliud ſupplementum inveniretur pro ſervitio Eccleſiæ Canuſinæ, & pro animarum Cura, quam hactenus Præpoſiti geſſerunt, itemque aliud pro graviſſimis diſpendiis, quæ tolerare deberent Canuſini, ut ad eum pergerent locum, in quo Archiepiſcopus commorari, & ſui copiam facere voluerit.

Du Cange Verb. Supplementum t. 6. col. 856.

17. Sancta Apoſtolica *Romana Sedes* præſervavit *Titulos Eccleſiarum*, quæ modo ſub *Infidelium* Tyrannide oppreſſæ gemunt, & miſeram patiuntur ſervitutem, eo nempe fine, & conſilio, ut quando *Domino* placuerit terras illas *Chriſtianorum* ditioni denuo adjungere, *Tituli* hi ſuis reſtituantur *Eccleſiis*. Qua de re *Titulares* hi *Epiſcopatus* plerumque conferuntur *Prælatis*, qui aliquo ejuſdem *S. Sedis* miniſterio perfunguntur, hiſque proinde *ſimplicia* dari ſolent *Sacerdotia*, quibus dignitatem, characteremque Epiſcopalem poſſint tueri, cum veri propriique *ſint Epiſcopi*. Sed de nulla alia *Titulari* Eccleſia (præter *Nazarenam*, cui unitæ Epiſcopales Eccleſiæ *Cannen.*, & *Montiſviridis*) legi, quod eidem perpetuo unita ſint beneficia, quibus *animarum Cura* adnexa ſit, cum huic rei repugnent, tum *Divina*, tum *Canonica jura*. Etenim ſi tempus adveniret illud, in quo iidem *Tituli* ſuis reſtitui deberent *Orientalibus Eccleſiis*, fieri nullo modo poſſet, ut hi, qui Titulos illos haberent, in *Italia* reſiderent, immo non amplius Itali, ſed Orientales eligi deberent illarum Eccleſiarum Epiſcopi, idcirco nec noſtras haſce *Eccleſias* gubernare poſſent propter *IDIOMATIS* diverſitatem. Quare *S. Sedes regula XX. Cancel.* cavit, ne ullum conferatur beneficium cum *animarum cura* perſonis *alieni Idiomatis*; quæ regula extenditur etiam ad *Epiſcopos* potiori jure, quippe, quod miniſterium *Verbi* proprium eorum officium eſt, præcipuumque munus; quod certe exequi nullatenus poſſint alieno Idiomate, uti fuſe probat *Rigant.* Hinc eſt, quod *Epiſcopi Titulares* apud nos nullam aliam habeant exiſtimationem, præter illam, quam ex variis *Nationibus* collegit *Frances*, ſequentibuſque expreſſit ſenſibus: „ Iſtæ autem *Eccleſiæ* in manibus inimicorum detentæ,
„ *Cathedrales*, ſicut antea erant, vel *Metropolitanæ* remanent: *text. in*
„ *Clemen. in pleriſque verſ. volentes*, ibi: *Cathedrali Eccleſiæ ſibi qualitercum-*
„ *que ſubjectæ, quæ Clero careat, & ſubditis Chriſtianis &c. de Elect.* &
„ ad eas aſſumpti vere, & proprie ſunt *Epiſcopi*, quos Itali *Nullatenſes* ap-
„ pellant, Grazian *diſcept. 292. num. 66.* Jacobat. *de Concil. lib. 1. pag. 70. &*
„ 84. Mandoſ. *in Reg. 26. Cancell. quæſt. 4. num. 5.* Barboſ. *in Paſtor. tit. 1.*
„ *cap. 6. n. 15.* ſive *Titulares*, ut idem teſtatur Barboſ. *tit. 3. cap. 2. num. 47.*
„ Hiſpani vero *Annulares*, ſive *de Anillo*, Galli *Portatiles*; idem Barboſ.
„ *d. num. 47.* Commodatitios alii eos appellant, teſte Quintino *in repet. text.*
„ *in cap. De multa num. 50. de Præbend.* nonnunquam etiam *Ambulativi*,
„ *Portativi*, & *Mobiles* nuncupantur; Petr. Gregor. *Syntag. Juris lib. 15.*
„ *cap. 12. num. 44.* „

Paplenſi Eccleſiæ unitus fuit Archiepiſcopatus Amaſtenſis honoris cauſa a PP. Bened. XIV. Conſtit. 74. tom. 1. ſui Bullarii pagin. 242.

Rigant. in Reg. 20. Cancel. tom. 2. pag. 291.

Franceſ. de Eccleſia cathedral. c. 32. n. 10. & ſeqq.

18. Præterea ad has aliaſque conſiderationes accedit, quod nec legitima adſit cauſa ad hanc deveniendi Unionem. Nam in ſupplici libello, nihil aliud adducitur, niſi quod *Archiep.* ceciderit cauſa, cum *Compſano Archipræſule* agitata ibi: *Non mediocris* (Archiepiſcopi ſunt verba) *quoque invidia mihi conflata, peri de quaſi culpa perierit mea, quod hucuſque Deceſſorum meorum fortitudo defenderat. Pater ſanctiſſime, tuam Clementiam imploro, & pro tua charitate, quo totius Orbis Terrarum Eccleſias complecteris: Eccleſiæ hujus dignitati: Honori meo: Civium Barulenſium Mærori: ſed magis Monsviridenſis Eccleſiæ, quod caput eſt, bono velis conſulere:* Sed in promptu eſt modus, iſque facillimus, ne dicam neceſſarius rationibus *Eccleſiæ Montisviridis* conſulendi; nempe ſi *Pontifex* dignaretur jubere *Archiepiſcopo Nazareno* ad præſtandam, uti omnino teneretur, *in illa Eccleſia perſonalem reſidentiam*, abſque eo quod ad extremum illud deveniatur, expoliandi *Canuſinam* proprio Paſtore. Reponere autem, quod hoc idem eſſet, ac inferre præjudicium, & ſingulari *Nazarenæ Eccleſiæ* privilegio, & honori moderni *Archiepiſcopi, & commodis 50. Baruletanorum* ejuſdem ſubditorum parum, aut nihil negotii faceſſit. Propterea quod penſatis his omnibus rebus ex una, & ex alia ampliſſimis celebratiſſimæ *Eccleſiæ Canuſinæ* privilegiis, honore *Civitatis, & Capituli*, commodis, & lacrymis tot millium *Canuſinorum*, & nunc exiſtentium, & in poſterum futurorum, omnino ad ſupremum pertinebit Judicem decernere, utrum illa, an iſta magis æſtimari debeant, majoremque vim habeant, ac pondus. Eapropter unuſquiſque ex *Canuſinis* ſanæ compos mentis animo repetens invictum robur, & ſingularem majorum ſuorum fortitudinem in propugnanda, tuendaque antiquiſſima *Libertate Eccleſiæ ſuæ* primum *Cathedralis Matricis*, deinde *Metropolitanæ*, demum *Primatialis* aſſerta ſemper, vindicata, & conſervata uſque ad præſentem diem ſub *Præpoſitis Adminiſtratoribus*, qui omnibus gaudent honoribus, & ſuſtinent onera *Epiſcoporum* propria; hæc inquam recolens, & poſtea cogitans, quod cum prætenſa Unione ſtatum illa penitus immutare deberet, & *ANCILLA* evaderet *Epiſcopi alieni loci*; potiori jure uſurpat, & adamuſſim repetit, quod *Nazarenus Archiepiſcopus* in ſuo conſignavit ſupplici libello: *Perinde quaſi culpa perierit mea, quod hucuſque Deceſſorum meorum Fortitudo defenderat.*

§. II.

Inſtantia Archiepiſcopi Tranensis occasione unionis Eccleſiæ Canuſinæ.

19. Opportunam nanciſci ſe debere occaſionem exiſtimat *Archiepiſcopus Tranensis*, ut Sanctiſſimo *Rom. Pontifici* preces porrigeret, pacem largiendi perturbatæ *Diæceſi* ſuæ, in qua cum *Nazarenus Archiepiſcopus Eccleſiam* habeat cum *quinquaginta perſonis* ſibi ſubjectis in cauſa ſunt, ut tot ſcandala, inordinationes, confuſioneſque exoriantur, quæ ſupremis omnibus *Tribunalibus*. in quibus diſpendioſiſſimæ eapropter *lites*, ſine fructu, fuerunt agitatæ, manifeſtæ plane ſunt. Enim vero ſi *Nazarenæ* uniretur *Reſidentialis Eccleſia Canusina*, quæ omnibus abundat commodis, & amplam habet ſuper Clerum, & Populum *juriſdictionem*, & *Congruam*; *PONTIFEX* autem

Na-

Nazareno Archiepiſcopo præciperet, ut quam habet ſuper dicta *Eccleſia*, & 50. *ſubditis juriſdictionem dimitteret*, *Bona ſtabilia*, quæ *Baruli* poſſidet, & *Territorium Cannenſe* tantummodo retineus; cedente uno eodemque tempore *Tranenſi Archiepiſcopo*, *cuicumque* viciſſim *jure ſuper dictis bonis ſibi competenti*, tunc vi Compenſationis hujuſmodi, tum *Tranenſis*, tum *Canuſina* Eccleſiæ optime gubernarentur, & *Archiepiſcopi Nazareni* titulus cum decore ſuſtineretur.

20. Quas autem in ſupplici libello Summo *Pontifici* expoſuit cauſas *Archiepiſcopus Tranenſis*, has fuiſſe accepi. *Cannenſem Eccleſiam*, quam de præſenti poſſidet *Nazarenus Archiepiſcopus*, uſque ab *anno* 1424. *Tranenſi* univit *Martinus V.*, ſed, *Unione* hujuſmodi poſtmodum *ſuſpenſa*, alii Antiſtiti commiſſa eſt, ex quo magna orta eſt lis in *ſacra Rota* diſcuſſa. Quamobrem cum *an.* 1534. *Paulus III. Cannenſi Epiſcopatui* univerit illum *Montisviridis*, *præſervavit in Bullis jus Tranenſis Archiepiſcopi*, hac appoſita clauſula: *Sine præjudicio litis pendentis ſuper validitate*, *ſeu invaliditate UNIONIS ipſius ECCLESIÆ CANNEN, ET ECCLESIÆ TRANEN*, *unitæ*, *ut aſſerebatur &c.* Controverſia iſthæc in *Rotæ* Tribunali pendet adhuc indeciſa, itaut in cognoſcenda cauſa Vicinioritatis a *Cannenſi Epiſcopo* prætenſæ quoad *Canuſinam*, admiſſus quoque in eam fuerit *Tranenſis Archiepiſcopus* vi Decreti ab Eminentiſſimo Pro-Auditore Pontificis emanati die 24. Julii 1737. Accedit ad hæc diſceptatio, quæ habetur de *Cannenſis Territorii Confinibus*, quæ ut ad *muros* uſque *Civitatis Baruli Tranen. Diœceſis* producantur, contendit *Nazarenus Archiepiſcopus*; qua ſuper re *in ſacra Congregatione Epiſcoporum*, *& Regularium* agitata cauſa *die* 10. *Januarii* 1617.: renovata fuit *anno* 1699., reſcribente ſub die 19. *Novembris* Sacr. Congreg.: EXQUIRATUR VOTUM ROTÆ IN STATU, ET TERMINIS: Confinia autem hujuſmodi ſi ad dictam uſque *Baruli* mœnia protendi dijudicabit ſacrum *Rotæ* Tribunal, deciſio cauſam præbebit maiori controverſiæ, quæ ſuſcitabitur ſuper *Eccleſia*, quam intra *Baruli* Civitatem habere contendit *Nazarenus Archiepiſcopus*. Per Apoſtolicas enim ſub Plumbo *literas* conceſſit S. PIUS PP. V. ut *intra Civitatem* antedictam transferretur quædam *Eccleſia diruta*, quæ etſi extra Civitatis *muros*, *intra Diœceſis tamen Tranenſis fines* poſita Sancto Pontifici aſſerta fuit, prout apparet ex Bullis *anno* 1567. *tertio Kal. Maji* datis; quam ſane *Translationem* Sanctus Pontifex non conceſſiſſet, ſi præfatam *Eccleſiam in Cannenſi Territorio*, atque adeo in *alicua Diœceſi* exiſtere cognoviſſet, inaudito ſaltem prius proprio Ordinario *Tranenſi*.

Ughell. de Episcop. Cannen. t.7. col. 797.

Apud eumdem Ughell. de Archiep. Nazaren. col. 780.

Ughell. loc. cit. col. 782.

21. Nazarenæ autem *Eccleſiæ* fundationem in *Apulia* hac occaſione accidiſſe exiſtimatur. ALFONSUS utriuſque *Siciliæ*, & *Aragoniæ Rex* aliqua dignitate decorare cupiens *Theologum ſuum Jacobum Aurilia*, cui proprium filium FERDINANDUM commiſerat educandum, *Epiſcopatum Cannenſem*, in quo *ARX* erat, ibique morari *Princeps* in more habebat, *Jacobo* tradi curavit. Vacato interea temporis *Titulari Archiepiſcopatu Nazareno*, *Ferdinandus*, qui Patri in Regno ſucceſſerat, ut hoc quoque titulo Educator ſuus *Cannenſis Epiſcopus* condecoraretur, obtinuit; Et ex hoc, tam celebrata *Unio iſtarum Eccleſiarum* provenit. Quia vero extra *Baruli* Civitatem *Templum* quoddam reperiebatur, hoc SANCTÆ MARIÆ DE NAZARETH ea occaſione nuncupatum fuit, & in illud *Canonicos* quoque *Cannenſes* ſeſe tranſtuliſſe traditur. Hoc ſane Templum, ut pro ea, quæ erga *Beatiſſimam Virginem Dei Matrem* ferebatur pietate, *Rex* magis decoraret, ampliſſimum conceſſit privilegium

Digitized by Google

vilegium pro *Nundinis in feſto Annuntiationis ejusdem B. M. V.* habendis, ut tam ex Diplomate 5. *Februarii* 1459. quam ex altero ejusdem, Regis ſub *Datum in noſtris felicibus Caſtris apud flumen Aufidum die ultima menſis Julii anno* 1461. utriſque ab *Ughello* relatis apparet. Doctiſſimus quoque *Gregorius Grſmaldi* in Hiſtoria de *Legibus*, *& Magiſtratibus Neapolitani Regni* bella deſcribens, quæ geſſit *anno* 1461. *Ferdinandus Rex*, eumdem modo in *Canusina* Civitate, modo in Civitatis *Barulenſit ſuburbio* moram traxiſſe refert.

Ughell. de Archiep. Nazarenis tom. 7. col. 774. & ſeqq.

Gregorio Grimaldi hiſtor. Napol. tom. 4. pag. 406.

22. Ad deplorandam autem conditionem redactæ ſunt *anno* 1528. *Urbes Baruli, & Cannarum*, exitiali ſæviente bello *Carolum V.* Imp. & *Neap. Regem* inter, & *Franciſcum I. Franciæ Regem*, qui celeberrimo *Duci Lotrechio* Neapolitani Regni pctiundi Provinciam demandaverat. Sed nonnullis in Neapolit.na oppugnatione ſecutis conſlictibus, tam *Lotrechius* Dux, quam *major Gallici exercitus pars contagione* conſumpti ſunt; cujus rei notitiam ut in *Apuliam* pervenit, *Baruli* Civitatem munire decreverunt *Duces*, qui ibi erant, tantis eidem Urbi importatis damnis ac detrimentis, ut ea ſic eleganter deſcripſerit *Paulus Jovius*: „ Audita *Lotrechii morte* (Dux Rentius Ceres) deſ-
„ peratiſque partim rebus, cum his quas habebat copiis, nam magna pars mili-
„ tum fuerat dilapſa, ad mare deſcendens, & ad *Senogalliam* naves na-
„ ctus *in Apuliam* pervenit, & quod reliqui ante eum *Duces* ſtatuerant,
„ *muniendæ Urbis Baroli* conſilium ſuſcepit, tanta cura, tantaque ſævitia,
„ ut eam *Urbem dirutis omnibus ad unum ſuburbanis ædificiis*, evaſtatiſque
„ Civium poſſeſſionibus, atque delitiis, nec *Delubris ſacroſanctis*, veteri-
„ buſque *Cœnobiis* pareens, luctuoſum in modum deformaret, tanquam
„ longe omnium graviſſima obſidione expectanda putaretur.

Paulus Jovius Epiſc. Hiſtor. ſui temp lib. 26. tom. 2. pag. 161.

23. Quamobrem in tanta rerum perturbatione dirutum fuit *Templum* quoque ſupradictum extra *Urbem Baruli* poſitum, & *B. M. V. Nazarenæ* dicatum; ſed tunc exiſtens *Nazarenus Archiepiſcopus*, quippe qui magni nominis, & potentiæ homo erat; ſic enim illum deſcripſit *Ughellus* ſæpememoratus: *Bernardinus de Figueora Hiſpanus nobilibus parentibus in Granatenſi Regno natus, Regis Hiſpaniarum major Capellanus, Nazarenus Archiepiſcopus, Cannarum ac Montis Viridis Epiſcopus declaratus eſt anno* 1553. *die* 1. *Martii*: ita egit cum *Beneficiato Eccleſiæ S. Bartholomæi intra Baruli Urbem* poſitæ, ut *conſenſum* ab eo impetrarit de inibi *transferenda Nazarena Eccleſia* præfata, firma remanente *Archiepiſcopo* obligatione, ipſam ab illatis damnis *reſtaurandi*, *Beneficiato* autem præfato reſervante ſibi omnes *Abbatiæ reditus*, *ac Vocem, & Stallum in Capitulo*, quotieſcumque ad *reſidendum* in *Baruli* Civitate ſe conferret; quæ ſane *Concordia* per Apoſtolieas ſub *Plumbo* literas *tertio Kolend. Maji anno* 1567. datas a *S. Pio V.* approbata fuit. Supradictæ autem translationi non ſe oppoſuit *Tronenſis Archiepiſcopus*: is enim erat *Joannes Baptiſta Oxeda de Herrera nobilis Hiſpanus*, qui cum in *Aula* maneret, hujuſce novitatis nullam fortaſſe notitiam habuit, eo magis quod ad *Agrigentinum* in *Sicilia Epiſcopatum* paulo poſt translatus fuit, ut *Pirrus* narrat: *Joannes Baptiſta Oxeda de Herrera Hiſpanus Regentis ſupremi Conc. Italiæ Herreræ germanus frater, Philippo II. eligente cum tribus millibus aureorum ad opus Bullarum Apoſtol. per litt. Madriti 6. Novembris* 1571., *& PP. Pio V. confirmante per Diplom. Romæ 6. Kalen. Sept. anni ejusd. Pont. ann. 6., ab Archiepiſcopali Tranenſi Sede in Apulia Peucetia in Agrigentinam Epiſcopalem Siciliæ transfertur*. Subinde vero *Tranenſis Ar-*

Ughellus ibidem col. 721. & ſeqq.

Pirro Sicilia Sacra de Agregent. Eccleſ. tom. 1. pag. 719.

Ff *chie-*

chiepiſcopus, ad uſque *annum* 1573. præfatam *S. Bartholomæi Eccleſiam*, ſine ulla oppoſitione, *viſitavit*, & *procurationem* exegit. Verumtamen cum unum Regnum non capiat duos, ut vulgo dicitur, & eapropter Sacri *Canones*, non dum in *una* tantum eademque *Terra*, ſed nec *in eadem Provincia duos eſſe Archiepiſcopos* ſtatuerint, factum eſt ut ex eo tempore, quas unuſquiſque *ſapiens* proſpicere debebat, exorirentur deſuper *lites*, & Controverſiæ graviſſimæ, ad hanc uſque diem nondum compoſitæ. *Cardinalis* autem de *Luca*, etſi *Nazareno Archiepiſcopo*, qui ad ſui favorem ſcripſerat, adhæreret, controverſias tamen iſtiuſmodi inter præfatos Archiepiſcopos non ab *Odio*, ſed a *Juriſdictionis*, & *Reſidentiæ* cauſa provenire teſtatur his verbis: *Ob iſtam autem reſidentiam, & juriſdictionem, fere continuæ, & Connaturales eſſe conſueverunt controverſiæ inter iſtos Archiepiſcopos, nempe Tranenſem, & Nazarenum.*

Can. 1. Diſtin. 101.

Cardinal. de Luca de Juriſdictione part. 1. diſc. 20. n. 4.

24. Quarum quidem controverſiarum, & litium omnium Catalogum ſi aliquis vellet texere, magnum ſane negotium ſibi faceſſeret. *Nazarenus* enim *Archiepiſcopus* tam in præfata *Eccleſia*, quam extra *eam* juriſdictionem exercere, atque adeo vel in ipſa *Baruli* Civitate, cum *Tranenſis Archiepiſcopi* præjudicio, *Ordinarii* perſonam repræſentare contendit. Contra vero *Tranenſis Archiepiſcopus S. Bartholomæi Eccleſiam Nazarenæ Virgini* dicatam *ſeparatum non eſſe Territorium* a *Tranenſi Diœceſi* aſſerit, ſed *Paſſiva* tantum *Exemptione* frui debere 50. *Nazarenos ſubditos*; quamobrem, & *eam Viſitare*, & ab illius *Abbate Cathedraticum*, & *Procurationem* exigere, & *Beneficia*, quæ in illa *erecta* antea reperiebantur, ſe conferre; *Nazarenum* vero *Archiepiſcopum*, ſine ſui tamquam *Ordinarii conſenſu*, *Pontificalia* in ea exercere non poſſe affirmat. Lis hæc in *Sacra Epiſcoporum Congregatione* acriter diſcuſſa *die* 22. *Junii* 1594. *Nazareno Archiepiſcopo* in POSSESORIO TANTUM adjudicata fuit, ut *Ughellus* narrat. IN PETITORIO igitur *Tranenſis Archiepiſcopus* de *jure* ſibi blanditur adjudicari *juriſdictionem in d. Eccleſia*; & potiſſimum impertire *Concionatori Benedictionem*, quam ob cauſam ſevere in *Religioſum* quemdam, qui ſine *Ordinarii Tranenſis* Benedictione in ea Concionem habuit, inquiſitum fuit; quemadmodum in *Sacra Congregatione die* 26. *Januarii* 1699. diſceptatum fuit; & ſic pari modo approbare *Confeſſarios*: quandoquidem qui a *Nazareno Archiepiſcopo* approbati ſunt, *Nazarenorum tantummodo Confeſſiones* poſſunt excipere, cujus rei Cauſa *die* 20. *Novembris* 1668. in *Sacra Congregatione* propoſita fuit, ſed nondum deciſa. *Immodicus* autem *Exemptorum numerus* diuturniori liti cauſam præbuit; eapropter *Sacra Congregatio* horum *numerum die* 11. *Auguſti* 1620. *coarctavit*, & *quinquaginta tantum Perſonas vel Eccleſiaſticas vel Laicas*, quæ *Nazarenæ Eccleſiæ* ſervitio manciparentur, *exemptas eſſe* decrevit. Sed cum Decretum hujuſmodi *Nazareni Archiepiſcopi*, ſtatis temporibus violaverint, neceſſe fuit, ut ejusdem Decreti Confirmatio, non ſine novis litibus, & diſpendiis a *Sacra Congregatione* impetraretur, prout accidit *die* 6. *Julii* 1663. 20. *Novembris* 1668. & 2. *Aprilis* 1700.: addita etiam *Nazarenis Archiepiſcopis* prohibitione, ne quemquam Subditum ſine *Teſtimonialibus* ad formam *Bullæ Speculatores*, vel ſine *Dimiſſorialibus Tranenſis Ordinarii* literis, aliquem ad *Sacros Ordines* promoverent. E contra vero *Nazarenus* Archiepiſcopus *Ordinarii* perſonam in *Barulo* repræſentare, atque adeo *publicas* per ejusdem Civitatis vicos, & plateas *Supplicationes* habere, *Cedulones* affigere, & *Genuflexorium*, quotieſcumque ad *Eccleſias* ſe confert, exigere, aliiſque id genus prærogativis frui contendit, quæ in cauſa fuerunt, ut acerrima illa excitaretur

Ughell. de Archiep. Nazarenis num. 33. tom. 7. col. 786.

Bulla Innoc. XII quæ incipit Speculatores in ejus Bullar. 44. pag. 179.

con-

Digitized by Google

controverſia, ſuper quam ſcripſit, ut ſupra innuimus, *Cardinalis de Luca* pro *Sacra Congregatione*, quæ ſub *die* 20. *Novembris* 1668. propoſita dubia reſolvit.

25. Nec minores ſane altercationes hos inter duos Præſules acciderunt, privilegii cauſa, quod CLEMENS IV. *Nazareno Archiepiſcopo* conceſſit per *univerſum Mundum elevandi Crucem*, *Pallio utendi*, & *Mozzettam geſtandi*. Novum hoc privilegium, ſi tenor Bullæ *Clementis* præfati conſideretur, illorum temporum conditioni congruẽs eſſe videtur, ſed nec eo uti licitum fuiſſe præterquam in multis illis *Eccleſiis*, quæ tunc per *univerſum Terrarum Orbem* diſperſæ reperiebantur, in quibus *Nazareni ab Oriente, unde ab Infidelibus expulſi fuerant*, *profecti mendicabant*, quaſque ſub Titularis eorum *Archiepiſcopi* juriſdictione ſibi acquiſiverant: Verba autem citatæ *Bullæ*, hæc ſunt: „ In eadem Eccleſia Nazareth Privilegia ...... Eccleſiis vero ejus „ Diœceſis tam *ultra Mare*, *quam citra* Indulgentia pœnæ, & culpæ omni- „ bus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad ipſas Eccleſias munus oblatio- „ nis ferrent .... Prior, & Capitulum Clerici offerti, & Confratres ipſius „ Eccleſiæ Nazareth per MUNDUM UNIVERSUM INSTITUTI in extre- „ mo die... EJUSQUE ARCHIEPISCOPUS VALEAT UTI CRUCE, „ ET PALLIO in SIGNUM PLENITUDINIS POTESTATIS PER „ UNIVERSUM MUNDUM „. Ex hiſce verbis colligitur tale *privilegium* conceſſiſſe *Pontificem*, non ut *Archiepiſcopus Crucem præferens*, & *Pallium* gerens per *univerſum Terrarum Orbem incederet*, ſed ut iiſdem prærogativis frueretur in illis tantummodo *Eccleſiis ultra*, *& citra mare*, & in quacumque Mundi parte exiſtentibus, quæ ejus ſubeſſent *juriſdictioni*.

Apud Ughell. tom. 7. col. 772.

26. Quamobrem nullum aliud de præſenti privilegium arrogare poteſt ſibi *Nazarenus Archiepiſcopus*, quam ut *Crucem* elevet in *Eccleſia*, quam poſſidet in *Barulo*, *& in Territoriis* itidem *Cannarum*, *& Montis Viridis*, quæ ſuæ ſubſunt *juriſdictioni*; etſi hoc quoque illi, utpote *ſuffraganeo*, a propriis *Metropolitanis* interdici poſſet, ſi ceſſaret *indultum*. Et revera cum hac ſuper re cauſa fuiſſet propoſita in *Sacra Congregatione Epiſcoporum*, *& Regularium*, hæc per Epiſtolam 28. *Junii* 1641. datam, controverſiam reſolvit his verbis: *Che l'Arciveſcovo di Nazaret debba aſtenerſi per l'avvenire dal portare la Croce, e Mozzetta per Burletta, e che poſſa uſarla ſolamente dentro la ſua Chieſa, e ſuo ambito*; quam quidem Reſolutionem, & ſummus *Pontifex* approbavit. Sed *Nazarenus Archiepiſcopus* ad Sacram Rituum Congregationem appellavit, cumque ſummus *Pontifex* ab ea Cauſam avocaſſet, & ad *Sacrum Rotæ Tribunal* diſcutiendam remiſiſſet, propoſito in eo dubio: *An liceat Archiepiſcopo Nazareno ante ſe geſtare Crucem*, *& Mozzettam induere in Terra Baruli?* & Cauſa a bon. mem. *R. P. D. Veroſpio* Ponente *die* 28. *Junii* 1647. relata, hæc *Nazareno Archiepiſcopo* adjudicata fuit, prout videre eſt in Deciſione, inter *Recentiores vulgata*.

Rota dec. 106. part 10. rec.

27. Nova vero a Tranenſi Archiepiſcopo impetrata *Audientia*, exiſtimat hic, *Rotæ Tribunal* a *DECISIS* poſſe recedere, quotieſcumque probetur Deciſionis fundamenta deficere, tum in *facto*, tum in *jure*. Et quoad primum quidem facti defectum attinet, aſſertum fuit *S. Rotæ* in præf. *Deciſione* prout *facti* ſpecies expreſſa fuit ſub *n.* 1. quod *Baruli Civitas per Apoſtolicam Sedem Archiepiſcopo Nazareno fuerat pro DIŒCESI conſtituta*. Hoc autem quantum a veritate alienum ſit, in controverſiam profecto revocari non poteſt: Quandoquidem unicuique compertum exploratumque eſt, Urbem *Baruli* in

Tranenſi Diœceſi eſſe poſitam, neque in ea alio quopiam privilegio frui poſſe *Nazarenum Archiepiſcopum*, quam ut in una tantum *Eccleſia*, cum ſuis ſubditis, Eccleſiaſticas functiones peragat. Quod vero ſpectat ad *juris defectum*; hic ſane conſurgit ex textu *in cap. 1. tit. Ut lite pend.*; cui innititur Rotalis *Deciſio*; Ibi enim, quamvis ageretur de manutentione ab *Alexandro III.* data *Archiepiſcopo Eboracenſi* de elevanda *Cruce* per univerſum *Angliæ Regnum*; At animadvertendum eſt controverſiam ea ſuper re inter *Eboracenſem*, & *Cantuarienſem Archiepiſcopos* tunc etiam contendentes de *Primatu*, fuiſse agitatam. Cum enim *Martyrii* palma *S. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus* coronatus fuiſſet *de anno* 1170., idem *Pontifex* paulo poſt *anno* ſcilicet 1175. Cardinalem de *Petro Leone* Legatum a latere in *Angliam* miſit, qui *Concilium* celebravit, in quo pariter de controverſiis hujuſmodi componendis actum fuit, ut Card. *Baronius* refert. Verum cum nullo modo ſedari, & *Archiepiſcopi* præfati inter ſe convenire minime potuiſſent, idcirco laudatus Pontifex, *per modum proviſionis*, Decretalem illam in *Archiepiſcopi Eboracenſis* favorem promulgavit his verbis: *Quemadmodum vobis eſt beneficio Privilegiorum Apoſtolicæ Sedis Indultum, ut tu, & Prædeceſſores tui facere conſuevisti, ante vos per totam Angliam deferre Crucem, quouſque definitiva ſententia decernatur, an Eccleſia tua de Jure hoc debeat habere.* Decretalis iſta quemadmodum ea decernit, quæ ſunt de *jure*, præſenti eapropter controverſiæ minime eſt accommodanda. Quinimmo doctiſſimus *Gonzalez* erudite admodum commentans duorum præfatorum *Angliæ Archiepiſcoporum* controverſiam ſupramemoratam, monitos nos voluit, hos quidem de REGNI PRIMATU diſceptaſſe, qui nunc uni, nunc alteri adjudicatus fuit.

Baronius ad ann. 1172. §. 1.

Cap. 1. ut lit. pend.

Gonzalez lib. 2. Decretal. tit. 16. ut lit. pend. cap. 1.

28. Lites non ſine magno animi ardore, pluries agitatæ fuerunt, a nonnullis *Archiepiſcopis*, & *Epiſcopis Primatum* hujuſmodi in aliquo *Regno*, aut *Provincia*, ſive *Populo* ſpectare ſibi contendentibus, quorum plures habemus apud accuratum *Thomaſſinum*. Dominicus autem de *Georgiis*, in *Italia* quoque exiſtere duos *Antiſtites* ſcribit, *Archiepiſcopum* ſcilicet *Ravennatenſem*, & *Epiſcopum Papienſem*, qui privilegium habent *Crucem* præſeferendi, his verbis: ,, In Italia ergo jam tum Ravennates Archiepiſcopi hoc honore donati ſunt, eoque ampliſſimo; nam permiſſum eis fuerat, ut Crucem ſibi non modo in *Provincia* ſua præferri facerent, ſed in peculiari etiam *Romani Pontificis Provincia* uſque ad *tertium Urbis milliarium*: Et inſuper: *Jam pridem* præterea, nimirum *A. D.* 878. *Joannes VIII. Joanni Ticinenſi Epiſcopo* ejuſque ſucceſſoribus inſigni diplomate nonnulla ornamenta Romano Pontifici peculiaria conceſſit, quæ ex ipſomet diplomate audies: *Sancimus etiam*, inquit, *Apoſtolica auctoritate largiendo tibi, tuiſque ſucceſſoribus Crucem habere, & quocumque volueris ferre, pallium quoque ſimiliter concedimus, necnon album equum coopertum equitare in ramis palmarum, & ſecunda feria poſt Paſcha*; ac tandem pag. 53. *Patriarchis Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano*, communionem Eccleſiæ Romanæ habentibus, Concilium *Lateranenſe III. Anno D.* 1215. poteſtatem fecerit, nimirum, ut vexillum *Crucis* ubique ante ſe deferrent, niſi *in Urbe Roma*, & ubicumque *Romanus Pontifex* præſens extiterit, aut ejus *Legatus*, utens *inſigniis Apoſtolicæ dignitatis*.

Thomaſſin. de Benefic. par. 1. lib. 2. cap. 58. & 59.

Georgii de Liturgia Rom. Pontificis cap. 5. tom. 1. pag. 49.

29. Verum in iis, quorum exempla citavimus, tolerandus videtur uſus elevationis *Crucis*; nam quoad *Antiſtites Ravennatenſem*, & *Papienſem* ſpectat, hi quidem in propriis *Diœceſibus reſidere* tenentur, & idcirco privilegio hujuſmo-

juſmodi perraro uti poſſunt. Quominus autem *Ordinarii Antiſtites*, per quorum *Diœceſes* hos pertranſire contingat, huic privilegio adverſentur, tribuendum fortaſſe id eſt, receptæ apud omnes conſuetudini, *exteros Epiſcopos* in *propriis Diœceſibus* honorifice pertractandi. Quod vero ad *Titulares Patriarchas* pertinet, cum vel hi *Romæ* commorentur *ſummi Pontificis* ſervitio addicti, ut plerumque accidit, vel titulis hujuſmodi inſigniantur *Archiepiſcopi* in propriis *Diœceſibus* reſidentes, ſemper tamen, ne in Urbe ejuſque Diſtrictu, vel coram *Pontificiis Legatis*, *Crucem* gerant, iisdem interdicitur. Verum cum *Nazareni Archiepiſcopi* privilegium, ne hac quidem *limitatione* circumſcibatur, quandoquidem per *univerſum Mundum Crucem elevare poteſt*, ſi ita eſſet intelligendum, ſequeretur exinde abſurdum, quod vel in *ipſa Urbe Roma*, *quæ in Mundo exſtit*, *Crucem geſtare* ei liceret. Hanc ob cauſam voluerunt Sacri *Canones*, ut quædam *privilegia* cum nimis ampla, & *inuſitata* ſint, debeant *ſtricte interpretari*, ut habita rerum, temporum, locorum, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum ratione in uſu eſſe poſſint, neque in alterius *præjudicium* cedant. Eaque de cauſa *Alexander III.* privilegium Abbati *Dolon.* conceſſum moderavit Decretali *Suggeſtum de Decimis*: ubi *Gloſſa* animadvertit *Privilegia eſſe modificanda*, quando in iis ea concurrant, quæ ſequentibus verſibus exprimuntur. *Cap. Suggeſt. lib. 3. 30. de Decimis ibi Gloſſ. verbo Privilegia.*

Indultum tollit contemptus, crimen, abuſus:
Oppoſitum factum, damnum, tempus variatum.

30. Ad praxim igitur reducto *Nazareni Archiepiſcopi* privilegio, & præſenti temporum conditione attenta, etiamſi in *Urbe Baruli*, quæ *Diœceſis Tranenſis eſt*, *reſidere* contendat, nullo tamen pacto *Pallium* induere, & *Crucem* præferre poſſe dicendum eſt, ſine *Tranenſis Archiepiſcopi Ordinarii loci* conſenſu, ut aperte diſponit *Textus in Cap. Ex tuarum*. In eo habetur quod exorta controverſia num, etiamſi *uſus* invaluerit in *Hiſpaniis*, ut *Archiepiſcopi Pallio* uterentur in *Eccleſiis* quoque *extra proprias Provincias* ſitis, id tamen facere eis liceret? Cumque hac de re *Compoſtellæ Archiepiſcopus Innocentium III.* fuiſſet percontatus, *Pontifex* improbavit quidem Conſuetudinem, ſed ex *ſpeciali gratia* dicto *Archiepiſcopo* conceſſit, ut *Pallio* uteretur extra *Provinciam*, hac adjecta conditione: *Dummodo is ad quem Eccleſia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis Caſibus liberam habeas facultatem*: ubi *Gloſſa* notat: *quod Papa licet alicui det Privilegium, non vult tamen quod utatur eo in præjudicium alicujus*. Cui ſane regulæ ſe conformans *Sac. Epiſcoporum, & Regularium Congregatio*, *Nazareno Archiepiſcopo* præſcripſit, ne *Crucem elevaret extra propriam Eccleſiam*, ut ſupra; & quotieſcumque ille deberet aliquam peragere functionem in *Baruli Eccleſiis*, tunc *Crucem ferendi*, & *Pallium geſtandi* facultatem a *Tranenſi Archiepiſcopo loci Ordinario* poſtulare teneretur, juxta Cenſuram Textus ſupracitati. *Cap. Ex tuarum de auctor. & uſu pallii ibi Gloſſ.*

31. Aliæ autem *controverſiæ* quamplurimæ, quæ de die in diem ſuſcitantur, utpote quæ *connaturales* ſunt, & *incommutabiles*, unuſquiſque ſapiens poteſt proſpicere quas inordinationes pariant, & confuſiones, ex eo præſertim, quod in cauſa ſunt, ut *Populus* in contrarias partes diſtrahatur, non ſecus ac in celebri *Guelphorum*, & *Gibellinorum* altercatione eveniſſe a funeſta hiſtoria memoratur. Et re ipſa *Nazareni* ſubditi proprio *Archiepiſcopo* adhærentes, poſtremis hiſce temporibus, ut præterita taceamus, licitum fecerunt ſibi, a prætenſa eorum *Eccleſia ordinatim progredi*, & *Barulenſium Civium Domos petere*, ut ex eis *Mortuorum cadavera educerent*, *& ſine Parochi*

licen-

Digitized by Google

licentia tumularent. Ex quo tot inordinationes confuſioneſque inſurrexerunt, ut controverſia hujuſmodi vel in *Regiis Neapolis Tribunalibus* agitata fuerit, a quibus contra *Nazarenos* ſententia prodiit. Denique continui ſunt in *Apulia* otioſorum ſermones, quæ hiſce ſuper diſputationibus verſantur. Sed *Canuſini* quippe, qui *neutri* partium adhærent proprium habentes *Superiorem*, utrorumque idcirco amicitiam colere ſtudent: prævident cæteroquin, & animo ſane prudenti, *Tranenſium odium* in ſe fore concitaturos, quotieſcumque *Nazareni Archiepiſcopi juriſdictioni* per *prætenſam Unionem* ſubiiciantur. Quia vero tum ratione *Portus*, tum *ratione ſupremi Apuliæ Præſidis Tribunalis* frequenter ad eam *Urbem* accedere debent *Canuſini*, ægre admodum ferent, & a *Tranenſium Civium Benevolentia*, & a *Tranenſis Archiepiſcopi* recedere *Protectione*, quia eisdem nullatenus patrocinabitur in *odium Nazareni Archiepiſcopi*, ſi eorum Superior evadet.

§. III.

Oppoſitiones Archiepiſcopi Barenſis, & Antiſtitis Minerbinenſis, ne Eccleſiarum Canuſinæ & Nazarenæ Unio ſequatur.

32. Deſignatam *Unionem* ut impediret *Archiepiſcopus Baren.* longam admodum exaravit edid itque Scripturam, in qua Pontifici exponit, jamdiu eſſe, ex quo *Eccleſia Canuſina ſuæ* reperitur *æque principaliter Unita*, proinde illum enixe obteſtatur, ut ab *ipſa Præpoſitum*, quem *intruſum* vocat *ejiciat*, ſibique *reſtituat*. Hac vero occaſione quiſque arbitrabatur, eumdem *Archiepiſcopum* fore exhibiturum *Bullas* prætenſæ *Unionis*; ſed nullam aliam protulit, & allegavit, quam illam *Urbani II.*, qua nimirum Pontifex nihil aliud præſtitit, quam *confirmare Unionem*, *quæ a ſuis Prædeceſſoribus peracta ſupponebatur*, & circa quam tota tunc verſabatur controverſia. Unde Pontifex ne ullum irrogaret præjudicium, præſervavit *jura* Eccleſiarum collitigantium cum clauſula: *Abſque præjudicio ergo Juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum ſequentes tenorem, qui noſtrorum continetur privilegiis Prædeceſſorum Barenſis, ſive Canuſinæ Eccleſiæ poſſeſſiones, ſive Diœceſes &c.* Ex tenore autem præfatæ *Bullæ* non ſolum colligitur dictas *Eccleſias* minime fuiſſe *unitas*, quinimmo ex eo quod *Canuſinus Archiepiſcopus Barenſis Eccleſiæ Commendatarius* inibi diutius reſederat, idcirco Eccleſiam Barenſem *vulgo* Canuſinam *fuiſſe nominatam*; Archiepiſcopatum vero non *Barenſem*, ſed *Canuſinum* fuiſſe, patet ex hiſce verbis ad *Eliam* directis: *Quia noſtris temporibus Eccleſiam, quam Deo auctore Regis* BARENSEM, *quæ &* CANUSINA DICITUR = *Confirmamus tibi* BARENSEM, QUI ET CANUSINUS EST ARCHIEPISCOPATUM &c.

Bulla Urbani II. infra in Appendice.

33. Quomodocumque autem ſeſe habeat controverſia iſthæc, quæ maturiori examine expendenda eſt, illud certum, & indubitatum, in adminiſtratione *Canuſinæ Eccleſiæ Præpoſitum non eſſe intruſum*, quandoquidem ipſimet *Barenſes* pro comperto exploratoque habent, etiam ante *Urbani II.* tempora, in poſſeſſione gubernandæ Eccleſiæ *Canuſinæ* fuiſſe *Præpoſitum*,

Google

tum, ut conſtat ex *Inſtrumento* prætenſæ Inventionis *S. Sabini* rogato *anno* 1091. ibi: *Multoties enim quæſitum eſt in eadem Eccleſia* (Canuſina) *de Confeſſoris ejusdem* (S. Sabini) *Corpore*, *& a* MORDACA *nomine prædictæ* PRÆPOSITO *Eccleſiæ*, *atque* RAYNERIO ET ALIIS QUI PRÆFUERANT. Ex quo patet evidenter, *Præpoſitum durante lite*, *vices Archiepiſcopi* geſſiſſe, juxta antiquorum *Canonum* diſciplinam, quæ ſuperius demonſtrata eſt. Neque illud dicendum eſt diſciplinam hujuſmodi *novorum Canonum* diſpoſitione immutatam eſſe; ubi enim viget *Conſuetudo*, hæc eſt approbanda, & exequenda, prout *Gloſſæ* auctoritate ſuffultus defendit doctus *Hallier*; Celeberrimum enim vero, quod in ſermonem incidit, eſt exemplum *Gerundenſis Eccleſiæ in Hiſpaniis*, in qua ex conſuetudine tum a *Sac. Rota*, tum a BENEDICTO XIV. in aureo Tractatu *de Synodo* approbata, prima Capituli Dignitas in Defuncti *Ausiſtisis* locum ſuccedit, & ſubrogatur: verba autem ejusdem Summi *Pontificis* hæc ſunt „ Ubi ex antiqua, & immemo-
„ rabili *conſuetudine* indultum reperiatur, ut Eccleſiæ vacantis adminiſtratio
„ ad aliquem in certa Eccleſiaſtica dignitate conſtitutum devolvatur, ut in
„ *Eccleſia Gerundenſi* contingit, cujus *Jurisdictio, Episcopo defuncto, ad Archi-*
„ *diaconum majorem de Rogationibus* nuncupatum devolvitur: antiqua hu-
„ juſmodi *conſuetudo* minime reprobatur, ut firmat Rota Rom. *dec.* 731.
„ *&* 764. *coram Emerix Jun. & decis.* 132. *cor. Benincaſa*.

Inſtrumentum in Appendice.

Supra cap. XI. pag. 156. & ſeq.

Gloſſ. cap. Significaſti de Offic. Archidiac.

Hallier de Sac. Ordin. part. 2. ſect. 5. cap. 3. pag. 49.

Benedictus PP. XIV. de Synodo cap. 9. lib. 2. pag. 36.

34. Quam igitur tantopere Sacri *Canones* commendarunt, tantoque in pretio habuerunt *Erudisi*, *Metropolitana* quoque *Canuſina Eccleſia* ſervavit huc uſque methodum habendi *Præpoſitum*, qui *Sede vacante*, *Archiepiſcopi vices* ſubſtineat; ſed eam ſubvertere omni ſtudio conatur *Minerbinenſis Epiſcopus* ſupplici, & ſane longo ad effectum hujuſmodi præſentato *Sanctitati Suæ* libello, ſolitis ſuis importunis exceptionibus referto; in eo autem exponit. Primo: Nullum *Barensi Archiepiſcopo* competere poſſe *jus* ſuper *Canuſina Eccleſia* ex eo, quod dum Apoſtolicas ſub *Plumbo* literas ſui *Archiepiſcopatus* collationis expediendas curavit, ſimiles, & pro *Canuſino Archiepiſcopatu* literas nunquam impetravit. Secundo: *Canuſinam Eccleſiam* ad ſe utpote *viciniorem* pertinere, eaque de cauſa *Nazareno Archiepiſcopatui*, *sine sui conſensu Uniri non poſſe*; quare ut hæc remora declinetur, urget *Minerbinen. Episcopus*, *ut Eccleſiæ suæ Viciniori uniatur Canuſina*. ipſe enim *annuam Penſionem* ejus quantitatis, quam de præſenti a *Montis Viridis Episcopatu* dimittendo exigit, *Nazareno viciſſim Archiepiſcopo* perſolvere ſe obſtringit.

35. Quoad primum quidem *objectum* attinet, illud eſt conſiderandum, *Barensem* de præſenti *Archiepiſcopum* non contendere *jurisdictionem super Eccleſia Canuſina*, propter quam *Bullas* proviſionis in ſui perſona expedire neceſſe habeat, ſed illud urgere tantummodo, ut *Summus Pontifex controverſæ Unionis Eccleſiarum Canuſinæ*, *& Barensis Cauſam decidat*; quapropter non *Proviſionis Bullas*, ſed *Decisionis sententiam* neceſſariam ſibi eſſe autumat. Item *Barensis Archiepiſcopus* innititur celebri exemplo *Archiepiſcopi Nazareni*, qui etſi *duos* habeat *Episcopatus Cannarum* ſcilicet, & *Montis Viridis*, de his tamen proviſionis *Bullas* nunquam expedivit; & nihilominus *Sacra Episcoporum Congregatio anno* 1753. Cauſam definivit, decernendo videlicet, *Archiepiſcopum præfatum*, *utpote Episcopum Montis Viridis eſſe ſuffraganeum Archiepiſcopi Compsani*: Unde nil prorſus officit quod in proviſionum *Bullis*, *nulla de Eccleſiis unitis mentio fiat*.

Bullæ proviſionis Archiepiſcop. Nazareni in noſtra Appendice.

36. Ad ſecundam deinde objectionem *Episcopi Minerbinen.* refellendam deſcen-

Digitized by Google

Supra cap. XIV. p. 204. cum ſeq. — *Supra cap. IV. §. II. pag. 74.* — *Carlo Blaſco Opuſcoli impreſſ. in Napoli 1758. tom. I. pag. 34.*

deſcendentes, reſpondemus, quod hactenus nequaquam deciſum eſt, an habeat *jus Viciniorıs in Eccleſiam Canuſinam* a *S.Congr.Concilii.* Propterea adhuc permanet *Præpoſitus* in plena omnimodaque *Poſſeſſione nativæ Libertatis* ſuæ *Eccleſiæ*, quæ nunquam fuit *Viſitata* ab aliquo extraneo *Epiſcopo*; (excepto *Sipontino*, dum everſo *Canuſio*, Eccleſia remanſit ſine *Clero*, ut jam monuimus, & noviſſime recenſet doctiſſimus *Carolus Blaſco*) neque ab eodem *Minerbinen. Antiſtite* exercitus umquam fuit ullus juriſdictionis actus in ampla *Canuſina Diœceſi*. Quoties vero eidem *Epiſcopo jus Viciniorıs* tribueretur, & adjudicaretur, *Canuſini* certe nunquam intelligent, quinam ita ille hallucinatus ſit, ut prætendat *adnecti ſibi juriſdictionem*, *& pingues Præpoſituræ reditus*, *ex quibus annuam Penſionem Archiepiſcopo Nazareno perſolvere* ſe promptum, paratumque exhibet. Id quod graviſſimum, & nullatenus ferendum jugum *Canuſinorum* cervicibus imponeret, atque eo modo imponeret, ut nunquam alias. Inauditum enim prorſus eſt, quod ſuo orbari debeant *Prælato*, atque inſimul *illis bonis*, quæ ſuis neceſſitatibus ſubduxerunt, ut providerent, & conſulerent ſuſtentationi *Præpoſiti*, quem omnino neceſſarium ſemper exiſtimarunt pro eorum *Patriæ* commodo, & emolumento. Notiſſima ſunt exempla etiam in aſperiori, quam hac rerum conditione, in qua poſtremis hiſce temporibus *reſtituta* quidem fuit *juriſdictio propriis Epiſcopis*, *ſed Reditus Prælato inferiori aſſignati Civibus reſtituti fuerunt*.

37. Quamobrem cum diu acriterque diſceptatum eſſet inter *Epiſcopum Litteren.* & Archipresbyt. *Graviani* ſuper *juriſdictione*, quam hic habebat ſuper *quaſdam Perſonas*, & facultate conferendi *Beneficia, cum Cura*, *& ſine Cura*; ad eamdem demum Epiſcopalem Cathedram promotus *Franciſcus Caſtellius*, (qui magnam reliquit *pietatis*, *doctrinæque* famam) diſſentiones hujuſmodi e medio tollere curavit ita, ut *Archipresbyter* prætenſam *Juriſdictionem*, & *Beneficiorum collationem Ordinario* cederet, pingues vero *reditus*, ſic diſtribuerentur, ut *Archipresbytero congrua* ex ipſis aſſignaretur *Præbenda*, & quod reliquum erat *in tredecim* partiretur *Præbendas* pro *Collegiata* in eadem Civitate *Graviani* erigenda, hac adjecta conditione, ut *Collatio memoratarum Præbendarum ad Archipresbyterum pertineret*. Porro hujuſmodi concordia approbata fuit *ann.* 1731. a ſan. mem. *Clem. XII.* Verum exortis ſubinde novis diſſentionibus inter modernos *Epiſcopum*, & *Archipresbyt.* pro dictæ *Concordiæ* interpretatione, eo redacta res fuit, ut cauſa hæc in *ſacra Congregat. Concilii* agitari debuerit *ann.* 1743., prout videre eſt in Theſauro Reſolution.

Theſaur. Reſolut. S.C. Concilii t. 12. pag. 207. & 220.

38. Recentius aliud exemplum afferri poteſt in eadem *Apuliæ* Provincia. Extat enim in ea ſitum *Oppidum TERLITIUM* vocatum in *Diœceſi Juvenacen.* In eo erat *Archipresbyter*, qui in *Clerum*, & *Populum* juriſdictionem exercebat; & quamvis hæc juriſdictio ſæpius *Apoſtolicis* diplomatibus fuiſſet illi coarctata, & circumſcripta, attamen *Cives* nunquam ſe adduci paſſi ſunt, ut commodo cederent, qui ex proprio *Judice* in eorum *Patria* exiſtente ipſis proveniebat. Demum eo res devenit, ut quædam Concordia inita, pactaque fuerit, quæ ſatis compertum, notumque eſt, quot bona, utilitateſque *Terlitio* intulerit. Nam ejuſdem vi *Oppidum* præfatum Terlitii in *Civitatem*, ejuſque *Eccleſia TERLITII* erecta fuit in *CATHEDRALEM æque principaliter unitam Eccleſiæ Juvenatii*; præterea cautum proviſumque fuit, ut de *Archipresb. reditibus* erigerentur *novæ Præbendæ* in eadem *Terlitii Eccleſia Oriundis* conferendæ. Fuſius hæc omnia continentur in Bulla BENED. XIV. *ſub datum 6. Kalend. Decembris* 1749.

Conſtit. XIV. Bullarii Benedicti XIV. tom. 3. pag. 106.

36. Si

39. Si igitur *S. Sedes* ita conſuevit, itaque ſe geſſit in deſcriptis locis, ubi demum *Archipresbyteri Diœceſani erant ſuorum Epiſcoporum*, potiori jure *Populus Canuſinus*, & ſuæ cauſæ rutilanti juſtitia, & evidenti æquitate fretus, ſed multo magis perſpectiſſima *Sanctæ Sedis* clementia, & benignitate ſuffultus ſperat, & certo tenet, ipſam omnia pietatis, juſtitiæ, æquitatis, & munificentiæ officia impertituram eſſe eorum *Eccleſiæ*, quæ *Matrix eſt omnium Apuliæ Eccleſiarum, prima Regni Neapolitani Metropolitana*, & demum *Primatialis*, quandoquidem *duos* habet in *ſua Provincia Archiepiſcopos*. Fatemur quidem magnis procellis, ac tempeſtatibus fuiſſe a ſuis prætenſoribus jactatam; ſed his nequicquam obſiſtentibus, retinet adhuc ſuum *Præpoſitum*, qui *Epiſcoporum vices* gerit *eadem* omnimoda *auctoritate*, quam illi habuerunt, & *onera* non minus ſuſtinet, quam *honores* exigit, & perfruitur.

40. Denique *Minerbinen. Antiſtes* nixus ſequentibus *Rigantii* verbis profitetur nunquam ſe præbiturum ſuum *Conſenſum*: ,, *Quod*, inquit, *ſi in Ca-*
,, *thedralem* erigi debeat locus *Nullius Diœceſis*, tunc *exquirendus eſt conſen-* *Rigant. in reg. Cancell. XXII.*
,, *ſus Epiſcopi Vicinioris* ob præjudicium, quod ex tali erectione ei obvenit *n. 90. T. 2.*
,, in jure dandi Dimiſſorias, Viſitandi, & exercendi ea, quæ ſunt *Ordinis*. *pag. 319.*
,, Hinc Oppidum *Altamuræ N. Diœceſis*, cauſa pluries propoſita in S. Congre-
,, gat. *Conſiſtoriali*, nunquam obtinere potuit erectionem ejus *Eccleſiæ Col-*
,, *legiatæ in Cathedralem*, ob contradictionem *Epiſcopi Gravinen.*, cujus, tam-
,, quam *vicinioris* jura honorifica ex dicta erectione tollebantur, teſte *Matta*
,, *de cauſ. Conſiſtor. ſect. 3. n. 4.* Licet aliquando ad dirimendas ſcandaloſas
,, *lites*, quæ ut plurimum vigere ſolent inter *Prælatos inferiores*, & *Epiſco-*
,, *pos Viciniores* opportunum remedium eſſet, locum illum *Nullius in Ca-*
,, *thedralem erigere*, ut ait *Cardinalis de Luca de Præeminen. diſc. 50. n. 11.*
,, & *ad Concil. diſc. 16. num. 7.* ubi teſtatur ita aliquando in praxi ſervatum
,, *Piton. tom. 4. diſcept. 160. n. 55.* ,, Verum bona *Epiſcopi* venia theorica hæc nullo modo præſenti caſui applicari poteſt, quippe quia ipſe *Minerbinen. Antiſtes* eſt *Canuſinæ Eccleſiæ Suffraganeus*, proindeque nullum omnino jus habere poteſt invadendi *juriſdictionem ſuæ Eccleſiæ Metropolitanæ*, quemadmodum ſupra uberrime demonſtravimus. Sed quid hæc commemoramus? Quando etiamſi agatur de *Eccleſia Nullius, quam in Cathedralem erigere Pontifici videretur* expediens, nullo modo requiritur *Vicinioris conſenſus*. Hoc etſi certiſſimum ſit, juvat tamen ipſum audire *Rigantium* ibi: *Quod ſi concurrentibus* *Idem n. 93.* *cauſis, novam Cathedralis erectionem ſuadentibus, Epiſcopus, & Capitulum conſenſum præſtare detrectent pro diſmembratione, tunc iis etiam Renuentibus novæ Cathedralis erectio indulgeri ſolet &c.*

41. Inconcuſſa *S. Sedis* praxis omnium commendatione digniſſima illa eſt, ut de *Eccleſiis* ita diſponat, ſicut prudentia dictat, adeo ut revocet etiam plerumque, & reſcindat quæcumque *jura* aliquibus *Eccleſiis*, aut a *ſacris Canonibus*, aut a *Romanis Pontificibus* tributa, nulla certe habita ratione querimoniarum illorum, qui ſolum *proprium Commodum* præ oculis habent, & nihil aliud cogitant, quam alienis *Eccleſiis* graviſſima damna detrimenta, ac præjudicia importare. Paragraphum hunc abſolvant, graviſſima S. Pii V. verba, quibus magnum quidem pondus ad ea, quæ dicebamus, adjicietur: *Providentia*, ait, *Romani Pontificis plurimum circumſpecta nonnunquam ea, quæ certis ſuadentibus cauſis per ſuos Prædeceſſores geſta ſunt, ex aliis non minus rationabilibus Cauſis alterat, & AD PRISTINUM STATUM REDUCIT, PROUT ÆQUITAS SUADET, & in Domino conſpicit expedire.* *Bulla S. Pii V. ap. P. Andreucci de Epiſc. Titul. part. 1. cap. 7. pag. 54.*

§. IV. ET FINALIS.

Modus, quo fieri poſſet Unio, proponitur.

42. NOnnulli pii, doctique *Viri* conſiderantes, quod ubi de *Eccleſiarum Unionibus*, aut *Diſmembrationibus*, vel earumdem *Unionum Diſſolutionibus* agitur, non privatum alicujus *Commodum*, ſed *NECESSITAS* tantummodo, & *UTILITAS ECCLESIARUM* attendi debeant; prout hæc duo unice reſpicit, & attendit *S. Sedes*, uti teſtatur *De Sanctis* in ſuo *Examine Conſiſtoriali*; hinc eſt, quod ut legitimæ iſtæ cauſæ, etiam in Eccleſiis, de quibus res eſt; verificentur, graviſſimi iſti homines vias nonnullas, rationeſque proponunt, per quas, & ſpirituali *Animarum* utilitati, *ſine alicujus præjudicio*, & *Eccleſiarum commodo*, & emolumento proſpiciatur.

De Sanctis in exam. cauſ. Conſiſtorial. cap. 11. n. 107. p. 330.

I. Primum itaque proponunt, quod Sancta Sedes (dummodo ita expediens ei videbitur, & ita placuerit) declarare poſſet: omnino ſolutam eſſe prætenſam duarum Eccleſiarum Canuſinæ, & Baren. Unionem, & Archiepiſcopi Canuſini Titulum Præpoſituræ unire.

43. Unio enim, (uti nos ſæpiſſime monuimus) quam Baren. Archiepiſcopus jactat, peracta fuit ab Urbano II. hac adjecta clauſula: *Abſque præjudicio ergo juſtitiæ quarumlibes Eccleſiarum ſequentes tenorem, qui noſtrorum continentur privilegiis Prædeceſſorum Barenſis, ſive Canuſinæ Eccleſiæ Poſſeſſiones, ſive Diœceſes, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetuo poſſidendas, regendaſque, contradimus*. Tota ergo *JUSTITIÆ RATIO ECCLESIÆ CANUSINÆ* præſervata huc redibat, ut Unio perduraret, donec perſtarent *cauſæ*, ob quas *UNIO* ipſa fuit effecta. Atque hæc adamuſſim eſt canonica *Sanctio*, ac diſpoſitio ſemper ubique religioſiſſime ſervata, atque retenta; cujus praxim refert *Rigantius* concludens, quod *Ceſſantibus Cauſis ceſſat & Unio*, in hæc verba: „ In diſſolutione Unionis duarum Eccleſiarum Cathedralium, quæ „ regulariter fieri ſolet ex cauſis contrariis illis, propter quas conceſſa fuit „ Unio, quæque reducuntur ad evidentem Utilitatem, aut Neceſſitatem Ec„ cleſiarum, *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral cap. 8. num. 487. Rebuff. in Prax.* „ *Benefic. tit. de Union. revocan. num. 6.*, *Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 6.* „ *cap. 28. quæſt. 20.*, *De Sanctis Examin. Conſiſtor. cap. 11. num. 108.* In „ diſſolutione, inquam, Unionis duarum Cathedralium Eccleſiarum, ſer„ vanda eſſe præſcripta a Regula XXII., fuit ſenſus Sac. Congregationis Con„ ſiſtorialis die 24. Aprilis 1690. Univerat æque principaliter Gregorius X. an„ no 1275. Eccleſias *Valentinien.*, *& Dien in Delphinatu*, ad hoc ut *unicus* „ *Epiſcopus Hæreticorum inſultibus* validius reſiſteret. Cumque per *extirpa*„ *tionem Hæreſis hujuſmodi cauſa ceſſaverit*, & unaquæque dictarum Civita„ tum Capitulum, Diœceſim, ac reditum diſtinctum, & ſufficientem ha„ beret, ſupplicavit *Rex Chriſtianiſſimus pro Unionis diſſolutione*: propoſi„ toque dubio: *An ſupplicationi ſit annuendum?* Reſponſum fuit: *Commit*„ *tatur*

Bulla Urbani II. in noſtra Appendice n. 2.

Rigant. in Reg. Cancell. 22. n. 82. tom. 2. pag. 318.

Digitized by Google

„ tatur confectio Proceſſus legitimi Legato *Avenionen. ſuper requiſitis diſſolutionis*. Cumque abſolutus fuerit ſupradictus Proceſſus, Sacra Congregatio „ die 21. *Auguſti* 1691. reſcripſit: *Annuendum diſſolutioni Unionis, cum* „ *primum per ceſſum vacare contigerit* „.

44. Supra prolixe retulimus, quod *cauſæ*, propter quas *Eccleſiam Canuſinam Baren.* unitam fuiſſe comuniter exiſtimatur, hæ plane fuerint, nempe vel quia *Canuſinus Archiepiſcopus Barium* ſeſe conferre debuerit, utpote ejuſdem *Commendatarius* eo tempore, quo a *Saracenis* Civitas illa oppreſſa fuit; vel quia eadem a *Græcis* Schiſmaticis occupata, ut ſuperius pluribus demonſtravimus. Aut, quia juxta *Baren.* ſententiam, *Urbs Canuſina a Saracenis* fuerit devaſtata; his igitur compulſus *Canuſinus Antiſtes Barium* ſecedere debuit, ut perfugium aliquod inveniret, quemadmodum etiam ſupra retulimus. Verum quidquid ſit de hac controverſia, illud certiſſimum eſt, ac prorſus indubitatum, quod modo *relatæ cauſæ omnino evanuerunt*. Evanuerunt quippe *SARACENI*, *GRÆCI* Schiſmatici e noſtra Italia evanuerunt. Stat porro, viget, ac floret *URBS CANUSINA*, atque ita viget, & floret per *ſummam DEI clementiam*, ut *Populo* referta ſit, nec careat iis commoditatibus, quas *vita* requirit humana. Habet deinde, habet etiamnum celeberrimam ſuam, ac pervetuſtam *Cathedralem Eccleſiam*, quæ non ſine peculiari *Divini numinis* providentia, & evidenti *S. Sabini* patrocinio, temporis omnium rerum edacis, & barbarorum nihil penſi habentium, & nullique parcentium, injurias ſuperavit. Exiſtit hodieque, & uti ſperamus æternum in ea manebit, inſigne, & prodigioſiſſimum *S. Sabini Sanctuarium* tot etiam *Sanctorum Epiſcoporum Pignoribus* ditatum, ad quod ſupplices, frequenteſque in dies, undique confluunt *Peregrini*. Præterea ineſt in illa *Capitulum* conflatum ex *decem Canonicis præbendatis, & quatuor Dignitatibus*, ultra *Præpoſitum* eorum *Prælatum*, aliis *Presbyteris Participantibus quam pluribus*, qui conjunctim *Horarum* canonicarum penſum *quotidie* perſolvunt, & *Miſſæ* participant. Tam vero in Civitate, quam in Territorio plures reperiuntur *Eccleſiæ*. Publico inſuper inſtructa eſt Civitas *pro Peregrinis Xenodochio*: multis ornata *Laicorum Confraternitatibus*: *Pietatis montibus* communita pro *pauperum puellarum* dotibus, *duobus* illuſtrata *Religioſorum Conventibus*, variis ditata ſimplicibus *Beneficiis*, *Scholis* denique pro pueris, & Juvenibus, & aliis locis Piis inſtructa; eapropter omnino *evanuit tantopere decantata Canuſina deſtructio*, atque deſolatio. Quod ſi ita eſt, ſicuti revera a nemine in dubium revocari poteſt, niſi luminibus careat, & ſui compos non ſit, neceſſario ſequitur, quod etiam *Diſſoluta ſit, atque penitus extincta Unio* prætenſa.

Supra cap. VIII. pag. 124. & cap. IX. pag. 133. & ſeqq.

Supra cap. I. n. 25. pag. 7.

Supra cap. XII. §. 2. pag. 172. cum ſeq.

45. Quod ſi forſan aliquis opponere vellet, hanc Unionis Diſſolutionem aliquod *Archiepiſcopo Baren.* inferre *præjudicium*, in promptu eſt, quod huic reponamus. *Archiepiſcopus* namque *Baren. nullum* umquam, vel minimum *juriſdictionis actum in Civitate, & Diœceſi Canuſina* exercuit, quinimmo *Canuſium* pertranſiens, *nec Benedictionem* quidem *Epiſcopalem* Populo impertiri poteſt, non ſecus ac ſapientiſſimum *S. Rotæ Romanæ* tribunal mandavit, atque decrevit. Unde manifeſtiſſime apparet *Archiepiſcopum Baren.* nil amplius retinere, quam *Archiepiſcopi Canuſini purum, nudumque Nomen, ac Titulum* dumtaxat. Cæterum jamjam non minus quam novem numerantur ſecula, ex quo *Præpoſitus* plenam omnimodam, & a quocumque prorſus independentem *juriſdictionem* exercet nedum in *Civitate*, ſed in tota etiam, qua late patet *Diœceſi*, quæ 60. circiter *milliariis* concluditur. Idem vero

Rota R. dec 188. par. 3. Recent. & in noſtra Appendice.

 Præ-

Præpoſitus (ut nemo non novit) jus habet *Pontificalia* exercendi, *habitum Prælatitium* geſtandi, & jus *conferendi Beneficia*. Inſuper *Congruam* poſſidet ſuſtentationem, atque hæc eſt talis, qualis *Epiſcopis* aſſignari, tribuique ſolet. Propterea nihil illi deeſt, quam *Epiſcopalis* Character; quem tandem (juxta eorumdem gravium Virorum ſententiam, & conſilium) ipſi conferre, & elargiri benigne dignari poſſet *S. Sedes*, cum hoc poſtularent, ne dicam flagitarent tum urgens *Neceſſitas*, tum *Eccleſiæ Canuſinæ* evidens *Utilitas*. Atque ita graviſſimis, ac diuturnis jurgiis, litibus, & controverſiis optatus ſemper, quæſitus ſæpius, impetratus nunquam hactenus, finis tandem imponeretur. Illudque præterea longe maximum bonum inde proflueret, quod *Eccleſiæ* famulatus, & obſequia uberiora præſtarentur. Quæ quantopere conveniant, & mereantur ab *Eccleſia* de *Apoſtolica S. Sede* benemerentiſſima, luculentius declarare non potuit *Urb. II.*, quam cum juſtitiæ æquitatiſque ſuæ præcipuas partes eſſe duxit, *Jura* ipſi Eccleſiæ *illibata*, & intacta *præſervare* in prætenſæ unionis *Bulla*. Optime enim noverat: *Juſtitiam* eſſe æquitatem, jus unicuique tribuentem pro dignitate cujuſque, prout more ſuo pronunciavit, ac definivit divinus *Romanæ* eloquentiæ magiſter, & inventor Cicero: *JUSTITIA EST ÆQUITAS, JUS UNICUIQUE TRIBUENS PRO DIGNITATE CUJUSQUE*. Sed tempus eſt, ut ad ſecundum Caput ab illis propoſitum, exponendum deſcendamus.

Bulla Urbani II. in Appendice n. II.

Cicero Rhetoric. ad Herennium lib. 3.

II. Ut omnia itaque proſpere ameceque procederent, exiſtimant illi, & proponunt: ex Epiſcopis Suffraganeis Cannenſem, Lavellenſem, & Minerbinenſem aſſignari poſſe Canuſino Archiepiſcopo eorum Metropolitano: reliquos vero Baren. Archiepiſcopo tribuere.

46. Et quidem ſi vera loqui volumus non ſolum *Æquitati* conſentaneum foret, ſed *Juſtitia* omnino efflagitaret, ut *omnes Suffraganei ad Eccleſiam Canuſinam* antiquitus pertinentes eidem reſtituerentur, prout deſcripti reperiuntur in *Joann. XIX*. Bulla. Sed cum his propoſitionibus *Neceſſitas* tantummodo, & *Utilitas* Eccleſiarum præ oculis unice habeantur, & *æquitatem* potius quæ animos conciliet, quam *ſtrictam juſtitiam*, quæ eoſdem magis exaſperet, conſectetur, idcirco conſultiſſimum eſſet, ſicut communiter reputant *Apuliæ* locorum Periti, ſi *Suffraganei*, prout *ſupra*, omnino diſtribuantur & aſſignentur. Et certe ſi Topographica *Apuliæ* tabula inſpicietur, illico videre eſt, Diœceſim *Baren.* Orientem verſus ſitam a *Cuperſani*, *Polymniani*, *Biteċten.*, *Bituntin.*, *Ruben.*, *Terlitien.*, *Juvanecen.*, & *Melphicten.* Diœceſibus undequaque circumdari. Poſt omnes haſce Diœceſes reperiuntur hæ aliæ nempe *Tranen.*, *Salpen.*, *Vigilien.*, & *Andrien.*, qui omnes *Epiſcopi Suffraganei* ſunt Archiepiſcopatus *Tranen.*, meridiemque reſpiciunt. Ad Occidentem vero poſita eſt *Canuſina* Diœceſis a *Cannen. Minerbinen.*, & *Lavellen.* Epiſcopatibus, & a *Cerinniolæ* territorio *Null ius* prætenſo circumſepta. Unde ex oculari tabulæ *Topographicæ* inſpectione, quiſque ex ſe conjicere potis eſt, quantum incommodi, ac laboris afferat Civibus, non quidem *Cannarum*, quæ ſolo æquatæ ſunt, ſed *Minerbini*, & *Lavellenſis* Epiſcopatuum, qui *duorum dierum* iter ſuſcipere coguntur, ut *Barium* contendant, quando

Supra cap. X. pag. 145. & in Apped. n. 1.

Carta della Puglia del. Magini publicata di nuovo, e corretta da Domenico de Roſſi Roma 1714.

ea

Digitized by Google

ea in neceſſitate verſantur, ut in occurrentibus permiſſiſque caſibus Metropolitanum adire, & ad ejuſdem tribunal appellare coguntur, cum per totum Provinciæ *Tranenſis* territorium, quod intermedium jacet, tranſitum facere debeant. Quamobrem multoties ipſi Cives tanta locorum longinquitate, & difficultate retardati ad Metropolitanum recurrere negligunt, & omittunt, proindeque perſpicuum eſt, quod iiſdem ſupervacaneum, & inutile prorſus ſit *Baren.* Metropolitani auctoritati, & juriſdictioni ſubeſſe. E-contra evidentiſſimum eſt, quod ipſi *Minerbini*, & *Lavellen.* Cives, ſi Archiepiſcopo *Canuſino* ſubjicerentur, & parere deberent, cum proximi, & propinquiſſimi ſint *Canuſio*, *unius* dumtaxat diei ſpatio, & *Canuſium* ſeſe conferre, & ad propria remeare poſſent, & ſic & quam citiſſime, & facillime ſua negotia conficere valerent.

III. Tertio loco proponunt, quod juriſdictio ſuper Cerinniolæ territorium Nullius Diœceſis prætenſum, Archiepiſcopo Canuſino tribui poſſet, reſervatis tamen fructibus ex Eccleſia ſua provenientibus Archipresbytero, illis vero a juriſdictione promanantibus Archiepiſcopo aſſignatis.

47. Ex his quippe, quæ ſuperius adduximus clariſſime conſtat, Cerinniolæ Territorium ad Diœceſim Canuſinam antiquitus pertinuiſſe. Verum cum in præſens, uti ſæpius teſtati ſumus, nihil aliud ſpectetur, & in votis habeatur, quam lites amputare, & unice *Eccleſiarum Neceſſitas*, *&* *Utilitas* nobis ob oculos propoſitæ ſint: idcirco communiter exiſtimatur, quod hac ratione *S. Sedes* indigentiis *Cerinniolæ* Civibus optime provideret, atque conſuleret. Ut vero alias prætereamus conſiderationes, illud abunde innuiſſe ſufficiet, quod Terra hæc *Cerinniolæ* conſpicua ſit in *Apulia*, nec poſtremum occupet locum inter ejuſdem Terras, divitiis, opibuſque abundet, frequentiſſimo referta ſit populo, ornata præterea plurimo, tum Seculari, tum Regulari Clero, & locis piis, & ſatis amplo Territorio dotata, cum pluribus in eo extantibus vicis, ac Pagis. Qua de re mirandum ſane eſt, quod tot decoribus, commodiſque inſtructa, ejus tamen Matrix Eccleſia *S. Petro* dicata *Collegiata minime ſit*, *ſed tantum Receptitia Presbyterorum ejuſdem loci Participantium* nuncupatorum, quippe qui de diſtributionibus quotidianis participant. Caput eorum exiſtit *ARCHIPRESBYTER*, qui in Clerum, & Populum *juriſdictionem* exercet in gradu *Nullius*: non tamen gaudet, utiturque *Pontificalibus*, neque *Præbendam* poſſidet; ſed dumtaxat, tamquam primus Presbyter ex Civibus Participantibus *Duplicem* refert *partem ex Diſtributionibus*, quam reliqui obtinent Presbyteri. Propterea quiſque ex ſe dijudicare poteſt, (dummodo aliquod de Eccleſiarum regimine experimentum habeat) quam infeliciter regere, & gubernare poſſit Sacerdos ſimplex Concivis congrua ſuſtentatione deſtitutus. Quis enim ignorat, quot, quantaque diſpendia requirantur, ut licentia coerceatur dyſcolorum in loco præſertim populoſo, uti revera eſt *Cerinniola*, ubi ſæpiſſime accidere poteſt (utinam non accideret) quod Prælatus duos, aut tres Presbyteros uno, eodemque delicto reos punire volens, hi cum majorem habeant *Archipresbytero* nume-

Supra cap. XIII. pag. 190.

Franceſco Lombardo Cronologia degli Arciveſcovi di Bari n. 31. p. 102.

numeratam pecuniam, juſtitiam hac opprimunt, pœnaſque debitas declinant, & effugiunt. His atque aliis abſurdis, & inconvenientibus *Viſitatio* prætenſi *Vicinioris* nullum plane remedium afferre potuit. Etenim prætenſus Vicinior cum 18.*milliariis a Cerinniola* diſtet nullatenus poteſt efficere,& procurare,ut decreta tempore Viſitationis edita debitæ demandentur executioni. Eapropter recte creditur, quod ſi hæc *Terra Canuſino ſubderetur Archiepiſcopo*, (ex qua nihil *utilitatis*, aut *pecuniæ* ipſe retraheret) melius poſſet, cum ſit propinquus & proximus, regimini tum *Cleri*, tum *Populi* invigilare, & attendere, ſæpius ad ipſam pergendo, & propria *Paſtoris* officia obeundo.

IV. Canuſino Archiepiſcopatui uniri poſſet Cannarum Eccleſia, quæ modo æque principaliter unita reperitur Nazareno Archiepiſcopatui, hac adjecta lege, quod tamdiu hæc Unio perdurare debeat, quamdiu ſub jugo infidelium S. Nazarena Civitas perſeveraverit.

48. Porro hæc unio neceſſaria omnino reputatur. Nam cum Archiepiſcopus *Nazarenus Montiſviridis* Eccleſiam dimittere debeat, par, æquumque eſt, ut Eccleſia Canuſina, ſicut ſupra deſcripſimus, ei gubernanda tradatur, tum ut habeat unde ſuſtentari poſſit, tum ne otio diffluat, ad *Canuſinæ Eccleſiæ* regimen cum ampla, quam ſupra expreſſimus, juriſdictione attendens. Expreſſa tamen ſupradicta lege, quam S.Sedes habet in more, ut hujuſmodi Uniones, non niſi durante ſervitute Eccleſiarum ſub jugo Infidelium, perdurarent, exemplo adducto a *P. Andreucci de EPISCOPATU TUNISEN.* (ejus ſunt verba) *qui ſub S. Pio V. inſtante Cardinali Pacecho fuit annexus Officio exercendi Pontificalia in locis* Nullius Diœceſis *Militiæ S. Jacobi de Spatha*, *QUAMDIU TALIS EPISCOPATUS ESSET SUB INFIDELIUM POTESTATE.*

Andreucci de Epiſcop. Titular. par. 1. n. 29. pag. 25.

V. Archiepiſcopus ita conſtitutus tam in Conſiſtorio, quam in omnibus Actibus, & Scripturis Archiepiſcopus Canuſinus, & Nazarenus nominari, & in Civitate Canuſina reſidere debeat.

49. In quo ſane capite non ſolum *æquitatis* ſumma continetur, ſed in id etiam tam urgens *Neceſſitas*,quam evidens uniendarum Eccleſiarum *Utilitas* conſpirant. Certo enim certius eſt *Archiepiſcopatus Canuſini* erectionem antiquiorem eſſe *Archiepiſcopatu Nazareno*, prout, cæteris aliis documentis prætermiſſis, conſtat ex Bulla *Joannis XIX.* anno 1035. expedita, ex qua Canuſini Archiepiſcopatus antiquitas deprehenditur. Viciſſim vero *Nazarenam* Eccleſiam ſimplicem tantummodo anno 1120. habuiſſe *Epiſcopum*, patet ex ejuſdem Epiſcopi ſubſcriptione facta in Concilio *Neapolitano in Samaria* habito ſuperius adnotato. Neminem ſane ignorare arbitramur, quod in rem judicatam tranſierit, Prænominationem omnino pertinere ad Eccleſiam antiquiorem; unde ad id demonſtrandum, confirmandumque non multis certo opus

Supra cap. X. pag. 145.

Supra p.118.& ſeq.

Digitized by Google

opus ſit: cum nobis ſatis ſuperque erit allegare celebrem *IX. Pitonii Diſceptationem*, in qua plurimæ, hac ſuper re adducuntur deciſiones. Quod vero ad Reſidentiam attinet, quam Archiepiſcopus *Canuſii* potius, utpote *vera Diœceſi* cum *Clero, & Populo*, quam in Eccleſia *Nazarena Baruli*, ubi parvam habet Eccleſiam & in ſupradictas 50 *ſolum perſonas* exercet juriſdictionem ab Archiepiſcopo *Tranen.* loci Ordinario illi impugnatam, præſtare debet, videtur ſane, quod omni proculdubio hoc exigant, & poſtulent, & *æquitas*, & *juſtitia*, uti opportune ad rem noſtram hanc controverſiam diremit Bened. XIV. *Quare*, ait, *locum hic habere poſſe videtur Canonici Juris regula, juxta quam, ſi ex Indulgentia Romanæ Sedis quis plura obtineat Beneficia, quorum unumquodque adnexam habeat incompatibilem* reſidendi *obligationem, in* Digniori, *magiſque* Titularis *præſentia indigente reſidere debet*, cum oporteat eum in majori Eccleſia deſervire: *verba ſunt textus in* cap. Extirpandæ de Præbendis: *qui textus eodem modo intelligitur a Doctoribus relatis a Fraſſo* de Patronatu *Regio Indiarum cap. 27. num. 11. & ſeq.*

Pitonius Diſcept. Eccl. ſ. Diſcept. 9.

Benedictus XIV. de Synodo l. 13. cap. 8. §. X. pag. 498.

VI. Pergunt Sapientiſſimi Viri, & exiſtimant, quod Archiepiſcopus omnino deputare teneatur Vicarium Generalem in Eccleſia Canuſina, qui terminare debeat omnes, & ſingulas cauſas, tum ſpirituales, tum civiles, tum criminales, tum mixtas in Diœc. Canuſina; & quod volens Archiepiſcopus ad ſe avocare cauſas in gravioribus, minime valeat, & poſſit Reos Barulum amandare, aut ibi in vinculis conjicere, ac detinere.

50. Et hoc ſane requirit *æquitas*, eademque poſtulat, ut omnino caput hoc magna quidem prudentia, ac ſapientia conceptum ſtabiliatur. Nam maxime, & non ſine fundamento timendum eſt, ne *Archiepiſcopi* pro tempore plus æquo Adminiſtros ſuos *Nazarenos* amore proſequentes, imperium hos in *Canuſinos* veluti exercere permittant, atque ita cauſas ad Tribunal illud attrahant, ad quod minime tutus patet acceſſus ex eo, quia cum *Barulum* in *Tranenſi* ſit *Diœceſi*, nil facilius, quam in contentionem veniant cum ſubditis *Tranenſibus*, qui multo ſunt numeroſiores. Unde quiſque videt, æquitati, & juſtitiæ conſonum eſſe, ut Archiepiſcopus ſuos miniſtros *Nazarenos* in Diœceſi *Canuſina* ſeſe intromittere nullatenus permittat.

Supra pag. 223. & ſeq.

VII. Cautum omnino eſſe deberet, ut Archiepiſcopus, vel Synodum celebraturus, vel Sacra Olea confecturus, aut examina pro Parochiis, Ordinibuſque indicturus, aut Supplicationes habiturus, aut alias functiones etiam pro publica cauſa peracturus nullo modo poſſit, & valeat adigere Canuſinæ Diœceſis Presbyteros,

ut

Digitized by Google

ut Barulum ſeſe conferant, ad iiſdem functionibus in Eccleſia Nazarena intereſſendum.

Benedictus XIV. de Synodo lib. 2. cap. 5. p. 15.

51. Juſtitia enim poſtulat, ut deſcriptæ functiones in *Cathedrali* antiquiori, & digniori peragantur. Id quod diſertiſſimis ſubjectis verbis BENEDICTUS XIV. confirmavit videlicet: *Inter Eccleſias autem, ſi fieri poſſit, eligenda eſt* Cathedralis, *quæ arctiori vincula Epiſcopo alligatur, aliarumque Eccleſiarum* Mater *eſt, &* Caput; *quamvis, urgente aliqua rationabili, & honeſta cauſa, non prohibeatur Epiſcopus* Synodum *facere in alia Eccleſia, quod bene notavit* Monacellus *in* formul. legal. part. 1. tit. 5. formul. 3. num. 7. *Simile eſt, quod dicitur de Chriſmate, ac Oleis Cathecumenorum, & Infirmorum, quæ licet aliquando, ac præſertim cum Epiſcopus abeſt a Civitate, conſecrari poſſint in qualibet Eccleſia, regula tamen eſt, ut, cum fieri poteſt, conſecrentur in Cathedrali, juxta declarationem Congregationis Sacrorum Rituum die* 17. *Novembris* 1600. *relatum a Cardinali de Aguirre tom.* 4. *Concil. Hiſpaniæ pag.* 784. Quapropter declaretur oportet, quod in deſcriptis, aliiſque ſimilibus caſibus pro Eccleſia Cathedrali intelligi debeat *Canuſina*, ſeu alia Eccleſia ejuſdem Diœceſis, numquam vero *Nazarena Baruli* ex ſtens, quæ non eſt *Cathedralis*, niſi *Honoraria*, ut idem R. Pontifex indicavit.

Idem RP. ſupra allegat. pag. 219.

VIII. Omnino declarandum eſſet, quod omnes Capituli Canuſini Præbendæ ſint de ſua natura Patrimoniales pro ſolis Canuſii Civibus.

52. Prætendunt namque Canuſini, quod Capituli *Præbendæ* conferri debeant *ſolis Civibus*, pro quibus exſtat *Statutum*, cujus vigore participare poſſunt de *maſſa Diſtributionum*, e quibus participant tam *Dignitates*, *&* *Canonici*, quam *ſimplices Presbyteri* eidem Eccleſiæ adſcripti; quæ quidem Participatio multo pluris eſt, quam unaquæque *Præbenda*. Hactenus *Præpoſiti Canuſinis* gratificari non prætermiſerunt; quoniam vero nunc *Eccleſia Canuſina* tranſire debet in poteſtatem *Archiepiſcopi*, qui plures habebit Eccleſias, idcirco veretur ne hic non *Canuſinis Civibus*, ſed *Exteris* præbendas conferat, vel ſi harum præbendarum proviſio ad *Apoſtolicam Sedem* ſpectabit, ne pro *Exteris Teſtimoniales* expediat litteras timendum eſt. Quare ut lites, & ſcandala declinentur illud expediret, ut *Apoſtolica S. Sedes* declararet *Præbendas hujuſmodi ex earum natura eſſe Civium Canuſinorum*.

IX. Præterea Canuſinum Capitulum iis omnibus privilegiis frui deberet, quibus aliarum Cathedralium Eccleſiarum, ac præſertim Nazarenæ, Capitula fruuntur: itaut utrumque Capitulum in ſuis reſpective Eccleſiis, & in caſibus a Sacris Canonibus permiſſis proprio Archiepiſcopo aſſiſtere debeat; ſi autem Sedem vacare contigerit, unumquodque Capitulum Vicarium Capitularem

larem ſibi conſtituat, juriſdictione Canuſini Vicarii tamdiu perdurante, quamdiu in Canuſina Eccleſia poſſeſſionem capiat novus Archiepiſcopus.

X. Demum ne pro Cathedratico, Synodatico, aut Procuratione a Canuſino Capitulo quicquam exigat, aut exigere prætendat Archiepiſcopus ſtatuendum eſſet; Et quoad Caritativum ſubſidium quidem ſervata hucuſque cum Præpoſitis pro tempore methodus; & quoad Cancellariæ jura Innocentiana Taxa; quoad vero ſpolia celebris Innocentii XII. Conſtitutio ſervari adamuſſim debeant. Archiepiſcopis autem pro tempore illud prohibeatur, ne a Diœceſi Canuſina extrahant monumenta vetera; ſive Inſcriptiones, ſive Marmora, ſive Scripturas, de quibus Cancellarius, & deſcriptionem facere præſentibus duobus Canuſini Capituli Deputatis, & rationem reddere teneatur.

53. Hæc omnia conceſſa fuerunt Eccleſiæ *Terlitien.* quando in Cathedralem fuit elevata, & *Juvanecen.* unita, idcirco denegari non deberent *Eccleſiæ Canuſinæ*, tot decoribus, ac privilegiis refertæ; immo & aliæ quamplures hujus generis conditiones poſſent apponi, ut ſupradictarum *Eccleſiarum* Unio, ſine alicujus præjudicio, in *utilitatem* cedat *Canuſinæ Eccleſiæ*, in qua divini nominis *Cultus* augeretur, & *Pax* populi de juribus *Eccleſiæ* ſuæ apprime ſolliciti conſervaretur. *Bulla Bened. XIV. in ſuo Bullario tom. 3. Conſtitut. 14. pag. 107.*

54. Cæterum hæc, quæ hucuſque expoſui, atque narravi ea omnia prorſus ſunt, quæ pro ingenii mei tenuitate, utcumque colligere potui magna temporis anguſtia preſſus, nec bona valde uſus valetudine. Utinam vero quemadmodum mihi conſcius ſum diligentiæ, induſtriæ, ac laboris in hoc quocumque opere concinnando poſiti, ita ſcopum, & finem, quem mihi in ſcribendo præfixi, ſaltem attigiſſe, aſſerere poſſem. In multis quidem deficere potui, ſive notitiarum defectu, ſive judicio in earum uſu, & applicatione facienda, ſive in alia quacumque re, quæ paſſim legentibus occurrent. In eo conſolabor tamen, quod officio meo, nempe *Adminiſtratoris Eccleſiæ Canuſinæ*, ſatisfacere omni ope, ſtudioque curavi, nec nihil certe prætermiſi eorum, quæ ad inconcuſſa illius jura præſervanda, ac vindicanda, & ejus immortalia decora, & monumenta illuſtranda, conducere poſſe mihi viſa ſunt, ut nunquam eidem *detrimentum*, ac *præjudicium* inferri poſſet. Illud etiam me tetigit, recreat, ac confirmat, quod certe hac qualicumque *Opella* multi *Literati Viri*, ſive hujus labentis, ſive futurorum ſeculorum exacuentur, & inflammabuntur, ut nova monumenta perquirant, & explorent, & bono in lumine collocent, quo magis *Canuſinæ Eccleſiæ* privilegia, & jura

tueri, ac propugnari poterunt. Quidquid vero intemperantioris criticæ homines in me blaterabunt, juſti certe rerum æſtimatores hæc æqui, bonique conſulunt, meque venia, & excuſatione dignum proculdubio reputabunt, quippe qui optime norunt, quam difficilis, & prope deſperata res ſit antiquas res recentibus accomodare, uti præ cæteris monuit *Plinius*: *RES ARDUA EST VETUSTIS NOVITATEM DARE.*

55. Demum ſancte teſtor ac ſincere profiteor non alia de cauſa excelſa, ac ſublimia *Eccleſiæ Canuſinæ* merita in medium protuliſſe, quam ut ea *Superiorum* oculis ſubjicerem, nihilque antiquius, priuſque habui, quam eorum mandatis maxima, qua par eſt, reverentia & diligentia obtemperarem. Cæterum non ſum neſcius, quod ubi de mutando, firmandoque *Eccleſiarum* ſtatu agitur, hoc pleniſſimo jure pertineat ad *Sanctam Apoſtolicam Sedem*, idque totum pendeat non a merito, qualitateque *Civitatum*, ſed unice a voluntate, facultateque *Pontificis*, qui ſolus ſupremam omnimodamque in omnibus Eccleſiis poteſtatem habet, & auctoritatem. Hæc porro lex, quæ, ut nemo non novit, univerſalis eſt, & antiquiſſima a nemine majori vi, conſtantia, robore, ac fortitudine defenſa, & propugnata fuit, quam *a Canuſina Eccleſia*, cujus rei perpetua, & luculentiſſima extant in *Annalibus Eccleſiaſticis* monumenta. Celeberrima enim eſt legatio Apoſtolica *S. Probi Epiſcopi Canuſini*, de qua mentionem fecit BENEDICTUS PP. XIV. his verbis: *Die 2. Martii colitur feſtum S. Simplicii Papæ, & Confeſſoris, qui Leoni Imperatori ſatagenti, ut rata haberentur decreta Synodi Chalcedonenſis, quæ pertinebant ad privilegia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod a prædeceſſoribus Pontificibus obtinere non potuerat, obſtitit, miſſo ad eum Probo Epiſcopo Canuſino Legato*. Cujus quidem legationis nullus alius fuit finis, ac ſcopus, niſi ille quem *S. GELASIUS R. P. ORIENTIS EPISCOPIS* ſignificavit, expreſſitque in Epiſtola ad Dardanos ſuperius allegata. Quæ ſane verba cum demiſſimos ſenſus meos mirifice comprobent, ac confirment eiſdem totam, quanta eſt, & qualiſcumque tandem ſit, *Relationem* meam obſigno: *Sub ſanctæ memoriæ* (ſunt S. Gelaſii verba) *Papa Simplicio Legatum Sedis Apoſtolicæ Sanctæ memoriæ PROBUM CANUSINÆ URBIS EPISCOPUM Leone principe tunc petente præſente docuiſſe: nullatenus poſſe tentari, neque his prorſus præbuiſſe conſenſum, atque ideo NON AD CIVITATIS CUJUSLIBET RESPICIANT QUALITATEM, SED MODUM DISPENSATIONIS ECCLESIASTICÆ, PATERNA TRADITIONE FIRMATUM, CONVENIENTER OBSERVENT.*

Benedictus XIV. de Canonizat. lib. 3. c. 32. n. 12.

S. Gelaſius PP. Epiſt. ad Dardanos de qua ſupra pag. 25.

F I N I S.

AP-

APPENDIX
AD RELATIONEM
ECCLESIÆ CANUSINÆ.

I.

Bulla Joannis PP. XIX., qua teſtatur, ſe conſecraſſe Biſantium in Sanctæ Canuſinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, in eaque deſcribuntur Suffraganeorum Eccleſiæ, ac nonnulla Oppida Diœceſis Canuſinæ.

IOANNES Epiſcopus Servus Servorum Dei. Reverendiſſimo Confratri, ac noſtro ſpirituali filio Biſantio Sanctæ Canuſinæ Eccleſiæ a nobis conſecrato Archiepiſcopo omnibus diebus vitæ tuæ. Convenit Apoſtolico moderamine pia religione pollentibus benibola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animi alacri devotione impartire aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum primum a Conditore omnium Deo in Sydereis Arcibus præſcribitur remunerationem, quando egregia, ac venerabilia loca ad meliora fuerint ſine dubio ſtata perducta. Igitur quia poſtulaſti a Nobis quatenus ob tua reverentia, atque amabilis fraternitas, concederemus, & confirmaremus cunctis diebus vitæ tuæ præfatum Archiepiſcopatum Sanctæ Canuſinæ Eccleſiæ cum omnibus ſibi adjacentiis, vel pertinentiis, videlicet duodecim Epiſcopatus quemadmodum abolitana tempora, ſcilicet noſtris Anteceſſoribus ſanctæ memoriæ decreverant, ut Archiepiſcopus duodecim ſub ſe ordinaret Epiſcopos. Unde nunc juſte precantium votis faveamus, ut & vobis prænominato Biſantio Angelico Archiepiſcopo conſecrarem in præfatæ Eccleſiæ Sanctæ Canoſinæ, cum univerſis Civitatibus, & Caſtellis. Hoc ſcilicet Canuſinæ. Bari. Meduneo. Juvenacio. Melficta. Rubo. Trane. Canni. Minerbino. Aquatecta. Monte Melioris. Labellotatum. Ciſternæ. Bitalbæ. Salpi. Cuperſano. Puliniano ſimul, & Catera, & aliarum Civitatum, atque Caſtrorum ſibi adjacentium, vel longe, lateque ibi poſitæ donec impleatur duodecimus Epiſcopus. Itaque confirmamus vobis omnes fundos, & Caſales una cum Caſis, & vineis, Servos, & Ancillas, una cum Maſſis, & Maſſariciis, atque Molendinis, litora cum Portu, Montibus, & Collibus, atque Planiciis, & Pratis ſimulque Plebibus, ſive Eccleſiis cum omnibus titulis, ſive Capellis ſuis. Verum etiam Monaſteriis Virorum, ſeu Puellarum, tam Græca, quam Latina, cum univerſis ordinibus Eccleſiaſticis, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Presbyteris, & omnia, & univerſa prædia, & poſſeſſiones cultum, vel incultum, atque cum omnibus, quæ dici, & nominari rura ſolent generaliter, & integro pertinentibus, conſtitutos a termino Apuliæ. Præterea concedimus cum Authoritate Beatorum Apoſtolorum Principis Petri, & Pauli; & cæteris ſimul qui eorum fungimur Vicaria-

Apud Ughell. de Archiepiſcop. Baren. tomo 7. pag. 601. & nos ſupra cap. X. pag. 345. & ſeq.

Suffraganeorum Eccleſiæ & Oppida Diœceſis Canuſinæ Eccleſiæ.

Facultas communicatur Archiepiſcopo conſecrandi Epiſcopos Suffraganeos, & utendi Pallio.

tum, quatenus licentiam habeas cunctis diebus vitæ tuæ utere pallium, & Epiſcopos conſecrare cum omni humilitate, atque reverentia, quia tale hoc tantum Paſtorale officium arripere, ſi ſine interiori vigilantia perpendatur, plus eſt oneris, quam honoris, quippe cum propria non ſufficit curare, niſi & ſalubriter geſſerit alienum. His ita breviter prælibatis nunc benigne, & in Chriſto amantiſſime eſto forma omni bonitate. Eſto forma cunctis videntibus, ſeu audientibus: imitare ſuorum veſtigia in terris, ut eorum conſortem eſſe mercaris in Cœlis. Quas vero ſupraſcriptum Archiepiſcopum Canuſinum cum omnibus ſuis pertinentiis, & Epiſcopos ipſos per manus veſtras conſecrandi, atque Uſu Pallii per Authoritatem Apoſtolicam utendi a præſenti Octaba Indictione omnibus diebus vitæ tuæ concedimus, atque confirmamus tenendum, atque dominandum, & omnia cum Dei timore regendum, & gubernandum; itaut nullus Patritius, ſeu Catapanus, atque Excubitus, vel qualiſcumque honoris, ſeu Dignitatis Imperialis ſit, audeat, vel præſumat dijudicare, vel moleſtare, aut inquietare de ulla re, etiam nullus Clericus, nulluſque Laicus, vel quælibet perſona hujuſmodi audeat, vel præſumat ibidem aliqua moleſtia, vel contraria facere. Statuentes quippe Apoſtolica cenſura ſub Divini Judicii obteſtatione, & Anathematis interdictionibus, ut nullus umquam noſtrorum Succeſſorum Pontificum, ſive Regum, vel Imperatorum, aut cujuslibet magnæ parvæque Poteſtatis audeat interdicere, vel confringere hoc, quod a nobis conſtitutum, & ordinatum eſt. Si quis autem, quod non credimus, temerario auſu contra hoc noſtrum inſtrumentum Apoſtolicum Privilegium extiterit, ſciat ſe, niſi reſipuerit, Authoritate Dei Omnipotentis, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & cæterorum, Anathematis vinculo eſſe innodatum, & a Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus impiis ſocius ſit in Inferno. Qui vero pro intuitu Cuſtos, & obſervator hujus noſtri Apoſtolici Privilegii extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam a Domino percipere mereatur in ſecula ſeculorum Amen.

De vi hujus clauſulæ eruditiſſime P. L. Matthæus Jocutii C. M. V. in ſuo opere Chriſtian. Antiquit. edit. Romæ 1758 pag. 32. cum ſeq.

Scriptum per manus Rogerii Notarii Regionarii, atque Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Menſe Junio Indict. VIII. (*hoc eſt anno* 1025.) *Valete*.

II.

Bulla Urbani II. conſecrationis ELIÆ in Archiepiſcopum Barenſem; abſque præjudicio juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum, Canuſinæ videlicet, & Barenſis.

Apud Card. Baronius Annal. ad an. 1089. §. 5. Ughell. de Archiepiſ. Baren. tom. 7. col. 608. Labbei Conc. tom. XII. col. 715. & nos ſupra cap. XI. §. II. pag. 162. & ſeq.

URBANUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimo Fratri Eliæ Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quia noſtris temporibus Eccleſiam, quam Deo auctore regis, frater chariſſime, Barenſem (quæ & Canuſina dicitur) omnipotens Deus beati Confeſſoris ſui Nicolai corpore viſitare dignatus eſt; nos auctore Deo Apoſtolorum Petri Paulique Vicarii, propter Eccleſiaſtica negotia exequenda, in Apuliæ Provinciam deſcendentes, chariſſimorum filiorum Romanæ Eccleſiæ Rogerii Ducis, & Fratris ejus Boamundi, atque veſtris deprecationibus invitati Civitatem veſtram pro Beati Confeſſoris Nicolai dilectione præcipua viſitavimus; cum magna undique convenientis Populi frequentia lætitiaque beati Nicolai reliquias in locum parati adyti conferentes, contra morem noſtræ Romanæ, & Apoſtoli-

ſtolicæ Eccleſiæ te, dilectiſſime Frater, in ſede propria conſecravimus, beati Nicolai reverentia, & tui Populi dilectione devicti. Te igitur in ſpecialem Romanæ Eccleſiæ filium amplectentes amoris intimi brachiis, tuamque, cui, Deo auctore, præſides, Barenſem (quæ & Canuſina habetur Eccleſia) exaltare, & populum tuum, tam temporalibus, quam æternaliter glorificare, largiente Domino, & favente juſtitia, cupientes; confirmamus tibi præſentis paginæ auctoritate integrum Barenſem (qui, & Canuſinus eſt) Archiepiſcopatum, ut tu, tuique ſucceſſores, Epiſcopali jure illum regas, diſponas, atque poſſideas, ſalva Romanæ auctoritate Eccleſiæ, quæ inſtituente Domino, Eccleſiarum omnium princeps eſt, cuique ut matri ſumma debet ab univerſis reverentia exhiberi.

Intuitu Corporis S. Nicolai Eccleſia Baren. erecta fuit in Archiepiſcopalem.

Eccleſia Baren. Canuſina nuncupabatur.

Archiepiſcopatus Baren. Canuſinus eſt.

2. Abſque præjudicio ergo Juſtitiæ quarumlibet Eccleſiarum, ſequentes tenorem, qui noſtrorum continentur privilegiis prædeceſſorum Barenſis, ſive Canuſinæ Eccleſiæ poſſeſſiones, ſive Diœceſes tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidendas, regendaſque contradimus. Hæ autem ſunt, Canuſia, Biſtictum, Bitontum, Midunium, Juvenatium, Melficta, Rubum, Tranum, Canna, Minervinum, Aqua tecta, Mons meliorus, Lavellum, Rapulva, Melfis, Bitalbis, Salpi, Cuperſanum, Palimarum, ſimul & cætera, quæ intra Marini litoris ora ſita eſſe cognoſcuntur. Hæc vero & alia municipia ſive civitates prædictis Civitatibus adjacentes, ſive longe poſitæ, ſed ad eas pertinentes confirmamus vobis, & omnes fundos, & caſales, una cum caſis, & vineis, cum ſervis, & ancillis, cum Maſiis, & Maſſaritiis, atque molendinis, cum portubus Montibus, & pratis ſimul cum plebibus, ſive Eccleſiis, cum omnibus titulis, ſive cappellis ſuis, ſimul etiam cum Monaſteriis Virorum, ſeu Feminarum, Græcis, aut Latinis, cum univerſis ordinibus Eccleſiaſticis; & quidquid honoris, poſſeſſionis, ſeu dignitatis per legalem largitionem, & juxta conceſſionem antiquitus tenuiſſet, & quidquid juſtitiæ non contradicit, & antiquitus ſuperadditum eſſe probatur, & in futurum juſte poterit Barenſis, & Canuſina Eccleſia adipiſci. Atque hujuſmodi Privilegia præſenti auctoritatis noſtræ decreto indulgentes; ſtatuimus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antiſtitum, nullum quacumque dignitate præditum, vel quemquam alium audere minuere, alienare, ſive ſuis uſibus applicare de iis, quæ eidem Eccleſiæ à quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel deinceps, Domino favente, donari contigerit.

Pontifex reſervat. jura Eccleſiæ Canuſinæ cum aſſerta Unione utriuſque Eccleſiæ Canuſinæ & Baren., quæ ſuppoſita fuit jam peracta ab Urbani II. Prædeceſſoribus.

3. Præterea fraternitati tuæ Pallii uſum ex more concedimus, ut eo inter Miſſarum ſolemnia iis dumtaxat feſtivitatibus utaris, videlicet, Nativitate Domini, S. Stephani, Epiphania, Cœna Domini, Reſurrectione, Aſcentione, Pentecoſte, Nativitate S. Joannis Baptiſtæ; Natalitiis Apoſtolorum, & tribus feſtivitatibus S. Mariæ, feſtivitatibus Sanctorum Nicolai, & Sabini, feſtivitate omnium Sanctorum, in annuo Ordinationis tuæ die, in ordinatione Epiſcoporum, ſeu cæterorum Clericorum, in conſecratione etiam Eccleſiarum, in translatione etiam Domini Confeſſoris Nicolai. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut honor tantæ dignitatis, ſupplementum utique totius Sacerdotalis ordinis, moribus tuis conveniat; & non ſolum exteriori homini tuo decorem præſtet, & gratiam, ſed & interiorem quoque multiplici virtute corroboret. Siquidem iſta ſunt pallii, iſta ſunt hujuſmodi indumenti; ut Deum ex toto corde, tota anima, & omni virtute diligas, & proximum tuum ſicut te ipſum. Nam licet ad uſum pallii omnium virtutum orna-

Dies aſſignati in quibus Archiepiſcopus uti poterat Pallio.

men-

Digitized by Google

menta ſint neceſſaria ; inſeparabiliter tamen Charitas, quæ omnes ſuperexcedit, hac pollentem dignitate comitari convenit. Ad imitanda igitur omnium bonorum inſtrumenta, vita, & ſcientia tua ſubditis tuis ſit forma, & regula, ut ſi quid in eis ex humana fragilitate reprehenſibile deprehenditur, intuitu ſanctæ converſationis tuæ ad rectitudinem ſinceritatis tuæ corrigatur, quibus ſic ſtudeas diſpenſationis tuæ jura moderari, ut in corrigendis vitiis, & zelo rectitudinis ferveas, & modum temperantiæ, non excedas. Et ut multa paucis explicemus quidquid in Sanctorum Patrum dictis repereris, ad tuam, & eorum, qui tibi ſubduntur, utendum cenſeas ædificationem, quatenus documentis tuis inſtructi, atque boni Paſtoris veſtigia conſecuti, ad regnum Summi Paſtoris tecum valeant pertingere, & perpetuæ vitæ felicitatem, Domino annuente, percipere. Amen.

Datum apud Barum per manus Joannis Diaconi anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo nono: anno vero Pontificatus Domini Urbani Papæ ſecundo; Indictione decima tertia nono Octobris.

III.

Inſtrumentum Joannis Archidiaconi Baren., plura ſcitu utilia continens quoad præten. Inventionem Reliquiarum S. Sabini: Juriſdictionem Præpoſiti Canuſini, & electionem Urſonis Archiepiſc. ex voluntate Ducis Roberti Guiſcardi.

Apud Card. Baronium ad an. 1091. §. XVII. Ughell. de Archiep. Baren. col. 605. & 610. Bolland. in vit. S. Sabini 9. Febr. tom. 2. ejuſdem menſis pag. 329. & nos cap. X. §. IV. pag. 152. & cap. XII. §. II. pag. 172. cum ſeq.

1. TEmporibus Urſonis Archiepiſcopi, qui prius fuerat apud Rapollam Epiſcopus, ſed poſtea per potentiam, & voluntatem Ducis Roberti a Papa Gregorio, qui & Hildebrandus dictus, ad Eccleſiam Barenſem traductus fuerat, Archiepiſcopus ordinatus eſt, qui me a primo gradu Eccleſiaſtico uſque ad Leviticum ordinavit, & Archidiaconatus honorem mihi conceſſit indigno. Sermocinatio inter Clericos veteres Eccleſiæ noſtræ illo præſente de altari veteri, quod erat in Confeſſione multoties orta eſt. Requirebat enim ipſe Archiepiſcopus a Sacerdotibus veteranis de eodem altari, & illius conſecratione, vel reliquiis, vel a quo fuerat olim conſecratum: de multis etiam Eccleſiæ noſtræ rebus quemadmodum hominibus conſuetudo eſt, ſcire volens interrogabat. Illi autem retulerunt ei reſpondentes eamdem fuiſſe Archiepiſcopatus Eccleſiam, quæ modo eſt Confeſſio, poſtea vero deſuper incœpta eſt Eccleſia, ad honorem B. Dei Genitricis, & ſemper Virg. Mariæ a Biſantio Archiepiſcopo, & a Nicolao Archiep. ejus ſucceſſore conſummata. Verumtamen de Altari prædictæ Confeſſionis incerti erant, a quo fuerat Pontifice conſecratum, vel cujus Sancti Reliquiæ ſuppoſitæ, a ſuis autem prædeceſſoribus relatum memoria retinebant, Sanctorum Confeſſorum Memoris, & Rufini, qui olim Eccleſiæ Canuſinæ fuerant Pontifices, corpora recondita conſervari. Colloquium itaque inter nos cum eodem Urſone habebatur Archiepiſcopo de inquirendis ſub prædicto Altari Sanctorum iſtorum corporibus, quoniam, id quod de eiſdem referebatur, mentibus noſtris verſabatur ambiguum. Verum quia ipſe Archipræſul multis, & variis impeditus erat negotiis, inquiſitio iſta protracta eſt, ſuoque in tempore omnino dimiſſa.

2. Erat namque majorum cauſarum fere omnium Ducis Roberti, & Conſiliorum intimus, & particeps, quia & fideliſſimum ſibi ſuis in negotiis jam, & probatum habebat aliqua in legatione Apocriſarium. Nam frequenter ad prædictum Papam legaverat, & Hiſpaniam illum miſerat, quoniam filiam

liam ſuam Comiti Barzelonenſi nuptui dederat, quem de ſuæ Provinciæ regno pro nuptiis confirmandis, uſque in terram iſtam, quæ ſub ejus Ducis erat Dominio, cum multo comitatu, & apparatu ſumptuoſo conduxerat. Præterea, cum eodem Duce, quocumque ibat, equitabat fere totius anni per ſpacium; quoniam pro his, quæ retulimus, & aliis prope ſe illum volebat degere, ſuiſque in negotiis, ut prænotavimus, habere participem. Rariſſime igitur ſuum ad Epiſcopatum veniebat, aut in Paſcha, vel in Natalis ſolemnitate Domini, aut in quibusdam paucis anni partibus, non tamen diu morabatur, ſed tribus diebus, vel quatuor, aut, ut multum, per ſeptimanam. Hoc itaque modo tranſeundo per tempora fatigatus, & inquietus, ſicut ipſe nobis retulerat, ſæpe multis ſub laboribus, & itineribus, & ſollicitudinibus, utpote tanto Duci ſervire, ac placere volebat, vixerat. Tandem autem Hieroſolymam cauſa orationis, ad Sepulcrum Domini profectus eſt, & in eodem anno exinde Barum rediit, & aliquanto tranſacto tempore ivit Canuſium, ibi infirmatus obiit, & ſepultus eſt ſextodecimo Kalen. Martii. Hic vixit in Archiepiſcopatu Barenſi annis novem, & menſibus octo.

Robertus obiit de anno 1085. & Urſus, abſoluto munere Conſiliarii, in Eccleſia Canuſina reſidere conſuevit ibique obiit, & raro, ac per aliquos dies Bariam pergebat uti illius Eccleſiæ Commendatarius.

3. Hujus autem poſt obitum ſucceſſit Elias Archiepiſcopus, qui prius Abbas fuerat, corpuſque Sancti Nicolai ſua in procuratione abſque ordinatione tenebat. Hoc autem electo in Archiepiſcopum voluntate, atque conſenſu Ducis Rogerii filii Ducis dicti Roberti, Melfiam Papam Urbanum adivimus, qui ibidem Synodum celebrabat menſe Septembri, quem rogavimus, ut uſque Barum deſcenderet, prædictumque conſecraret Eliam in Archiepiſcopatus honorem, Domino Boamundo eumdem Papam nobiſcum deprecante, qui eo tempore Barum jam ſuo tenebat ſub dominio: ipſo vero conſecrato ab eodem Papa in Eccleſia noſtri Archiepiſcopatus, ſæpe cum eo loquebamur de prædictis corporibus, atque altari. Cœpit ergo ſollicitus eſſe, ut quæreret, quatenus de hoc, quod ambigue dicebatur, & habebatur, certus foret, & amplius non dubitaret. Nam de corpore S. Sabini mentio nulla erat, ſed de ſupradictis Confeſſoribus, nec temporibus prædicti Eliæ Archiepiſcopi, neque Archiepiſcopi Urſonis. Exiſtimabatur enim, quod apud Eccleſiam Canuſinam illius ſanctæ reconditæ fuiſſent reliquiæ; quod probavit poſtea rei veritas fuiſſe mendacium. Multoties enim quæſitum eſt in eadem Eccleſia de Confeſſoris ejusdem corpore, & a Mordaco nomine prædictæ Præpoſito Eccleſiæ, atque Rainerio, & aliis, qui præfuerant; ſed nunquam, & nuſquam ab illis potuit hactenus inveniri. Quippe quod ibi non erat, quomodo invenire valebant? Hoc autem modo in Eccleſia noſtra voluntate divina, quod multos ignotum per annos fuerat, ſcriptura nulla ſignificante, repertum eſt tandem.

Fama conſtans, quod Corpus S. Sabini fuerit Canuſii.

Eccleſia Canuſina jamdudum ſub Juriſdictione Præpoſiti fuerat.

4. Nam prædictus Elias Archiepiſcopus cœpit ſimulac, ut prænotatum eſt, eſſe ſollicitus de Memoris, atque Rufini Confeſſorum in altari jam dicto, ut certus eſſet, de requirendis corporibus, non quievit, vel oblivioni, quemadmodum Urſo fecit Archiepiſcopus, tradidit, ſed juſſit altare deſtrui; Quo diruto, apparuerunt oſſa in anteriori altaris facie, veluti ſub quadam ſpeluncula, vel ſepultura condita, quodam contecta panniculo. Quo viſo ſtatim cœpit idem Archiepiſcopus illum auferre caute atque ſuaviter. Verumtamen illum non ſequebatur integer totus; particulæ namque illius ab illa, quæ prius fuerant integritate corruptæ, jam putrefactæ cadebant. Multorum quippe annorum curricula tranſierunt; ab illo etenim tempore, quo ſupradicta

Fama quod Corpora SS. Memoris, & Rufini Epiſcoporum fuerint è Canuſio Bariam tranſlata fa‑cta evanuit.

De hujuſce Epoca nos ſupra p. 127. n. 9.

Inſcriptio hæc perpenditur ſupra pag. 172. & ſeq.

dicta fuerunt oſſa uſque ad hoc ibi ſuppoſita, invenimus ducentos, & quaſi quadraginta præteriiſſe annos, numerantes diligenter, ut valuimus, Epiſcoporum annos, qui huic noſtræ præfuerunt Eccleſiæ. Prædicto autem panno modo ſupradicto invento litteræ ſunt viſæ, atque relectæ, quæ dicebant: ANGELARIUS EPISCOPUS ATTULIT CORPUS SANCTI SABINI. Hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt in tabula una marmorea, quæ ibidem tunc reperta eſt, ſimiliter, & in uno toſo: a quo videlicet tempore hujus Epiſcopi Angelarii uſque ad tempus ejuſdem Eliæ Archiepiſcopi anni præſcripti ſunt numerati. Archiepiſcopus igitur cum omnibus nobis, qui aderant, effectus lætiſſimus, hoc, quod inopinate inventum eſt, mox cœpit, ut decebat, reverenter extrahere, atque capſa lignea deinde honorifice collocare.

5. Interea velocibus alis fama ſubito volavit per urbem, aureſque omnium verberans id, quod actum eſt, nuntiavit. Cucurrit igitur repente uterque ſexus, & omnis ætas, lætitia, & gaudio plena, Dominoque omnipotenti meritas reddidit laudes, qui ſuo in tempore tantam gratiam ſui largitate conceſſit. Sanctos autem artus ad horam ſic collocatos, Archipræſul idem non ita in tempus poſterum permanere negligenter permiſit, ſed marmoream ſepulturam, ut ſolet fieri, apte compoſitam, tabulam quoque marmoream itidem ad tegumentum, literis ibi per ſculpturam deſignatis inventionem, & tempus, nomenque ſuum, ut eſt deſuper notatum, ſignificantibus a nobis dictatis, præparari præcepit. His & aliis, quæ neceſſaria erant denique conſummatis, Epiſcopos Eccleſiæ noſtræ ſuffraganeos, Clerum omnem, & populum die præordinata convocatum, ordinatis ex more deinde Ordinibus Eccleſiaſticis, ut ſolet in diebus fieri ſolemnibus cum luminibus, & thymiamatibus, Præſulibus ſuſtinentibus eaſdem Reliquias, ſub eodem loco, ubi inventæ fuerant, honorifice collocavit. His denique ſolemniter ita conſummatis, altare deſuper conſtrui præcepit, & ut iſtius feſtum inventionis celebraretur decimo die intrante menſe Decembri, qui & dies fuit inventionis, conſtituit. Ann. ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti milleſimo nonageſimo primo; Indict. XIV.

Enunciatam Inſcriptionem nos tranſcripſimus ſupra pag. 168. n. 28. & alteram poſtea appoſitam nos ſupra p. 178 n. 20.

6. Pro munere autem iſto nos gratias, meritaſque laudes omnipotenti Deo referre debemus, qui nobis eſt ſuam per gratiam dignatus concedere. Unde lætitiam habemus communem: merito enim nos collætari debemus, quia ſi quilibet homo, ficut ſcriptum eſt, in agro theſaurum aliquem invenit, vendit univerſa, quæ habet, & gaudens emit agrum illum; quanto magis nos pro iſto theſauro, auro, & argento multo meliore gaudere debemus, quem nos non emimus, pro quo nullam commutationem fecimus, ſed gratuita largitate? Unde noſtrum eſt honorare, quod in Eccleſia invenientes accepimus, acceptum autem omni cum reverentia honoremus; quoniam reverentia, quam illi exhibemus, nobis proculdubio proderit. Deus omnipotens ſuis retribuit fidelibus, ſuos qui ſanctos honorant, venerantur, ſuiſque in neceſſitatibus deprecantur. Quoniam, qui Sanctos honorat, Deo exhibere honorem dubium non eſt. Ipſe namque dixit: Qui vos honorat, me honorat; qui vos accipit, me accipit. Oportet ergo nos modis omnibus, quibus poſſumus illas honorare, noſtraque pro ſalute rogare, quatenus Dominus Deus noſter ad gloriam illorum per gratiam ſuam nobis ire concedat, qui ſemper vivit, & regnat per infinita ſecula ſeculorum.

De Reliquiarum cultu, & earum Patrocinio nos ſupra pag. 179.

IV.

IV.

PASCHALIS PP. II. Diploma, quo conteſtatur, Dedicationem Cathedralis Eccleſiæ Canuſinæ Deo in honorem S. Sabini, pluribus aſtantibus diverſarum Eccleſiarum Prælatis, ad hujuſmodi effectum Invitatis, fuiſſe ab eo peractam.

D. O. M.

ANno Dominicæ Incarnationis MCII. Menſis Septembris Indictione Decima. Hæc Eccleſia Canuſina ad honorem Divi Sabini Confeſſoris Chriſti dedicata eſt ab univerſali Papa Paſcale Secundo ſeptimo Idus Septembris, & ad hujus S. E. negotium perpetrandum invitati ſunt Portuenſis Epiſcopus. Beneventanus Archiepiſcopus. Capuanus Archiepiſcopus. Salernitanus Archiepiſcopus. Neapolitanus Archiepiſcopus. Acheruntinus Archiepiſcopus. Sypontinus Archiepiſcopus. Bixantius Tranenſis Archiepiſcopus. Maraldus Tarantinus Archiepiſcopus. Malcerius Compſanus Archiepiſcopus. Rogerius Cannenſis Epiſcopus. Guilielmus Salpitanus Epiſcopus. Mandus Minervinenſis Epiſcopus. Gaudinus Murenſis Epiſcopus. Et Cuperſanenſis Epiſcopus: Verum & plures alii Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & multorum aliorum Clericorum Congregatio copioſa. Quapropter quicumque ad ejus dedicationem in illius Feſtivitate annuatim venerint, ſciant ſe de omnibus peccatis, quibus canonice confeſſi fuerint, quadraginta ſex annos, & quadraginta ſex quadrageſimas ſibi relaxari.

De hic diplomate nos ſupra Cap. XII §. I. & II. pag. 170. & ſeq.

Epiſcopi Cannen. & Minervinen invitati ſunt in Eccleſia Canuſina, adeoque ibidem non habebant jurisdictionem.

V.

Regium Diploma donationis duorum rurum Eccleſiæ Canuſinæ, in eoque teſtificatur RR. PP. Paſchalem II. & Gelaſium II. confirmaſſe Juriſdictionem Præpoſiti in Eccleſia Canuſina, eamdemque illam eſſe, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini.

FERDINANDUS Dei Gratia Rex Siciliæ Jeruſalem, & Hungariæ: Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris, quod per Sereniſſimos Dominos Reges Willelmum, & Robertum celeberrimæ memoriæ Dominos Anteceſſores noſtros Colendiſſimos geſta exiſtunt, licet per ſe valida, & firma ſint, ad majoris tamen cautelæ cumulum, atque ſuffragium, gratioſo animo confirmamus. Sane pro parte Præpoſiti Canuſini fidelis noſtri Dilecti, fuit nuper Majeſtati noſtræ præſentatum quoddam Regium præinſertum Privilegium tenoris ſequentis.

De effectibus hujus Regii diplomatis nos ſupra cap. XIII. §. I. II. & III. a pag. 184. ad 195.

ROBERTUS Dei Gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ Provinciæ, & Forqualquerii, ac Pedimontis Comes: Juſtitiario Terræ Barii, ſalutem, & dilectionem ſinceram. Nuper Præpoſitus, & Ordinarius Canuſinus, qui nunc præeſt, Clerus, ac Populus præfatæ Civitatis in Noſtri præſentia conſtituti oſtenderunt Nobis Privilegium infraſcriptum, non obraſum, non cancellatum, aut in aliquo vitiatum, cujus tenor talis eſt.

EGO WILLELMUS Dux Calabriæ, & Apuliæ, *anno* 1118. ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti Gelaſio Secundo Apoſtolicæ Sedis Præſiden-

Abbas Præpoſitus Canuſinus nuncupat. illud enim nomen dignitatis eſt competens etiam Prælato Sæculari. Gloſs. in Cap. ex Tranſmiſſ. 3. de Renunc. tit. 9. & venit appellatione Ordinarii Tamburrin. de Jur. Abbat. diſp. 2. q. 2. n. 18. & q. 4. n. 2.

ſidente. Dedi Eccleſiam meam Sancti Sabini Civitatis Canuſii Capellam meam a S. Pontifice Apoſtolico Paſchale Secundo conſecratam Abbati, & aliis poſt eum Abbatibus, necnon Eccleſiæ, & Clero aliquas terras poſitas in Territorio Canuſii, in quibus conceſſi frumenta ſingulis annis, ac plenam poſſeſſionem pro redemptione animæ meæ, & Boamundi Patrui mei in Eccleſia prædicta ſepulti, & talis eleemoſyna in perpetuum ſubminiſtretur, d. Eccleſiæ meæ Capellæ. Bona vero præfata hæc eſſe dicuntur, videlicet: Petia una terræ, quæ hos habet fines, ab una parte eſt via publica, ab alia parte finis terræ Sabini de Canuſio, & ſi qui alii ſunt confines; item petia una alia terræ in loco, ubi dicitur S. Anaſtaſius, & hos habet fines: ab una parte eſt via publica, ab alia parte flumen Aufidus, & terra fratruum de Gaudiano; & ſi qui alii etiam Confines ſunt. Cum igitur annuente Deo diſpoſitum ſit, poſt deſtructionem prædictæ Civitatis, ut quicunque in prædicta Eccleſia electus fuerit in Abbatem, idem Populo quoque cum eadem poteſtate in Miſſarum ſolemniis celebrandis, & ſacramentis miniſtrandis, miniſtrans cum eadem plenitudine Juriſdictionis, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini, præeſſe debeat in Antiſtitem, hoc etiam

Deſtructio Civit. Canuſinæ quamvis ſub Longobardis evenerit, ut nos ſupra p. 71. Nihilominus recentius illam eveniſſe aſſerebatur ut ſupra p. 171.

collaudante, & concedente ſummo Pontifice Paſchale ſecundo; Ita ego diſpoſui, ut quilibet Epiſcopus contentus de ſuis beneficiis, dictam Eccleſiam perturbare non præſumat. Et tradidi dicto Abbati, & Clericis præfatæ Eccleſiæ terras prædictas, ut nemini unquam ſervirent de rebus Eccleſiæ, vel de poſſeſſionibus, niſi Deo, & Sanctis ſuis. Data tamen tanta libertate, cœpit me nimium precari ille Abbas, veniendo ad me cum cæteris Clericis ſuis, ut ſicut aliquando conſtructa eſt Eccleſia prædicta, nullus Epiſcopus probatur habere ullum dominium, ac dominationem ibidem; ita petimus, ut ſemper libera, abſque dominatione Epiſcoporum exiſtat, & pro his omnibus petebant, ut facerem eis hanc libertatis, & ſecuritatis cautelam. Et quia rogavit me Abbas, ut ego aliquid ſervitii de Eccleſia ad meum opus, & ad opus Hæredum meorum retinere: Ego autem acquieſcens petitioni ejus,

Canon. qui Regi ſolvitur.

Juſſi eis pro hac re ſemper pro me Orare, & conſtitui cum Abbate, ut Abbas, & Clerici duos Panes mihi darent per conſuetudinem, & non amplius, quotieſcumque venirem ad præfatam Eccleſiam, vel in Territorio dictæ Civitatis, & hoc ſimiliter facerent omnibus Succeſſoribus meis poſt mortem meam, & non amplius: *Sicut in authentico ſcripto conſtat*. At cum actu expoſitum fuerit Nobis ex parte Præpoſiti Canuſini, quod etſi vigore memoratæ donationis elargitæ per noſtros Anteceſſores ipſum, & ſuam Eccleſiam, quæ uti noſtra Capella & ſub noſtra Protectione uſque adhuc extitiſſe in pacifica poſſeſſione dictarum Terrarum, nunc autem fuiſſe de facto expoliatum authoritate propria a Nicolao de Barulo, & Jacobo de Gaudiano, nec-

Juriſdictio Præpoſiti eadem eſt Epiſcopi Canuſini; cum illius habeat Diœceſim in Adminiſtratione ut ſupra cap. XI. p. 156. cum ſeq.

non ab aliis poſſeſſoribus vicinarum terrarum in ſuum evidens detrimentum, & præfatæ Eccleſiæ jacturam, ſicque multipliciter petiit, ut in hac parte ſibi de opportuno remedio providere dignaremur. Et cum nuper etiam Nobis expoſuerit, quod cum Civitas Canuſii ſpectet pleno Jure ad ſuam Paſtoralem Juriſdictionem, ſuæque Eccleſiæ, utpote quod Civitas ipſa in proprio Territorio ſita, necnon quia Præpoſiti prædeceſſores ex antiqua, & Canonica præſcripta conſuetudine approbata a ſumm. Pontific. Paſchale II., & Gelaſio II. exercuerunt uſque adhuc Eccleſiaſticam Juriſdictionem in illos Clericos, ut moris eſt, Eccleſias, & Capellas viſitando, tam Clericis dictæ Civitatis, quam Laicis miniſtrando, prout ad Paſtorale ſpectat officium, Eccleſiaſtica

Sacra-

Digitized by Google

Sacramenta, & jura Epiſcopalia exercendo, quibus Præpoſitis, ut eorum Paſtoribus Clerici & Laici dictæ Civitatis, quoque exhibuerant omni huc uſque tempore debitam reverentiam, & devotionem; & quod Archiepiſcopus Barenſis, qui nunc præeſt in adminiſtratione ſpiritualium, & in exercitio ſuæ prædictæ Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, quam idem Archiepiſcopus in Civitate Canuſii dicit ſe habere, tam per ſe, quam per Vicarios ſuos, dictum Præpoſitum moleſtat in debite, ac perturbat in ſuum, ac ejuſdem Eccleſiæ Canuſinæ noſtræ Capellæ præjudicium, damnum, & jacturam. Veniendo igitur ad Nos dictus Præpoſitus cœpit nimium exorare, ut cum ſua Eccleſia, quæ ſub noſtra Protectione, ita etiam fuerit ſemper exempta ab omni Juriſdictione Archiepiſcopatus cujuslibet, ut nulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo prorſus fuerit ſubdita: ſuper his, tam ipſius, quam Eccleſiæ ſuæ præfatæ indemnitati opportuno, & ſalutari dignaremur remedio providere: præſertim cum Nobis pertineat Jura dictæ Eccleſiæ noſtræ Capellæ tueri; ipſius ſupplicationibus benignius inclinati: Fidelitati veſtræ præcipimus, & mandamus; quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, ſi ſummarie de plano, ſine ſtrepitu, ac figura Judicii, rem Vobis conſtiterit ita eſse, vos juxta tenorem Capituli Regni ſuper Violentiis Deſtitutionibus dictos præfatos Nicolaum de Barulo, & Jacobum de Gaudiano, necnon alios uſurpatores ad reſtitutionem dictarum terrarum, cum fructibus medio tempore inde perceptis, faciendam memorato Præpoſito, & Eccleſiæ, ut juſtum fuerit, authoritate præſentium compellatis. Si vero dict. de Barulo, & Gaudiano cum aliis uſurpatoribus in præfatis terris ſe aſſerant aliquod jus habere, illud, ſi voluerint coram competenti Judice proſequantur. Significantes etiam Archiepiſcopo Barenſi, ut ſimiliter non turbet prædictam Eccleſiam Canuſinam, & jura, quæ ſibi, ſeu ſuæ Eccleſiæ ſuper prædictam Eccleſiam Canuſinam in adminiſtratione ſpiritualium, & in exercitio Eccleſiaſticæ Juriſdictionis credit competere, producat in noſtram Præſentiam, & per ipſum Præpoſitum etiam mandamus, produci jura ſua. Præſentes autem litteras, tam ad Vos, quam ad Veſtros in eodem Juſtitiariatus officio Succeſsores, dum opus fuerit, vim habere volumus præſentanti in antea efficaciter valituras. Datum Neapoli per Joannem Grillum de Salerno anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo die vigeſima quarta Aprilis: tertiæ decimæ Indictionis: Regnorum Noſtrorum vigeſimo primo. Et ſupplicato proinde Celſitudini noſtræ humiliter pro parte dicti Præpoſiti, ut dictum Privilegium, & omnia, & ſingula in eo contenta ſibi, & Succeſsoribus ſuis in officio Præpoſiti, ſeu Abbatis dictæ Regiæ Eccleſiæ Civitatis Canuſii confirmare, & ad majoris gratiæ cumulum, de novo concedere dignaremur. Nos autem ejuſmodi ſupplicationibus annuentes, tenore præſentium, de certa noſtra ſcientia, omnia, & ſingula in præinſerto privilegio contenta confirmamus, ratificamus, acceptamus, & quatenus opus eſt in poſſeſſione dictæ Juriſdictionis, & Terrarum, quæ in præſentiarum exiſtit, juxta præinſerti Regii præſentis privilegii ſeriem, & tenorem de novo concedimus, & donamus, noſtræ Confirmationis, ratificationis, & acceptationis munimine roboramus. Illuſtriſsimo propterea, & Chariſſimo Filio primogenito, & Locumtenenti noſtro Generali in hoc Regno Alfonſo de Aragonia Principi Capuæ intentum Noſtrum declarantes, mandamus vero noſtri dicti Regni Magiſtro Juſtitiario; ejuſque Locumtenenti, & Regenti M. C. V. Judicibus ejuſdem Curiæ, necnon Magno Camerario, ejuſque Locumtenen-

Archiepiſcopus Barenſis quomodo ſe pocuriet intromittere curaverit in Eccleſia Canuſina, nos ſupra pag. 169. 185. 190. 196. & 201. cum ſeq.

Rex mandat, ut Laici uſurpatores Bonorum Eccleſiæ Canuſinæ cogantur reſtituere ipſa, una cum fructibus vi Capitulorum Regni, de quibus Tapia Jus Regni de Violentiis tit. 39. lib. 5. p. 360. cum ſeq.

tenentibus, Præſidentibus, & Rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, & aliis quibuſcumque Officialibus noſtris ad quos ſpectat, quatenus forma præinſerti Regii præſentis Privilegii, & præſentis noſtræ Confirmationis, & denuo Conceſſionis, atque Donationis per eos, & unumquemque ipſorum diligenter attenta, illa ipſi, & quilibet ipſorum teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & obſervari faciant per quoſcumque juxta præinſertarum Regiarum primarum Litterarum, & præſentium Noſtrarum continentiam, & tenorem, & contrarium non faciant, ſicut gratiam Noſtram charam habent. In cujus teſtimonium præſentes fieri, & Magno Maeſtatis Noſtræ in pendenti ſigillo juſſimus communiri. Datum in Noſtris felicibus Caſtris prope Andriam per ſpectabilem, & magnificum Virum Honoratum Gaytanum Comitem Fundorum Regni hujus Logothetam, & Protonotarium Collateralem Conſiliarium fidelem Nobis plurimum dilectum die 18. menſis Decembris 6. Indictionis 1458. Regnorum Noſtrorum anno primo. Rex Ferdinandus = Dominus Rex mandavit mihi Thomæ de Girifalco = V. per magnum Camerarium. Inichus Magnus Camerarius = Quia Capella noſtra Regia nil ſolvat. Regiſtrat. in Cancellaria, penes Cancellarium Regiſtr. 12. = Extracta eſt præſens Copia à faſciculo nonnullorum Privilegiorum, quod in Magno Regiæ Cameræ Archivio conſervatur in Camera prima, littera O, ſcantia ſecunda & facta collatione concordat meliori. Et in fidem. Datum Neapoli ex eodem Magno Regiæ Cameræ Archivio die 18. menſis Junii 1739. V. I. D. Paulus Mirenghi pro Magnifico Camillo Mirenghi Archivario = adeſt Sigillum R. Mirenghi die 17. Junii 1739. = ſolvat Carolenos quinque. Girardus.

Sumptum hujus Diplomatis per manus omnium fere Canuſinorum volitat.

V I.

Deciſio S. Rom. Rotæ, qua judicatum fuit, quod Archiepiſcopus Barenſis non valeat elevare Crucem, neque Benedictionem impertire in Eccleſia Canuſina, reſervato prætenſo jure Metropolitico in alio judicio.

R. P. D. SACRATO DEINDE S. R. E. CARDINALI

Baren. Juriſdictionis

Lunæ 16. Junii 1608.

Hæc Deciſio S. R. eſt in ordine 188. part. 3. Recent. & nos ſup. Cap XIV. §. II. pag. 201. cum ſeq.

1. CONſulerunt Domini mandatum de Manutenendo minime poſſe dari D. *Archiepiſcopo*, ſiquidem hoc Beneficium non conceditur niſi poſſidenti de tempore motæ litis *l. 1. §. Interdictum ff. Uti poſſidet. §. Retinendæ Inſtitut. de Interdict.*. Ex actibus vero qui fuerunt dati pro parte D. Archiepiſcopi minime viſum fuit conſtare de poſſeſſione *Archiepiſcoporum Baren.* ingrediendo *Eccleſiam Canuſinam*, & *ſolemniter benedicendo populum*; non quidem ex geſtis per b. m. Cardinalem *Bonviſium*, quia in iſtis incorporalibus ad acquirendum quaſi poſſeſſionem requiritur ſcientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquiſita poſſeſſio Bartol. *in l. 1. §. hujus autem interdicti verſ. 2. modo ff. uti poſſidet. Bald. in l. ſi aquam num. 13. verſ. nota quod in poſſeſſione C. de ſervit. & aqua* Ancharan. *cap. 2. num. 19. de Capell. Monachorum.*

2. De

Præpoſitus. emiſſa proteſtatione, bonorifice excepit in Eccleſia Canuſina Card. Bonviſium Archiep. Baren. ad formam Cæremonial. Epiſc. ut ſupra pag. 2c2.

2. De patientia autem *Præpoſiti Canuſini*, contra quem prætenditur acquiſita poſſeſſio tantum abeſt, quod conſtet, quod imo potius apparet de contrario, tam ex litteris ejuſdem Card. *Bonviſii* tunc temporis ſcribentis, *Præpoſitum* ſemper ſe oppoſuiſſe quibuſcumque, quæ faceret idem Cardinalis, quam ex *proteſtatione* facta per *Præpoſitum* ad aures *Notarii* rogati de geſtis per Cardinalem, in qua declaravit ſe nullatenus acquieſcere geſtis per Cardinalem, quibus adminiculatur fides *octo Civium Canuſinorum* atteſtantium, Præpoſitum nullatenus acquieviſſe geſtis per Cardinalem, quæ quidem litteræ teſtimoniales, licet non faciant plenam probationem Cæphal. *conſ.* 284. *n.* 21. & 22. Decian. *conſ.* 51. *n.* 7. *lib.* 2. faciunt tamen adminiculum Rip. *in L. admonend. n.* 98. ubi de communi *ff. de jurejurand.* Cravett. *de Antiquit. temp. par.* 1. *§. Viſo de Verbis n.* 7. & licet non omnes iſtæ contradictiones fuerint per Præpoſitum factæ in facie ipſius Cardinalis, cenſuerunt Domini illas nihilominus ſuffragari, ſtante juſta cauſa, quam habuit Præpoſitus deferendi dignitati *Cardinalitiæ*, & in illius facie non proteſtandi ad Conſ. Calderin. 1. *num.* 3. *verſ. item tunc juvat de his, quæ met. cauſ fiunt*, ultra quod ex prædictis apparet Præpoſitum neque in facie ejuſdem Cardinalis omnino acquieviſſe.

Actus clandeſtine ab Archiep. Baren. geſtus, non eſt manutenibilis.

3. Quantum ad actus geſtos per D. Sanvitalem ſucceſſorem Cardinalis Bonviſii fuit dictum, neque ex illis fuiſſe acquiſitam aliquam poſſeſſionem, cum non appareat de aliqua ſcientia, nedum patientia *Præpoſiti*, ſine quibus minime acquiritur quaſi poſſeſſio in iſtis incorporalibus, ex allegatis in princip. quam clandeſtinitatem ſatis etiam probant litteræ Sacræ Congregationis, quarum copia fuit data. Circa illud, quod Eccleſia Canuſina ſit de *Provincia Baren.* & conſequenter, quod iſta liceret facere D. Archiepiſcopo vigore ſui juris Metropolitici, reſpondebatur de iſto *Jure Metropolitico* eſſe videndum ad partem.

VII.

Litteræ SS. Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium Congregat. negotiis, & Conſultat. Epiſcop., & Regular. præpoſit. & Concilii Tridentini Interpretum, in quibus denominatur noſtra Eccleſia Cathedralis Nullius Canuſii.

Hujuſmodi S. C. Reſcriptum nos retulimus ſupra pag. 209.

1. SACRA CONGREGATIO Eminentiſſim., ac Reverendiſſim. S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attenta relatione Epiſcopi Troiani, benigne commiſit duabus ex primis Dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ Nullius Canoſæ, ut veris exiſtentibus narratis, & dummodo alia media minus damnoſa non ſuppetant, facultatem ſumendi ad cenſum ſummam ducatorum tercentum monetæ tantum, minori, quo poterit interuſurio pro quolibet centenario, & anno, illamque in cauſam ſupra expreſſam fideliter erogandi, pro eorum arbitrio, & conſcientia oratori impertiantur, ita tamen, ut cenſus imponendus intra decennium, depoſita quotannis rata, ſub pœnis contra Eccleſiarum bona alienantes impoſitis in caſu contraventionis, omnino incurrendis, extinguatur. Romæ 9. Aprilis 1745.

C. Cardinalis de Hieronymis.
Joſeph M. Archiepiſcopus Damaſc.

Faccio

Digitized by Google

Fides Notarii, quod cenſus impoſitus ſuper fructibus Menſæ Præpoſituralis ſit jam extinctus; ita ut illa libera ſit omni ſœnore

2. *Faccio fede lo Notaro Giuſeppe Elia di Barletta, come ſotto li 31. del meſe di Maggio dell' anno 1755. in publico Teſtimonio coſtituite le RR. Signore Abbadeſſa, e Monache del Vener. Monaſtero di S. Chiara di queſta Città di Barletta, le quali retrovenderono, & per fuſtim diedero all' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignor Propoſto della Città di Canoſa D. Angelo Andrea Tortora aſſente, e per eſſo al R. Economo di detta menſa Canonico D. Giuſeppe Paolucci preſente l' annuo cenſo redimibile di ducati quattordici per il prezzo capitale di ducati duecento, l' iſteſſi venduti a detto Vener. Monaſtero ſotto li 15. del meſe di Ottobre dell' anno 1745. per il fu Monſignor Roſati allora Propoſto di detta Città di Canoſa, ed impoſti ſopra li beni di detta Menſa, come per Iſtrumento per mano mia ſtipulato ſotto detto giorno, al quale &c. quali ducati duecento di Capitale una con ducati cinquanta, e gran. 75. per anni due, e meſi ſette, e giorni 15. di cenſo; e rate decorſe le ſudette RR. Signore Abbadeſſa, e Monache hanno ricevuto contanti dal detto Economo D. Giuſeppe preſente di proprio denaro di detta R. Menſa, per li quali hanno quietato detta Menſa anche per L. Aquilianam ſtipulationem, ed hanno caſſato il detto Iſtromento d' impoſizione per mano mia ſotto detto giorno 15. Ottobre del detto anno 1745. ſtipulato, come il tutto appare dal detto Iſtromento d' affrancazione per mano mia ſtipulato, al quale in tutto, e per tutto mi rapporto, ed in fede &c.*

Notaro Giuſeppe di Elia di Barletta richieſto ho ſignato

Signum ✠ Notarii.

Epiſtola S. C. Concilii, qua mandatur Præpoſito ut referret ſup. precibus Capituli Cathedralis N. Canuſii ut ſupra p. 209.

3. *A. R. Domine.* ADjungimus his literis preces Capituli, & Canonicorum iſtius Eccleſiæ Cathedralis, quatenus ſuper expoſitis Sacram Congregationem Concilii diſtincte informes. Ita exequaris, ſi quid amplius ad rem faciat exprimas, preces ipſas remittendo, teque Dominus diu ſervet incolumem. Romæ 12. Maji 1753.

Tui Stud. M. Card. Millinus Præf.
S. A. Furiettus Secretarius.

Nullius Canuſii Ordinario Gratis &c.

VIII.

Bulla proviſionis Archiepiſcopatus Nazareni, nulla facta menſione Eccleſiarum Cannarum, & Montiſviridis unitarum.

De uſu hujus Bullæ nos ſupra p. 220. & 231.

BENEDICTUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Nicolao Jorio electo Nazareth ſalutem &c. Oneroſa Paſtoralis officii diſpoſitione &c. Nos pulſat Inſtantia, ut inter cætera, quæ undique confluunt negotia &c. Ad proviſionem Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Metropolitanarum &c. Intendamus &c. Dudum ſiquidem &c. Proviſiones Eccleſiarum omnium &c. Diſpenſationi noſtræ reſervavimus &c. Poſtmodum vero Metropolitana Nazareth, cui bon. mem. Joannes Chriſtophorus Bianchi ultimus illius Archiepiſcopus dum viveret, præſidebat, per obitum Joannis Chriſtophori Archiepiſcopi, ſolatio Paſtoris deſtituta, nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ &c. Intendentes &c. Demum ad Te direximus oculos noſtræ mentis &c. Te-

que

Digitized by Google

que illi in Archiepiſcopum præficimus, & Paſtorem, curam, regimen, & omne ipſius Eccleſiæ Nazarenæ in ſpiritualibus,& temporalibus plenarie committendo &c. Præterea nos tibi facultatem obligandi fructus prædictæ Eccleſiæ Nazarenæ pro ſumma ducatorum biſmille illius monetæ,quatenus, opus ſit ad licitum cenſum per Te ſumenda, & in reparatione Eccleſiæ Cathedralis Montiſviridis, ac refectione ſacr. ſupellectilium ejuſdem Eccleſiæ integre, impendenda, & eroganda, eum hoc tamen, quod in quolibet anno ducatos biſcentum in extinctionem dictæ ſummæ, ſeu capitalis ducatorum biſmille, uſque ad integram illius reſtitutionem; ultra prædicti capitalis fructus, ſeu cenſus per Te pariter quolibet anno perſolvendos, perſolvere omnino tenearis concedimus, & impartimur. *Proviſio R. P. Benedicti XIII. ut repararetur Eccleſia Montiſviridis, & nos ſupra p.220.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno 1725. tertio nonas Julii Pontificatus noſtri anno tertio.

IX.

Supplex Libellus moderni Archiepiſcopi Nazareni Sanctiſſimo porrectus; quo petitur, ut, Dimiſſa Eccleſia Montiſviridis ſuæ Eccleſiæ unita, in ejus locum uniatur Eccleſia Canuſina; ſuper quo Summus Pontifex decrevit fieri Unionem, accedente conſenſu moderni Præpoſiti Canuſini.

Beatiſſimo Domino Apoſtolicæ Sedis Pont. Optimo Maximo

BENEDICTO XIV.

Juſtus S. Nazarenæ Eccleſiæ humilis Archiepiſcopus.

1. Quemadmodum B. P. Apoſtolicam Sedem ſummopere præ ceteris venerari debemus, quippe qui ſedium noſtrarum dignitatem, & munus conſecrationis inde accepimus, & in partem ſollicitudinis ab Ipſa vocati ſumus, ita parem in eadem ſpem, & fiduciam collocandam eſſe ſentimus; quo fit, ut ſi quid durius accidere nobis videtur, nonniſi ab ea auxilium præſtulemur. Reveremur enim Pontificem Maximum, ut ſuſpexit antiquitas ad tempus Sacerdotem, ad tempus Judicem, atque inde in ſpem erigimur, ut ſi quid aliquando per judicii rigorem juſte patimur, provida ſacerdotali æquitate levemur, minuſque recte de Chriſti Vicario, a quo omnis dignitas Epiſcopalis emerſit, ſentire videremur, ſi ab ipſo ad ipſum, ut *S. Ivo* docuit, non confugeremus; præſertim quum de Epiſcopalium Sedium diſpoſitione agatur, quibus ſumma ſemper penes Romanos Pontifices poteſtas, atque arbitrium fuit. Fiduciæ huic meæ, quæ communis etiam cæteris Epiſcopis eſſe debet, vetus accedit, & peculiare, ut ita dicam, neceſſitudinis vinculum, quo Nazarena mea Eccleſia eum principe Cathedra devincta eſt, ſingularis ſcilicet amor, & Beneficentia, quibus Summi Pontifices eam identidem ſunt proſecuti. Probe ſiquidem novit Sanctitas tua (Quid enim te ſacri juris, ſacræque Hiſtoriæ peritiſſimum lateat?) Eccleſiam Nazarenam Archiepiſcopalibus inſignibus Summorum Pontificum beneficentia decoratam fuiſſe, quum primum Latini a Barbarorum manibus Regiones illas vindicarunt. Intellexerat profecto Chriſti Vicarius peculiari prærogativa ornandam eſſe Urbem illam, quæ optimo ſalutis noſtræ Reparatori nomen indidit. Poſtmodum au- *Supplex hic libellus perpendiſur ſupra cap. XV. pag. 217. cum ſeq.*

tem

De privilegio hujuſmodi Crucem ubique elevandi not ſupra p. 227. cum ſeq.

tem Clemens IV., cujus ſingularem erga Eccleſiam hanc benevolentiæ monumentum nulla delebit oblivio, Archiepiſcopo Nazareno geſtandæ ubique gentium Crucis poteſtatem fecit. Quum autem Regiones illæ in Barbarorum poteſtatem iterum incidiſſent, ſuaque e Sede Archiepiſcopus exularet, incredibile dictu eſt, quanta pietate, quantaque cura Summi Pontifices exulem Paſtorem complexi ſint. Primum namque Cannenſem in Apulia Eccleſiam Epiſcopalem a Barenſi Provincia ſubductam Nazarenæ Eccleſiæ attribuerunt; ſubinde vero, cum hujus Eccleſiæ cenſus impar omnino videretur Archiepiſcopo ſuſtentando, Paulus III. Epiſcopalem aliam Montiſviridis Cathedram, cujus quoque cenſus tenuiſſimus erat, ex Provincia Compſana ad Nazarenam Eccleſiam tranſtulit. Itaque utriuſque Eccleſiæ dignitati, & commodo perbene proſpexit.

Unio Eccleſiarum Cathedralium Cannen., & Montiſviridis Archiep. Nazareno refert. ſupra pag. 219. & ſeq.

2. Poſt unitam Nazarenæ Cathedræ Monviridenſem Eccleſiam ſuaſum fuit Deceſſoribus meis, eam potius Archiepiſcopatui acceſſiſſe, quam Archiepiſcopalem ad ſe attraxiſſe; ita nimirum, ut Archiepiſcopatus Nazarenus potius Monſviridenſem Eccleſiam a priſtina ſubjectione ſubduceret, quam ab illa hujus Archiepiſcopus in ſubjectionem redigi videretur. Evincebat id enim Eccleſiæ Nazarenæ dignitas, & præſtantia, & in illam ſummorum Pontificum mens beneficentiſſima, minimeque credendum erat Romanos Pontifices voluiſſe, ut ea Archiepiſcopalis ſplendoris diſpendium pateretur. Suadebat Bulla ipſa unionis, qua nil clarius poteſt poſtulari ad cognoſcendam unionis naturam, fuiſſet hæc *ſubjectiva*, an potius *æque principalis*, in quo deinde tota controverſia verſata eſt. In ipſa enim S. Pontifex aliis non uſus eſt verbis, quam his: Eccleſiam Montiſviridis perpetuo *unimus*, *annectimus*, *incorporamus Eccleſiæ Nazarenæ* ...... *unitam annexam*, *incorporatam* eſſe volumus, & centies hæc unionis, annexionis, & incorporationis verba repetiit, quibus aptiora ad ſubjectivam unionem declarandam proferri certe non poſſunt. Favebat præterea conſtans latinæ Eccleſiæ uſus, ut ſcilicet. Archiepiſcopus Archiepiſcopo nunquam ſubjiciatur, quod adeo verum eſt, ut exemplum proferri nequeat, quo Eccleſia cæterum ſubdita, cui Archiepiſcopalis dignitas a Summis Pontificibus fuerit impertita, ſubdita deinde remanſerit, quum Par in parem non habeat Imperium, quo nihil magis, aut juris diſpoſitioni, aut rationi conſonum videtur eſſe. Si enim ut Innocentius III. capit. 3. x. de Uſu, & auth. Pallii loquitur: *Per Pallium plenitudo pontificalis Officii*, *cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur*, quid ab hujus juris diſpoſitione magis alienum, quam ut Archiepiſcopus Nazarenus, qui non ex peculiari privilegio honorificentiæ (ut Epiſcopis Lucenſi, Bambergenſi, aliiſque ſimilibus, qui a Canoniſtis recenſentur, tribuitur) ſed ob Eccleſiæ ſuæ naturam Pallio inſignitur, plenitudinem tamen pontificalis Officii in Eccleſias ſibi ſubjectas exercere non valeat? Quid inſuper rationi magis adverſans, quam ut qui parem in Eccleſiaſtica Hyerarchia gradum, paria inſignia, parem Pontificalis exercitii plenitudinem obtinent, impares inter ſe cenſeri debeant, & unus alteri ſubjiciatur, non aliam ob cauſam, niſi quod de alterius Territorio aliquid alteri ſit adjectum; perinde ac ſi Summi Pontifices de cujuſque Territorio magis rationem habeant, quam de Ordine Eccleſiaſticæ Hyerarchiæ non turbando.

De uſu Unionis Archiep. Amalfinen. cum Epiſcop. Papien. differtat. X. P. Andreucci edidit: Romæ 1746. p. 185.

3. Te ipſum P. Sanctiſſime, rei hujus teſtem appello, qui Archiepiſcopalis Dignitatis vim, & naturam probe intelligens, Papienſem Epiſcopum de ſuæ Eccleſiæ exemptione cum Mediolanenſi Archiepiſcopo contendentem, non

alia

Digitized by Google

alia ratione in exemptionis jure ſuſtinuiſti, diſſidiiſque in poſterum cauſſam omnem abſtuliſti, quam Papienſi Archiepiſcopalem Amaſiæ Titulum adnectendo, ut ſcilicet accedente hujus dignitatis amplitudine quælibet ſubjectionis ſuſpicio penitus abeſſet.

4. His aliiſque quamplurimis adductis rationibus, quæ tum ex jure, tum ex facto patebant, Archiepiſcopi Nazareni Compſanis Archiepiſcopis renuerunt obedientiam. Contra vero ſub finem elapſi ſæculi, quum Compſanus vetera jura in Monviriden. Eccleſiam renovare contenderet, res in controverſiam vocata eſt, ac primum anno 1693. in Sacra Congregatione Epiſcoporum diſputatum fuit dubium = An conſtet de jure Metropolitico Archiepiſcopi Compſani? Cui reſcriptum fuit = Dilata, & inſpiciatur quid ſervetur cum Eccleſia Caunenſi erga Barenſem Archiepiſcopum = Ad cauſſam probe dignoſcendam nihil opportunius, eamque Nazareno adjudicandam nihil accomodatius poterat accidere.

Cannen. Eccleſia eſt ſuffraganea Eccleſiæ Canuſinæ, & Archiep. Baren. ut titulari Canuſino paret. ſup. pag. 243. & 171.

5. Senſit hoc Compſanus, litemque urgere prætermiſit, niſi quod anno 1726. novis inter Nazarenum, & Compſanum exortis contentionibus, ſan. mem. Benedictus XIII. litem hanc Congregationi particulari dirimendam commiſit. Tamen Archiepiſcopo Nazareno ob inopiam, quæ ſuſtinendæ tantæ liti imparem illum reddebat, non comparente neque audito, neque his cognitis, quæ Congregatio Epiſcoporum cognoſcenda mandaverat, contumaciale prodiit Decretum = *Conſtare de jure Metropolitico*. Quantum præfato Miroballo mœroris attulerit Decretum hoc, ex eo poteſt intelligi, quod brevi ſpatio temporis Archiepiſcopatu ſe abdicavit, illud uſurpans = Eccleſia Nazarena facta eſt ſub tributo = Novus tamen Archiepiſcopus Jorius ægre ferens Decretum hujuſmodi a s. m. Clemente XII. obtinuit, ut res ex integro in Congregatione Epiſcoporum, ubi noſci coeperat, dignoſceretur.

6. Anno igitur 1738. acta iterum cauſa. Sed tanta rerum moles, tanta factorum congeries a Compſano prolata eſt, ut hærentes iterum Patres, novum iterum documentum proferri juſſerint. Prodiit ideo = Dilata & extrahantur Proviſiones Conſiſtoriales =. Ad tertiam denique Cauſſæ hujus propoſitionem anno mox elapſo deventum eſt. Duo documenta ab ipſamet Congregatione expetita, prolata ſunt, & horum utrumque mihi maxime favebat. Quoad primum enim, teſtatur ipſe Archiepiſopus Baren. à die unionis Eccleſiæ Cannen. cum Eccleſia Nazarena, nullum jus in illam amplius exercuiſſe. Ad ſecundum, quod attinet, utrum ſcilicet *in Proviſionibus* de Eccleſia Nazarena confectis, meminerint unquam Pontifices, poſt factam unionem, Eccleſiæ Montiſviridis; an potius unam & ſolam Nazarenam cum Monviridenſi reputaverint: (hoc enim erat, quod a S. Congregatione quærebatur) in his unam & ſolam Nazarenam recenſeri compertum eſt. Cauſſam igitur hujuſmodi P. Beatiſſime bis pari jam certamine diſcuſſam, parte nil novi penitus proferente, quis non exiſtimaſſet Nazareno Archiepiſcopo, cui expetita ab ipſa Congregatione documenta maxime favebant, adjudicandam fore. Eoque magis hoc exiſtimare licebat, quod eadem monumenta, Obſervantia videlicet quoad Eccleſiam Caunen. eodem contextu cum Monviridenſi unitam, & Proviſiones Conſiſtoriales, quæ certe veluti ſunt Epiſcoporum notæ, quæque Eccleſiarum indolem ac naturam deſignant ita cauſſæ meæ ſuffragabantur, ut non Argumenta eſſent foris petita, ſed ad rem ipſam quam maxime pertinerent.

Archiepiſcopus Nazarenus de Eccleſiis ſibi unitis nullam mentionem facere conſuevit in Bullis proviſionis ſup. pag. 254. 220.

7. Contrarium tamen viſum eſt Eminentiſſimis Patribus, qui Contuma-

ciali Decreto anni 1726. inhærentes = Conſtare de jure Metropolitico pronunciarunt: Eaque fortaſſe ratione ad id adducti ſunt, quod Judicium illud quantumvis contumaciale, nihilominus præſente Pontifice latum fuerit, vel etiam quia (quod alii ex Eminentiſſimis indigitarunt) factum obſtabat Apoſtolicum, nempe proviſiones conſiſtoriales poſt Decretum anni 1726. quæ Nazarenæ Eccleſiæ ſeorſim a Monviridenſi proviſum fuiſſe deſignabant, Sed hæc & alia quæcumque, quæ ab illo judicio dependent, quis non videat, quod per Reſtitutionem in integrum à Clemente XII. conceſſam, ſuſpenſa fuerint, & novo judicio ſubjecta?

Omnes Cives Barulетani Subditi Archiep. ad quinquaginta numerantur, ſup. pag. 219.

8. Hic eſt P. Beatiſſime hujus Nazarenæ Eccleſiæ a te mihi creditæ ſtatus, & quæ me, ut ad Te confugerem, impulerunt rationes: Quibus accedit luctus univerſorum Civium Baruletanæ hujus Civitatis, cui Sedes affixa eſt mea, qui de hac Eccleſia ſingularibus privilegiis ornata, maxime gloriantur. Non mediocris quoque invidia mihi conflata, perinde quaſi culpa perierit mea, quod huc uſque Deceſſorum meorum Fortitudo defenderat, atque ſub initium Regiminis mei, tantam Eccleſia hæc accepiſſet calamitatem. Non eo hoc dico P. SSme, quaſi ſapientiſſimorum Cardinalium judicium eo, quo par eſt, obſequio non amplectar; aut quod non eam quæ vel maxime ſacros Paſtores decet, pacem fovere recuſem. Quid ergo eſt? Tuam Clementiam, tuam Benignitatem imploro, Teque quo maximo poſſum animi ſenſu oro atque obſecro, ut pro tua Sapientia & Charitate, qua totius Orbis terrarum Eccleſias complecteris, Eccleſiæ hujus dignitati, honori meo Civium Barulenſium mœrori, ſed magis Monviridenſis Eccleſiæ, quod caput eſt, bono velis conſulere. Quis enim Montanos illos, non pacatæ quidem indolis homines, coerceat aut ipſorum regimen æquo animo, tutaque conſcientia ſuſcipiat, ſi viciniorem, ad quem damnati provocent judicem habeant, quam eum a quo, cum deliquerint, judicari poſſint. Omnibus his ſolus, Tu, Pater Beatiſſime potes occurrere ſi: (liceat mihi per Te non monendo ſed deprecando, libere quæ ſentio, declarare) ſi Monviridenſem Eccleſiam a Nazarena divellens Lacedonenſi adnecteres; Nazarenæ vero proximam adjungendo Canuſinam Præpoſituram *Nullius* jacturam repárares; Itaque fieret, ut & Nazareno Archiepiſcopo, & omnium ſimul juribus, & commodis per quam apte proſpiceretur. Dum enim Compſanus ex Patrum ſententia jura Metropolitæ exerceret: Lacedonenſis Epiſcopus, ejus jamdiu ſuffraganeus, anguſtique cenſus, Pareciæque frequentioris gregis Paſtor evaderet, uberiorique, quo indiget, lacte aleretur: Nazarenæ viciſſim Eccleſiæ & nil honoris amplius decederet, imminutumque a divulſa Monviridenſi reditum Canuſina Præpoſitura ſuppleret, & quod Caput eſt, quodque Apoſtolatus tui ſollicitudo reſpicit, Monviridenſis Eccleſia tam a Nazarena hac ſede diſſita, loco inacceſſo inclementique ſolo poſita ubi ad vitam neceſſaria fere omnia deſiderantur, Paſtoris ſui curam ac præſentiam, quam non rarò deſideravit, à Lacedonenſi propinquo, Montanoque Antiſtite conſequeretur.

Montis Viridis Cives ſemper inſteterunt, ut eorum Paſtor in propria Eccleſia reſideret: iique rudes propterea & Indociles effecti, ſup. pag. 222.

Quoad ſupplementum praſtandum ab Eccleſia Canuſina Archiepiſcopo ſup. pag. 221. & 222.

9. Vides profecto P. Beatiſſime, quot, quantiſque rebus una hæc agendi ratio conſuleret, quot averteret incommoda, quantam afferret utilitatem; Integra conſiſteret Archiepiſcoporum Authoritas, quibus non poteſt invidia non creari, quum Ordinis ſui Fratrem, ejuſdem Ordinis Fratri ſubeſſe intelligant: Neque ordo turbaretur Eccleſiaſticæ Hierarchiæ novo hoc exemplo, atque ante hunc diem inaudito: Pax inter Paſtores; inter Subditos

ditos floreret diſciplina; Dignitati denique proſpiceres Eccleſiæ meæ illius, inquam, Eccleſiæ, cui tot Privilegia Deceſſores tui SSmi contulerunt.

10. Sin hanc agendi rationem, divellandæ ſcilicet Monviridenſis, & Canuſinæ adnectendæ cœteroquin SS. Canonibus conſentaneam, ob aliquam forte cauſſam minus ſapientia tua probaverit, illud poſtremo etiam atque etiam poſtulabo, ut Tu qui ſapientiſſimus es, & providentiſſimus Chriſti Vicarius plenitudine, qua polles, poteſtatis ab hac ſervitute Eccleſiam hanc vindices, & Exemptionis Bulla tibi uni ſubjiciendi eam, qua ad hæc uſque tempora uſa eſt, libertatem reſtituas. Hoc Ego Te penes quem unum poteſtas eſt, oro atque obteſtor, tuum eſt Paſtores Sanctæ Romanæ Sedi ſubjectos defendere, ne ad injuriam primæ Cathedræ, ad Eorum incommodum, qui ſupremo Paſtori immediate ſubiiciebantur, minoribus Epiſcopis ſubiiciantur &c. Ac demum ad tuos pedes provolutus Apoſtolicam Benedictionem P. SSme mihi deprecor impertiare.

Die 25. Februarii 1755.

11. EX audientia Sanctiſſimi. Facta per me SSmo totius negotii relatione, nec non Taxæ nuper factæ ab Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Ordinum Capitibus die 17. currentis: Sanctitas Sua benigne annuit, quod prævia diſmembratione Eccleſiæ Montis Viridis ab Eccleſia Nazarena, cui alias canonicè unita fuit, eadem Eccleſia Montis Viridis uniatur Eccleſiæ Laquedonien., & viciſſim d. Eccleſiæ Nazarenæ uniatur Præpoſitura Oppidi Canuſii Nullius Diœceſis, & nunc pro tunc, quando vocaverit per ceſſum, vel deceſſum moderni Præpoſiti; dummodo tamen exhibeatur ejus Aſſenſus in forma Juris valida. Et ad D. Card. Pro-Datarium pro expeditione Litterarum Apoſtolicarum, cum clauſulis neceſſariis, & opportunis.

Decretum SSmi quod uniantur Eccleſiæ Canuſina, & Nazarena: dummodo modernus Præpoſitus præſtet aſſenſum.

C. Card. Argenvillieres Pro-Auditor.

X.

Regia diplomata ſuper Unione Eccleſiæ Canuſinæ.

1. AVendo il Re ordinato al ſuo Miniſtro in Roma di paſſar colà i dovuti uffic), per far ſeguire l'unione di codeſta Chieſa a quella di Nazaret, vuole ora la M. S., che V. S. faccia ſentire al Propoſto di coſtì, eſſer del ſuo Real piacere l'unione ſudetta, e che perciò non dia egli, nè faccia dare dal ſuo Capitolo paſſi contrarj per impedirla, potendo bensì eſſo Propoſto, qualora v'incontri riparo, rappreſentarlo a S. M., per di cui comando prevengo ciò a V. S., perchè così eſegua.

Napoli 1. Marzo 1755. *Il Marcheſe Brancone.*

Sig. Governatore di Canoſa.

Clementiſſimi D. Regis diploma, quo datur facultas Præpoſito, ut referat ſuper concepta Unione Eccleſiæ Canuſinæ.

2. P*Revengo a V. S. de Real orden pida a eſto Propoſto, que paſſe en mis manos en reſpueſta de la preſente todas las eſcrituras, y documentos, que el miſmo tenga en ſu poder concienentes ala exemption de eſſa Tgleſia del Arçobiſpo de Bari, y de ſu jurisdiction para hazer de eſſos papeles el Uſo Conveniente; Dios guarde a V. S. muchos años como deſſeo. Napoles 13. Julio 1755.*

El Marques Brancone.

Sr Governador de Canoſa.

Facto recurſu per Archiepiſcopum Baren. D. Rex mandat Præpoſito, ut producat jura ſua Eccleſiæ Canuſinæ.

INDEX RERUM.

A

ABbas nomen dignitatis competens etiam Prælato ſæculari, & venit appellatione Ordinarii. 190.

Abbates Exempti dimiſſorias Clericis ſecularibus concedere nequeunt. 207. accuſantur de negligentia diſciplinæ in locis ſibi ſubditis, & quare. 213.

Abſentia Epiſcopi quando permittatur. 198. ſuppletur a Dignitatibus, quæ illius locum præſentant. 158. Canonicis Eccleſiarum Apuliæ non imputatur, dum Canuſium pergunt S. Sabinum veneraturi. 179.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis 220. Secus ſi ſit ſeparabile a Principali. *ibid.*

Acherentiæ Comes Sico. 120. Urbis mœnia. 97. Monaſterium de Bantino. 162. Archiepiſcopus. 170.

Acta SS. Liberalis Epiſcopi Canuſini M. 15. Marciani Epiſ. Frequentin. 20. Sabini Epiſc. Canuſini. 30. & ſeqq. Richardi Epiſ. Andrien. 41. Laurentii Ep. Sypontin. 42. Barbati Epiſcop. Beneventi. 77. Placidi M. 60. *&* *ſeq.* Leucii Epiſc. Brunduſin. 87. Viti, Modeſti, & Creſcentiæ MM. 109. Præter. Inventionis Corporis S. Sabini Barii. 246. *ſeq.*

Actus clandeſtine geſtus in rebus incorporalibus non eſt ſufficiens ad acquirendam quaſi poſſeſſionem. 252. *& ſeq.*

Adelgis Princeps Beneven. Ludovicum Cæſarem captivum tenuit, ac deinde dimiſit. 123. victus ter a Saracenis. 127.

Adelgiſus, expulſo Deſiderio Rege ſuo Patre, Conſtantinopolim fugit. 95. cum Græcis Italiam reverſus in bello cum Grimoaldo P. victus. 97.

Ademarius Petri Filius a Ludovico Imp. Princeps Salerni declaratur. 122.

Advocatia Eccleſiæ ſuſtineri poteſt a a Regina Vidua. 185.

S. Ælia Pulcheria Auguſta Calcedonenſe Concilium convocari curavit. 22.

Æquitas juſtitiæ copulari debet 212. *&* 236.

Aes redivivum multis Romanorum nominibus inſculptum, & Canuſii inventum, Abbas Damadenus Commentariis illuſtravit. 3.

S. Agapetus PP. Legatorum Principem S. Sabinum Ep. Can. cum ſuis litteris ad Imp. Juſtinianum ablegavit 50. Pacem pro Rege Theodato ab Imp. impetraturus Conſtantinopolim iter arripuit. 51. Anthimum Patriarcham C. P. hæreticum depoſuit, & Mennam ſubſtituit, paulo poſt ibidem obiit. 52. Quare ſcripſerit Mennam primum Epiſc. conſtitutum a R. P. in Orientali Eccleſia a temporibus S. Petri. 55. Illius Corpus quomodo Romam translatum. 56. *& ſeq.*

Agilulphus Longobard. Rex Italiæ proclamatur, dum a Teodolinda in ſuum Conjugem eligitur. 75. Hæreſim abjuravit: Sacerdotes, & ſacra Vaſa Eccleſiis reſtituit. *ibid.*

Ajo Dux Beneven. quare non ſanæ mentis. 75. a Sclavonicis prope Canuſium interfectus. *ibid.*

Alo, ſive *Ajo* Princeps Benev. Græcos Bario expugnavit. 133. *& ſeq.*

Albereda prima Uxor Ducis Roberti Guiſcardi, ex qua Boamundus. 151. illius ſepulchrum Venuſii inter Principes Normannos. 183.

Alboinus Longobard. Primus Rex Italiæ. 72. in Apuliam non penetravit. 73. perperam illius nomen apponi

Digitized by Google

poni in actis S. Sabini tentatur. 107.

Alexius Comnenus, deturbato Niceforo Botoniate, Imperator inauguratur. 153. in duobus præliis a Boamundo fugatur. 154. tranſitum Crucesſignatorum impediens, a Boamūdo coactus pacta inire, ut Chriſti Equites libere pertranſirent. 165. iterum in Crucesſignatos ſecreto bellum gerens. 180. a Boamundo territus, pacem fecit cum Chriſti Militibus. 181.

Alphonſus Aragonius adoptatus a Joanna Secunda, Neapolis Rex, expulſo Renato, proclamatur. 193. ipſius virtutes *ibid.* Primus invexit oves Hiſpanicas in Apuliam. 194. Jacobo Aurilia Epiſc. Camen. filium Ferdinandum educandum tradidit. 224.

Alfariſius Antiſtes. 131.

Altamura quare ſua Eccleſia N. Diœceſis in Cathedralem non evecta. 233.

Amalphis Urbs obſidione a Boamundo clauſa. 164. quomodo liberatur. 165. in ejus Monte Joann. Eremita. 109.

Amalaſunta Gothorum Regina necatur, ex quo mala in Gothos importantur. 50.

Ambulativi nuncupantur Epiſcopi Titulares. 222.

Ancilla, cum ſit hæres ſuæ Dominæ, Mundus evertitur. 162. hujus conditionem ſæpe aſſumit Eccleſia, dum alteri unitur. 215.

S. Andreas Apoſtolus ejus nomini Baruli Templum erectum a *S. Sabino*. 32.

Andreas Archiepiſcopus Canuſinus Baren. Commend. quomodo electus, & C.Polim miſſus. 150.

Andreas Epiſcopus Canuſinus. 99.

Andrien. Urbs Evangelium audivit a S. Petro. 10. S. Richardum Ep. habuit ſub Gelaſio PP. 43. 205. Joffredus ejus Comes. 187. Franciſcus de Baucio Dux ejusdem. 43. apud eam Privilegium Eccleſiæ Canuſinæ à Rege Ferdinando datum. 252.

Angelarius Archiep. Canuſinus ſub Gregorio IV. 124. Barium tranſtulit Corpus S. Sabini. 125. idque omnino inveriſimile probatur. 126. 127. Inſcriptio Barii inventa. 148. pluribus ambagibus referta. 172. Eccleſiam Barenſem ſub Commendatione habuit a Leone IV. 128. quo anno illam ſuſceperit. 127. egit cum Ludovico II. & Longobardis, ut Saracenos Bario expellerent. 124. quibus expulſis, obiit. 128.

Anna Comnena Alexii filia Normannos laudat. 154. Boamundum Alexio ſecundum ſcripſit. 182.

Annibal Carthaginenſis Cannis in Apulia cladem Romanis intulit. 16. Canuſinos coegit ut a Romanis deficerent. 5. 16. illius nomen formidabile. 34. 107. *ſeq.*

Anonymus Auctor Actorum S. Sabini Ep. Can. 30. *ſeq.* juſſu Petri Epiſc. illa ſcripſit. 34. 103. Epoca ſtatuitur. 104. *ſeq.* Quæ ſcire potuit, ſcripſit. 30. 34. 80. 102. Datum Scripturæ ſub glorioſiſſimo Grimoaldo prole M. Arich perpenditur. 38. 106. Nullo errore accuſari poteſt. 107. *ſeq.*

S. Anſelmus Archiep. Cantaurien. interfuit Concilio Barii. 168.

Anthimus Ep. Trapenzuntin. Patriarcha Conſtantinopolitanus hæreticus. 51. a S. Agapeto R. P. in ordinem redactus. 52. a S. Sabino in Concil. iterum damnatur. 53.

Antiorbia primum a Cruceſignatis acquiſita. 165. Boamundo Principatus titulo tradita. 156.

Antiquior Eccleſiarum unitarum titulus præferri debet in ſubſcriptione. 168. in eaque Epiſcopus reſidere tenetur. 239.

Appellatio ad S. Sedem in C. Sardicenſi ſtatuitur. 28. eaque ad ipſam dumtaxat interponi poteſt a Præpoſito pro tempore Canuſino. 196. *ſeq.*

Digitized by Google

Appia Via Roma Brunduſium protenditur. 11. ſecus eam Canuſium. 12. *ſeq.* an facilior Minuccia, dubitat Horatius. 11. Cæſar illam breviorem judicat. *ibidem*.

Apulia Peucetia una, altera Daunia. 4. Quare ab ea Epiſcopus Canuſinus ſubſcripſit SardicenſeConc. 17. 19. A Longobardis non prius ſubacta, quam a Rege Authari. 73. *ſeq.* a Græcis occupata per Romoaldum Ducem liberatur. 77. quando ſub dominatione Græcorum. 133. *ſeq.* Incolæ quare jugum Græcorum tolerare non poterant. 142. Melum Ducem proclamarunt. 143. Ducatus titulo Normanni illam tenuerunt. 151. 249.

Aquæductus ab Herode Athenienſi Canuſii erecti. 102.

Aquitania primum Clodoveo Regi, deinde ſuis Ducibus paruit. 94. Rex Pipinus illam expugnavit. *ibid.* ſemper bellis implicita uſque ad Carolum Magnum. 95. quæ ejus Diſpoſitio. 96.

Aquitaneus infirmus Canuſium venit. 36. S. Sabini patrocinio ſanus effectus. *ibid.* biennio Eccleſiæ Canuſinæ inſerviit. 37. quomodo huc venerit, indagatur. 91. & Epoca ſtatuitur. 98.

Arbor ſuperſtitioſa Beneventi colebatur. 76.

Arces duæ Canuſii. 73.

Archidiaconus, ſuppreſſis Chorepiſcopis maximæ auctoritatis. 157. Juriſdictio ſuper Capitulum quomodo ei ablata. 158. in abſentia Epiſcopi, ejus locum tenet. *ibid.* ubi conſuetudo, ut mortuo Epiſcopo juriſdictio omnis ad eum devolvatur, ſervanda eſt. 231.

Archidiaconus Canuſinus ambitione ductus S. Sabinum veneno perdere tentavit. 32. eodem tempore defunctus. 68. hac dignitate diu caruit Eccleſia Canuſina, quando redintegrata. 159.

Archiepiſcopus Græce, apud Latinos ſummus Epiſcoporum. 118. eſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, & Metropolitanus in Provincia. 115. quot ſuffraganeos habere debuit. 117. 243. hoc titulo decoratur Canuſinus Epiſcopus. 114. *ſeq.* & quare. 117. *ſeq.* a R. P. conſecratus. 145. 243. a Patriarcha Conſtantinopolitano hunc titulum habere non potuit. 119. *ſeq.* neque deſcribitur in Chatalogo Balſamonis, & Nili Doxopatrii. 136. eodem honore Eccleſia Canuſina, modo gaudet, vigore Bullæ Urbani II. 245. 164.

Archimandrita Meſſanæ quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habet, & non tenetur reſidere. 205.

Archipresbyter, ac ejus officium ſuper Parochos vice ſui Epiſcopi. 158. in Eccleſ. Can. redintegratur. 159.

Archivium Monaſterii SS. Trinitatis Caven. 149. item R. Cameræ Neapol. 195. 252.

Argirus Dux filius Meli ſub ſignis Græcorum a Normannis vulneratur. 149.

Argirus Barenſis occidit Riſonem Archiep. in Via Canuſina. 187.

Arichis Dux Benev. quot annis regnavit. 75.

Arichis II. Dux, Rege Deſiderio ſuo genero capto, Princeps Benev. coronatur. 95. ejus bella cum Græcis, & Carolo M. Rege Italiæ. 96. titulum Magni obtinuit. 97. 107. ipſius nomen corruptum in actis S. Sabini. 38. 106.

Aſculum a Saracenis incendi tentatur. 123. Normannis traditum. 144. ejus Epiſcopus Leg. Ap. 50. Concil. C politano interfuit. 54.

S. Athanaſius à calumniis Arianorum purgatur in Synodo Rom. 17. deinde in C. Sardicenſi. 18. in eoque Epiſcopum ab Apulia interfuiſſe teſtatur. 19.

Audualtus ex Archid. Epiſcopus Canuſinus. 36. 99.

Audui-

Digitized by Google

Alduinus Rex primo Longobardos in Italiam direxit, & quare. 67.
Averſa a Normannis ædificatur. 144.
Aufidus flumen præterfluit Canuſium. 4. 12. 36.
S. Auguſtinus Sardicenſe Conc. quare Arianorum vocat. 18. ejus Corporis Identitas Ticini quomodo probata. 175.
Aurum repertum in Sepulchro Sancti Sabini. 36. hoc abſcondi aliquando permiſſum. 81.
Autharis Long. Rex Canuſium ſolo æquavit. 73. Zottonem I. Benev. Ducem inſtituit. 74.

B

BAlduinus Jeruſalem Rex II. quare ad ruinam Eccleſiæ. 166. filiam nuptui tradidit Boamundo II. quo extinto, Principatum Antiochiæ occupavit. 188. in Concilio Neap. interfuit. 218.
Balſamon edidit Chatalogum Eccleſ. Patriarchæ C. Politano ſubjectarum. 135. quid ſentiendum. 136.
Bantinum Monaſterium obtinet privilegium a Rogerio, & Boamundo, datum Canuſii. 162.
S. Barbatus Presbyter apud Theodoram agebat pro converſione Ducis Romoaldi. 76. Epiſcopus Beneventanus electus. 77. quando confirmatus. 85. cum juriſdictione in diverſis Eccleſiis. 116.
Barium in Via Appia. 12. A Saracenis occupatur. 121. Quantum diſtet a Canuſio. 122. Demolitur a Ludovico II. 123. Iterum a Saracenis obſeſſum ſub Græcorum jugo cecidit. 133. Mala Urbi importata deſcribuntur: 134. in ea Græcorum Statigo, deinde Catapanus reſedit. 139. Ab ipſis defecit, & Melum Ducem elegit. 143. A Duce Roberto obſidetur. 151. Quando in ejus poteſtatem devenerit. 152. Boamundo quando paruit. 162. 244. Urbs Princeps Apuliæ ex beneficio Græcorum. 135. Quod falſum oſtenditur; a reſidentia Archiepiſcopi Canuſini Metropolis effecta fuit. 134. 185.
— Eccleſia penitus ſolo æquata, a Biſantio nova erigitur. 145. a Succeſſore completur. 148. inventio Corporis S. Sabini in ea. 247. falſa evincitur. 173 *ſeq.*
— Epiſcopus in Concilio Sardicenſi non interfuit. 117. Sebaſtianus Epiſcopus non Archiep. 125. item Dominicus. 129. Suffraganeus Eccleſiæ Canuſinæ. 145.
— Archiepiſcopi titulum a Patriarca C.politano illum habuiſſe aſſeritur ſæculo VI., quod falſum reputatur. 135. a Græcis oblatum 140. non legitur acceptatum. 141. ab Urbano II. primum Archiepiſcopus Baren. nuncupatur, & quare. 163. 244. *ſeq.* retinet titulum Archiepiſcopi Canuſini. 186. Ea propter ſuffraganeos habet. 243. *ſeq.* pluries in Eccleſia Canuſina ſe intromittere. 169. 185. *ſeq.* 190. & poſſeſſionem in ea clanculum ſumere tentavit. 201. *ſeq.* Crucem elevare, & benedictionem impertire Canuſii non poteſt. 252. neque appellatio a Præpoſito illi interponi. 196. *ſeq.* Jus Primatis quod aſſumit, non eſt ſuum. 204.
Baronius (Cæſar) Card. Præpoſitus Canuſinus. 195. plura ſcripſit de Epiſcopis Canuſinis. 23. 29. 196. & *alibi.* hanc Eccleſiam Cathedralem agnoſcens, ejus Præpoſituram, utpote reſidentialem, libere dimiſit. 199.
S. Bartholomæus Ap. ejus Corpus Beneventum tranſlatum. 92. cujus intuitu Eccleſia illa in Metropolitanam evecta. 117.
Barulum unde denominatum, Pilam habebat. 39. ibique Eccleſiam S. Sabinus ædificavit. 31. in Diœceſi Tranenſi ſitum. 219. tempore belli ever-

everſum a Ducibus. 225. ibidem Sedes honoraria Archiepiſcopi Nazareni. 219. Eccleſia quam habet Nazarenus, ut ſibi adjudicetur Archiepiſcopus Tranenſis inſtat. 223.

Beatillus (Antonius) Hiſtoricus nimis favens ſuæ Patriæ. 3. 30. 124. *ſeq. & alibi*.

Bellarminus (Robertus) Card. quomodo renunciavit jurisdictionem Archiepiſcopo Neapol. ſuper Inſula Procidæ. 198. *ſeq.*

Beliſarius Conſul creatur. 51. Neapolim obſedit. 52. Urbem per aquæductum penetravit. 59. Papam Silverium relegavit. 57. ab Italia revocatur. 67.

S. Benedictus Abbas S. Sabini familiaritate uſus. 31. è Sublacenſi ſpecu quomodo Caſſinum perrexit. 49. S. Placidum Meſſanam deduxit. 60. Regem Totilam excipit. 63. ejus obitus. 64. 69. ipſius, ac S. Scholaſticæ Corpora a Monte-Caſſino nunquam remota. 93.

Beneventum in Via Appia, ſive Trajana. 12. quando Ducatus honore cohoneſtatur. 73. ab Conſtantis obſidione per Romoaldum liberatur. 77. ejus Dux Arichis Princeps quando nuncupat. 95. quomodo ſub Græcorum jugo cecidit, illoſque quare expulit. 142. ejus Eccleſia quando in Metropolitanam evecta. 116. Archiepiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ Canuſinæ. 249.

Berardus frater Florentiæ ex Princip. Salerni. 109. 112.

S. Bernardus Abbas Apuliam quare petiit. 188.

Bernardus primus Antiochiæ Patriarcha Latinorum. 166.

S. Bernardus Epiſc. Segninus Legat. Apoſtol. 181.

Bernandus Epiſcopus Nazarenus in Concil. Neapolitano. 218.

Berboeæ Macedoniæ Epiſcopus non vero Barii fuit Gerontius. 117. hæc Eccleſia Throno Conſtantinopolitano adſcripta reperitur. 138.

Biſantius Archiepiſc. Canuſinus a Papa conſecrat. 243. Eccleſiam Barenſem diruit & novam extruxit. 145. 173. 246. Epocha ejus electionis ſtatuitur. 147. exul C.poli moritur. 148.

Biſantius Epiſcopus Tranen. 243. Archiepiſcopus quare declaratur. 169. adfuit Conſecrationi Eccleſiæ Canuſinæ. 170.

Biſantius Epiſcopus Lavellen. non Minerbinen. 206.

Bituntum Duce Melo, a Græcorum jugo liberatur. 143. item a Duce Rayco. 144. ejus Eccleſia. 245. Epiſcopalis prope Barium. 236.

Boamundus (ſive Marcus) Primogenitus Roberti Guiſcardi. 151. ejus character. 164. in Illirico, diſceſſo Patre, bis bellum adortus, Alexium Comnenum in fugam conjecit. 154. Veneno propinato a Noverca, S. Sabini ope liber evaſit, & Canuſinæ Eccleſiæ Protectorem ſe recenſuit. 155. 185. præteritus a patre in teſtamento, arma convertit in Rogerium fratrem. 155. inita pace Principatum obtinuit a Tarento ad Sypontum uſque. 162. Canuſii una cum fratre diploma obſignavit. *ibid.* Eccleſiæ Canuſinæ ut reſtituat. Archiep. exoravit Urb II. 163. obtinuit ut apponeretur in Bulla clauſula: abſque præjudicio. 164. Amalphitana obſidione ſoluta, Chriſti militibus adjungitur. 165. cum Alexio impediente cruceſignatos tranſire, convenit. *ibid.* Antiochia primum acquiſita eidem Principatus titulo adjudicat. 166. quomodo ab infidelibus Captivus effectus. 167. fama ejus mortis mala intulit Canuſinis. 169. Papæ commendat Eccleſiam Canuſinam. 170. Liber evadens, quare in Italiam rediit, & S. Sabino gratias egit. 180. Chriſti equites in Hiſpania, & Gallia innumeros collegit. 181. Conſtantiam

filiam

filiam Regis Franciæ matrimonio accepit. *ibid.* iterum Alexium terruit, ut iter Cruceſignatis non impediret. 181. Terram ſanctam rediit. *ibid.* Obiit. *ibid.* Antiochiæ, an in Apulia. 182. fuit Protector Chriſtianorum. 166. mala ex ejus obitu. 181. laudatur etiam ab hoſtibus. 182. Cadaver Canuſium transfertur, ante Baſilicam S. Sabini tumulatur. *ibid.* Inſcriptio apposita illius ſepulchro. 183.

Boamundus II. primi filius hæres Principatus Antiochiæ. 182. ſub tutela Conſtantiæ Matris. 185. Balduini Regis filiam conjugem habuit. 188. ab infidelibus interficitur. *ibid.*

Bonviſus Card. Archiep. Baren. quare in Eccleſia Canuſina exceptus. 201. a quo nullum præjudicium ejus Libertati illatum. 252. *ſeq.*

Bracharenſe Concilium ſtatuit mortuos humari de foris circa muros Eccleſiæ. 70.

Brunduſium terminus viæ Appiæ. 12. quantum diſtet a Canuſio. 66. a Romoaldo Duce evertitur. 79. 89. *ſeq.* S. Leucii Epiſcop. corpus quomodo amiſit. 87. Epoca ſtatuitur. 89. *ſeq.* ipſius Eccleſia ſub juriſdictione Epiſcopi Hydruntini. 89. Uritani. 91. Archiep. Canuſini. 130. iterum Uritani: hujuſmodi Unio quomodo diſſoluta. 131. ab ejus portu Boamundus cum Cruceſignatis vela ſolvit in Illiricum. 181.

S. Bruno Ep. Signinus Legat. Apoſt. cum Boamundo (ex errore Bernardus). 181. 264.

Bulgari in Comitatu Moliſii. 90.

Bullæ Apoſtolicæ proviſionis, beneficii non mutant illius ſtatum, & quando. 209. quamvis in illis non exprimantur beneficia unita. 230. iſta remanent in eadem natura, ut prius. 231.

Burſa Epiſcop. Canuſinus. 36. quo tempore floruit. 91. & Aquitaneus infirmus S. Sabini ope curatur. 98.

C

CÆremoniale Epiſcoporum a Clement. VIII. editum. 201. *ſeq.*

Cajacium in Campania iter divertit S. Placidus M. 61.

Calcedonenſe Conc. præſidentibus Legatis Apoſt. celebratum. 22. Ipſis abſentibus aliqui Epiſcopi Canones ſtatuerunt, quorum XXVIII. privilegium datur Epiſcopo Conſtantinopolitano. 23. quamvis in collatione Dioniſii Exigui illi inſerantur; XXVIII. tamen non legitur. *ibid.* nunquam Canon iſte vigeſimus octavus ab Eccleſia Romana approbatus, emiſſa proteſtatione per S. Probum Epiſcop. Canuſinum. 23. 25. 242.

Calſo Saracenorum Rex, Canuſii in bello victus, Barium pedibus repetiit. 121.

Calix ex auro invento in Sepulchro S. Sabini conficitur, de mandato Theodoræ. 36. item ex ſerpente aureo, quem eadem abſtulit a ſuo viro. 77. *ſeq.*

Camera in qua repoſitum corpus Sancti Sabini. 38. quomodo intelligatur. 101.

Cannæ ſæpe cum Canuſio perperam confunditur. 3. ante Annibalis adventum a Romanis ſolo æquata. 16. nonniſi ignobilis Vicus Apuliæ remanſit. 17. a Rege Totila everſa 66. apud eam Dux Melus a Græcis ſuperatur. 143. *ſeq.* penitus deſtruitur a Duce Guiſcardo. 154.

— Eccleſia S. Liberalem Epiſcop. non habuit. 15. *ſeq.* ejus primus Ep. S. Rogerius tempore S. Sabini. 41. id inveriſimile probatur. 42. creditur illum fuiſſe, qui interfuit dedicationi Eccleſiæ Canuſinæ ſub Paſchali II. 170. 205. 249. Suffraganeus Eccleſ. Canuſinæ. 243. 245. poſſidetur nunc ab Archiep. Nazareno. 219 *ſeq.* dudum Tranenſi Archiep. unita fuit. 224.

Canan duorum panum ſolvitur Regi ab Eccleſia Canuſina. 250. item Ducatorum triginta a Regia Camera Præpoſito. 195.
Cantaurien. Archiepiſcop. Primatum Angliæ prætendit. 228.
Cantor diu primum locum tenuit in Capitulo Canuſino, & quare. 159.
Canuſium Urbs in Apulia. 25. 66. ante Romam condita. 3. a Diomede ædificata. 12. ejus circuitus ad milliaria ſedecim. 5. Romanis fœderata. *ibid.* frumentum ipſis intulit tempore belli Punici. 16. ab eis, cum defeciſſet timore Annibalis, Romanorum Colonia militaris evaſit. *ibid.* ſecus viam Appiam. 12. ab Imperatoribus Trajano, & Hadriano illuſtratur. 13. a Rege Totila quare non everſa. 66. deſtructio a S. Sabino prædicta. 33. a Longobardis executa. 71. *ſeq.* a Duce Romoaldo reſtaurata. 86. ſita ſupra ſeptem Colles, duas arces habuit. 100. a Saracenis occupatur. 114. & illico a Salerni Principe iſti expulſi. 121. *ſeq.* a Ludovico II. præſidio munita. 123. nunquam a Saracenis everſa. 126. *ſeq.* per Ducem Melum liberatur a Græcis. 143. Normannis primum traditur. *ibid.* a Græcis iterum occupata a Normannis recuperatur. 151. Boamundi dominio additur. 162. a Duce Rogerio obſidetur. 167. 169. a Regum Willelmi, Roberti, & Ferdinandi præſentia, & privilegiis cohoneſtatur. 184. 188. 192. 225. 249. floret adhuc 235.
— Eccleſia Epiſcopos habuit a primo ſæculo ad VI. 20. *ſeq.* dum Clero carebat Viſitatorem habuit Epiſcopum Sipontinum. 6. 74. iterum VII. ſæculo Epiſcopum recuperavit. 86. Matrix plurium Eccleſiarum. 118. *ſeq.* extenſio ejus diœceſis. 87. 110. in Metropolim quando evecta. 115. *ſeq.* in diuturna abſentia Archiepiſcopi a Præpoſito adminiſtratur. 156. *ſeq.* 247. nunquam ſuppreſſa, neque unita Eccleſiæ Baren. ut ſuppoſitum fuit Urbano II. 208. *ſeq.* 233. *& alibi.* præſervata ejus jura. 164. 245.
— Ejus Cathedralis S. Petro ſacra 36. prope eam Regia Capella S. Sabini. 81. eidem altera ſubrogata 99. quæ creditur a S. Sabino ædificata. 102. Eaque adhuc perſiſtit. 7. deſcribitur. 175. Corpora S. Sabini & aliorum Epiſcoporum nunquam ab ea ſublata. 172. a Paſchali II. conſecrata. 170. Regiæ Capellæ privilegiis gaudet. 249.
Canuſium in Lombardia quando extructum. 153.
Capitulum Eccleſ. Canuſinæ, quibus conſtet. 159. Clericorum appellatione in Regio diplomate. 250. juxta antiquum morem. 158. ad quæ tenetur in Eccleſia. 195. Curam animarum habet habitualem. 199. jure honorifico gaudet ſuper Eccleſias filiales. 206. Archiepiſcopum ab eo non electum nunquam agnovit. 208. privilegia, quibus ditari deberet, ſi Eccleſia propria alteri uniretur. 239. *ſeq.*
Capua Atenulfum M. primum principem habuit. 106. ipſius Eccleſia quando in Metropolitanam evecta. 115. an ſit Beneventana antiquior. 116. electo novo Archiep. quomodo ab Innocentio III. confirmatio fuerit expetita. 189.
Cardinalis quomodo excipiendus ab Epiſcopis in ſuis Diœceſibus. 202.
Carolus M. in Aquitania Magiſtratum conſtituit 95. depoſito Rege Deſiderio, Rex Italiæ inauguratur. *ibid.* accepto fœdere penſionis, pacem cum P. Arichi fecit. 96. Grimoaldum ſub certis conditionibus liberum reliquit. 97. Imperator coronatur. 103.
Carolus frater S. Ludovici Galliarum Regis Rex Neapolis. 191.
Carolus II. primi filius Neap. Rex. 191.

Ca-

Carolus Martellus Hungariæ Rex. 191.
Carolus filius Roberti Regis Patri præmoritur. 192.
Carolus Dyrracchinus Rex Neapolis, & Hungariæ. 193.
Carolus Rex noſter laudatur pro ejus ſollicitudine erga ſuam Civitatem Canuſinam. 12. ac ipſius Eccleſiam. 216. 259.
Caſtrum Montis in Apulia. 73. 144.
Catapanus Græcorum Barii, quando inibi reſidentiam fixit. 139. *ſeq.*
Cathedralis, quamvis ab Infidelibus ſit deſtructa, ſemper talis remanet. 222. ejuſque Prælatus quocumque nomine nuncupat., reſidere. 197. & in ipſa Epiſcopus Olea conſecrare tenetur. 240. hoc titulo Eccleſia Canuſina etiam hodie decoratur. 209. 253. *ſeq.*
Caven. Monaſterium Cluniacen. Congregat. ex eo Urbanus PP. II., & Elias Archiep. 163.
Cereuniolæ (Ciriguola) Caſtellum Geryonis. 190. de Diœceſi Canuſina, & quando Archipresbyter titulum Nullius aſſumpſit. *ibid.* quomodo poſſet reſtitui, & adnecti Eccleſiæ Canuſinæ. 237.
Chryſoſtomus titulum Archiepiſcopi Baren. an a Patriarcha Conſtantinopolitano acceptaverit. 139. *ſeq.* ejus obitus. 142.
Clauſolæ cum diris in Bullis Rom. Pontif. 244.
Cæcitas præ ſenio S.Sabini. 31. quando accidit. 65. quæ de ea narrat S.Gregorius M. 66.
Cœmeteria, & Catacumbæ Canuſii ubi extructa. 70. 175.
Commenda Eccleſiæ dudum non reſpiciebat favorem perſonæ, ſed Eccleſiæ. 197. quare hic uſus inoleverit. 128.
Compoſtellæ Archiepiſcopus utitur Pallio extra Provinciam, de conſenſu Ordinarii loci. 229.
Compſa Provinciæ Lucaniæ Urbis Archiepiſcopi recenſentur. 170. 255. 201. ibi Gothorum finis. 67.
Confeſſio in Eccleſia Barenſi de qua in diplomate. 246. an a Biſantio. fuerit diruta. 173. Item in Eccleſia Canuſina. 175.
Congrua pro Epiſc. habetur a Præp. Canuſino. 160.
Conradus Imp., Græcis expulſis, Canuſium tradidit Normannis. 144.
Conſtans Græc. Imp. in obſidione Beneven. fugatur. 77. Sanctuaria expoliavit. *ibid.* in Sicilia obiit. 90.
Conſtantia Boamundi Uxor. 181. Vidua parvi filii Tutrix. 185. quomodo renunciavit Eccl. Canuſinam Archiep. Baren.. *ibid. ſeq.*
Conſtantia Reg. Rogerii filia, Tutrix Federici II. parvi filii. 189.
Conſtantia Manfredi filia Uxor Aragoniæ Regis. 191.
Conſtantinopolis, quando primum Epiſcopum habuit. 55. Urbs Regia effecta, ipſius Epiſcopus caput extollere auſus vigore pſeudo Can. Concil. Calcedonen. 23. *ſeq.* 242.
Corepiſcopi quam auctoritatem uſurpaverint. 157.
Corradus Rex quæ mala intulit Apuliæ. 190. Corradinum parvum filium reliquit. 191.
Corpora SS. Longobardi furabantur. 73. 92. Saraceni illa vendebant. 88. *ſeq.* caute cuſtodiri oportuit. 101. ſæpe integra pro aliqua parte. 178. ubi conſervantur, ibi gratioſiorem ſe Deus piis Viris præbet. 179 lites ſuper hac re. 93. 175. 9. 172. *ſeq.*
Crux elevatur a Primate in Regno. 228. ubique, excepta Roma, a Patriarchis, & aliquibus Epiſcopis ex Privilegio. *ibid.* In toto Mundo ab Archiepiſcopo Nazareno. 218. quomodo hoc privilegium intelligi debet. 229. *ſeq.* illa elevari nequit in Diœceſi Canuſina ab

Archiepiſcopo Baren. 201. *ſeq.*
Cuperſanum in Apulia Peucetia quare Minervum coluit. 194. illius Monaſterium an a Saracenis deprædatum. 120. iſtud ab Archiepiſcopo Canuſino exemptionem obtinuit. 130. Epiſcopus Suffraganeus Eccleſiæ Canuſinæ. 243.

D

Daibertus Piſarum Archiepiſcopus primus Latinorum Patriarcha Jeroſolymitanus, expulſus a Rege Balduino ad Boamundum recurrit. 166. cum eo Romam perrexit. 180.
Damadenus Abbas Tabulam æream Canuſii inventam illuſtravit. 4. *ſeq.* quare deceptus in rebus recentioribus Eccleſiæ Canuſinæ. 3. *ſeq.*
Dactus Dux Apuliæ contra Græcos. 143. ab ipſis captus in mare præcipitatur. 144.
Decius Caracciolus Archiep. Baren., in lite mota contra Eccleſiam Canuſinam, ſucubuit. 202. 252.
Deſiderius ultimus Longobardorum Rex. 95.
Dignitates in Cathedralibus, tenent locum Epiſcopi in ejus abſentia. 158. ubi viget conſuetudo, ut aliqua ex eis exerceat juriſdictionem, Epiſcopo mortuo, ſervanda eſt. 211.
Dimiſſoriæ quænam ſint ex ſui natura. 211. Epiſcopi Regni Neapolitani certo Epiſcopo illas dirigere debent, *ibid.* item Regulares prius Epiſcopo Diœceſano *ibid.* Exempti illas concedere nequeunt. 207. & quare. 211. *ſeq.*
Diſſolutio unionis Eccleſiarum quando fieri debet. 234. Exempla Sipontinæ, & Brunduſinæ. 167. 131.
Dogbana Menæpecudum Apuliæ. 193. *ſeq.*
Dominicus Epiſcopus Baren. 129.

E

Eboracenſis Archiep. quare elevat Crucem in Anglia. 228.
Eccleſiæ, ut Gentilium ritus abolerentur, ædificandæ. 39. abſque auctoritate Apoſtolica conſecrari non poterant. *ibid.* ex Epiſcopis accitis, Ordinarius conſecrabat. 45. quando dubitatur de earum Conſecratione, conſecrari debent. 175. Reliquiæ SS. requiruntur, & quæ. *ibid.* ut quælibet ſuum Paſtorem habeat, Reipublicæ intereſt. 215. *ſeq.*
Electio Archiepiſcopi uſurpata a Barenſibus. 150. Canuſinos adegit, ut illum non agnoſcerent. 159.
Elena Filia Roberti Guiſcardi Uxor Coſtantini Porfirogeniti. 151.
Eleutherius Senator Romanus Canuſii. 15.
Elias Abbas Baren. quomodo accepit Corpus S. Nicolai. 156. Melfiæ Urbanum II. adiit. 247. ab eodem obtinuit in Archiepiſcopum conſecrari. 161. *ſeq.* 244. *ſeq.* quare ſe inveniſſe Corpus S. Sabini evulgaverit. 167. ſe prænominavit Archiep. Baren. 168., & Barii Primatem. 169. quando in Eccleſia Canuſina ſe intromittere tentavit. *ibid.* coactus ſe inſcribere Archiep. Titularem Canuſinum. 171. quare non interfuit dedicationi ejusdem Eccleſiæ. 175. in reditu Boamundi, obiit. 180. Barium quare ad æthera vexit 186.
Emporium Canuſii. 3.
Enunciativæ recentes nullum probationis gradum faciunt 209.
Epiſcopi quæ antiquitus eorum conditio. 14. Eccleſiarum dirutarum a Saracenis, Romam confugere, quomodo coacti. 127. item Titulares ſunt vere Epiſcopi. 222. dum exerceant munus Magiſtratus Secula-

cularis, uti Epiſcopi non conſiderantur. 186.
Etmenrich in Actis S. Sabini inſcriptus. 38. quinam fuerit. 104. *ſeq.* quomodo corrigenda ſit ſcriptura. 106.
Evantia Mater S. Liberalis. 15.
Exemptio diverſa eſt a libertate, præſupponit enim ſubjectionem. 207. quare introducta a Romanis PP. 212. qui illa gaudent, quæ tenentur præſtare proprio Epiſcopo, cui, ceſſante exemptione, Subditi erant, 207. vel Viciniori, a quo præſumitur avulſum illorum Territorium. 211. *ſeq.*

F

S. Felix M. primus Canuſii Epiſcopus. 10. *ſeq.*
Felix PP. S. Sabinum Romæ excepit. 48.
Felix Epiſcop. Sipontinus Viſitator Eccl. Canuſinæ. 6. 74.
Ferdinandus Rex Neapolis proclamat. 193. Canuſium advenit. 195. 225. privilegia Eccleſiæ Canuſinæ confirmavit. 195. 249. *ſeq.* ac conceſſit Nundinas Eccleſiæ S. M. de Nazareth. 225.
Feſulanus Epiſcopus in C. Conſtantinopolitano. 54. ubi modo juriſdictionem habet. 219.
Florentia ex Principibus Longobard. curavit recondi SS. Viti, & Sociorum Corpora, auctoritate Epiſcopi Canuſini. 109. *ſeq.* quare Principiſſa Salerni. 111. *ſeq.*
Forojulienſis Dux Longobard. 72.
Fridericus I. Imp. dict. Barbaroſſa. 189.
Fridericus II. Imp., & Siciliæ Rex plurima mala intulit Regno. 189. *ſeq.*

G

Galeatius Archiep. Baren. poſſeſſionem capere in Eccleſia Canuſina tentavit. 202.
Garganus (Mons) in Apulia Dauniorum. 3. Apparitione S. Michaelis Archangeli celebris. 40. ejus S. Baſilica S. Sabino præſertim commendatur. *ſeq.* Peregrinorum frequentia colitur. 44. 179. a Græcis, an a Longobardis devaſtata. 76. a Duce Romoaldo quando reſtaurata. 85. Epiſc. Benevent. Juriſdictioni ſubiicitur. *ibid.* non eſt Cathedralis, ut perperam aſſeritur. 88. quamvis ejus intuitu, Sipontina Eccleſia in Archiepiſcopalem evecta. 167.
S. Gelaſius Papa Lupercales ludos prohibuit. 39. Canuſium venit, & Eccleſiam a S. Sabino ædificatam conſecravit. 31. eidem ut Eccleſiæ Patrono primum locum attribuit. 47. quomodo Sancti Sabini notitiam habere potuerit. 46. Garganum pergens Feſtivitates in honorem S. Michaelis inſtituit. 40. Romam regreſſus duas Synodos habuit. 45. S. Probi Epiſcopi Canuſini uſus eſt opera, ut ſacri Libri ab Apochryphis ſecernerentur. 47. quæ de Legatione ejuſdem Probi ſcripſit. 25. 242.
Gelaſius II. PP. electus quare Cajetæ Coronatus, præſente Willelmo Duce Apuliæ 187. quinā juriſdictionem Præpoſiti in Diœceſi Canuſina confirmaverit. *ibid.* 250.
Gentiles a Civitatibus expulſi in Pagos ſeceſſerunt. 39. aliqui illorum ritus. *ibid.* eos abolere, Sanctus Sabinus conatur. 31. item S. Benedictus. 49. quando penitùs a Longobardis aboliti. 78. 84.
S. Germanus Epiſcopus Capuanus cum S. Sabino familiariſſimè agebat. 31. 47. item cum S. Benedicto. 49. S. Placidum illius Diſcipulum excepit. 60. Legatione Apoſtolica functus Conſtantinopoli. 47. quo anno obiit. 69. ejus anima in Cœlum ferri aſpicitur. 48.

Gerl-

Digitized by Google

Geryonis horreorum locus in Apulia deſtruitur. 190.
Giſulfus Dux Beneventi Campaniam Romanam devaſtavit. 82. Epocha ſtatuitur. 84.
Giſulfus II. Dux Beneventi Monaſterium Montis Caſſini reditibus ditavit. 93. *ſeq.*
Godefredus Bolionius Crucis vexillo armatus ſacram expeditionem ſuſcepit. 165. primus Rex Jeruſalem coronatur. 166. paulo poſt moritur. 167.
Gordianus Socius S. Placidi. 60. Epocha itineris ab eo aſſignata propugnatur. 59.
Gothi quomodo in Italiam advenerint. 25. Juſtinianum quare exacerbaverint. 50. illorum Regni finis. 67.
Græci, expulſis Gothis, Ravennæ Eſarcham in Italia conſtituerunt. 71. quando expulſi a Longobardis ex pluribus Italiæ Regionibus. 72. uſque ad Regem Autharim in Apulia dominati ſunt. 73. quando iterum in Apuliam venerint, & expulſi. 76. quare eos Barenſes invitarunt. 133. Principatum Beneventanum invadere tentant. *ibid.* Statigo deinde Catapanum Barii ſtatuunt. 139. propter eorum ſuperbiam ab eis defecerunt Apuli. 143. quando a Normannis Canuſio expulſi. 144. 151. item Bario 152.
— Ritus illorum ne introducerentur in Apuliam Archiepiſcopus Canuſinus reſtitit. 132. 149. in Provincia Hydruntina quare introducti. 137. *ſeq.*
S. Gregorius M. Papa electus. 73. libros Dialog. cui direxit. 75. ejus ſollicitudo pro Eccleſia Canuſina. 6. 74. quæ de S. Sabino memoriæ tradidit. 63. *ſeq.* 66. 68. Sancti Leucii Reliquias quando petiit. 89.
Gregorius IV. Petrum quare primum Archiepiſcopum Canuſii declaraverit. 118.
S. Gregorius VII. (Hildebrandus) Urſum Archiepiſcopum Canuſinum conſecravit. 146. ubi Henricum Imperatorem abſolvit. 153. ab eodem Romæ captus a Duce Roberto liberatur, & Salernum deductus, obiit. 154.
Gregorius Dux Beneventi. 93.
Gregorius Hiſpanus quomodo detexit Sepulchrum S. Sabini. 35. 78.
Grex ſine Paſtore. 214.
Grimoaldus Dux Beneventi Græcos cæde profligavit. 76. *ſeq.* Rex Italiæ conſtituitur. *ibid.* & Romoaldum ſuum filium Ducem inſtituit, eique Theodoram in Matrimonium dedit. 35. quando iter arripuit, ut Filio auxiliaretur contra Græcos. 77.
Grimoaldus ſub tutela Theodoræ Matris. 35. tribus annis regnavit, & Uxorem duxit Filiam Berthari di Regis. 82. Epoca ſtatuitur. 83.
Grimoaldus filius Arichi M. obſes ductus à Carolo M. 96. mortuo Patre ſub conditionibus liber dimittitur, & Princeps Beneventi proclamatur. 97. de Græcis retulit Victoriam. *ibid.* fortiter reſtitit Pipino Regi Italiæ pro conſervanda nativa Libertate. 98. Vir glorioſiſſimus nuncupatus. 106. illius Sepulchro elogia. 107. Eo Regnante Datum in actis S. Sabini. 105. *ſeq.*
Grimoaldus II. Princeps Beneventi coronatur 120.
Guaimarius Salerni Princeps. 149. 152.
Guilielmus malus Rex Siciliæ Rogerii filius. 189.
Guilielmus bonus Siciliæ Rex, ſine prole, obiit. 189.
Guilielmus Tancredi Regis parvus filius captivus ductus ab Imper. Henrico VI. 189.

Digitized by Google

Guibertus Antipapa ab Henrico IV. contra S. Gregorium VII. elevatur. 153. a Roberto Guiſcardo expulſus. 154. iterum a Cruceſinatis Gallis. 165.
Guitpardus Antiſtes. 131.

H

H*Adrianus* Auguſtus quæ præſtitit Urbi Canuſinæ. 13. ſub eodem S. Liberalis Epiſcop. Martyrio coronatur. 15.
S. Henricus Imp. in Apuliam deſcendit. 144.
Henricus VI. Imp. jura Reginæ Conſtantiæ ſuæ Conjugis tueri pergens, quæ mala intulit. 189.
S. Hormiſdas Legatum conſtituit S. Germanum. 47. cujus ſententiam contra hæreticos promulgatam S. Sabinus in Concilio propugnavit. 54.
Humoriſtarum Accademia. 200.
Hydruntum à Græcis occupatum. 133. ad hanc Urbem ab Illirico venit Boamundus. 181. ejus Epiſcopus Viſitator Eccleſiæ Brunduſinæ. 89. a Patriarcha Conſtantinopolitano titulum Archiepiſcopi accepit. 137. Modo Synodum peculiarem celebrat pro Italo Græcis. 138.

I

I*Acob* excuſatur de mendacio, & quare. 108.
Jacobus Archiep. Can. 129. 131.
Jacobus Aurilia, Epiſc. Cannen. fuit Archiep. Nazarenus. 224.
Jacobus Siliceus Præp. Can., dein. Epiſc. Trojæ Acta S. Sabini Typis dare curavit. 200.
Jannonii(Petri)aſſerta de Eccl. Apuliæ Trono Conſtantinopolitano adſcriptis refelluntur. 119. *ſeq.* 135. *ſeq.*
S. Januarii Corpus quomodo Neapolitanis ablatum. 92.
Icon B. M. Conſtantinopoli elevatur. 147. Item B. M. V. de Fonte in Eccleſia Canuſii. 102.
Iconoclaſtæ in Italia nil proficiunt. 94.
Idioma diverſum Paſtores reddit inhabiles Verbum Dei prædicare. 222.
Jeruſalem à Saracenis capta. 143. ſacra expeditione decreta. 163. ab Equitibus Chriſti liberatur. 166. mortuo Boamundo, hæc in incitas redacta fuit. 181. *ſeq.* quando cecidit in manus Saladini Babyloniæ Suldani. 189.
Indulgentia clargitæ in Anniverſario Dedicationis Eccleſiæ Canuſinæ. 170. item eleemoſynas afferentibus Eccleſiæ Nazarenæ. 218.
Inſcriptio quando probat. 173.
Inventio Corporis S. Sabini in Eccl. Canuſina. 35. Epocha ſtatuitur. 82. *ſeq.* Item Barii 247. quæ perperam aſſeritur. 172. *ſeq.* ac etiam Leſinæ 176. & Atripaldæ. 177.
Joannes XIX. ex laico PP. electus. 146. ejus conſtantia in denegando titulum Œcumenici Patriarchæ Conſtantinopolitano. *ibid.* conſecravit Biſantium Archiepiſcopum Canuſinum. 145. 243. quo anno. 147. coronavit Conradum Imp. 144.
Joannes Archiepiſ. Canuſinus quare dictus Brunduſinus 130. *ſeq.* privilegium conceſſit Monaſterio Cuperſani. *ibid.*
Joannes Antiſtes. 131.
Joannes II. aut III. Archiep. Canuſ. privilegium conceſſit Eccleſiæ Juvanacen. 132. quare in Commendam habuit Eccl. Baren. 133. *ſeq.* reſtitit Patriarchæ Conſtantinopolitano, ne ritus Græci in ſuam Provinciam introducerentur. 132. 138. obiit. 139.
Joannes III. aut IV. Archiep. Can. calamitoſiſſimis temporibus vixit. 142. *ſeq.* quo anno obiit. 147.
Joannes Traui Antiſtes titulum Archie-

Digitized by Google

chiepiſcopi, & Sinkelli aſſumpſit. 88. quem a P. Conſtantinopolitano obtinuit. 141. ſeq. ejusdem Legatione functus Epiſtolam blaſphemiis refertam accepit. 149. in ordinem redactus a Nicolao II. 150.

Joannes Archidiaconus Baren. ab Archiep. Urſone electus. 246. illius in itinere Socius. 247. una cum Abb. Elia Melfiam ad PP. Urbanum perrexit. *ibid.* Bullam prætenſæ Unionis Eccleſiæ Canuſinæ extendit. 244. *ſeq.* quare clauſolam abſque præjudicio &c. in ea appoſuit. 164.

Joannes frater Archiepiſcopi Riſonis, & Grimoaldus diruerunt Turres Argiri. 187.

Joanna I. Regina Neapolis Ludovicum Andegavenſem voluit adoptare. 192.

Joanna II. Regina Alphonſum Aragoniæ Regem, deinde Ludovicum Andegavenſem adoptavit. 193.

Itali Cruceſignati cum Boamundo Duce, qui. 165.

Itali Græci in Provincia Hydruntina. 138.

Julius Epiſc. Canuſinus. 86.

Jurisdictio, abſente Epiſcopo, exercebatur à Dignitatibus. 158. eo mortuo a Præpoſitis. *ibid.* nunc conſolidatur in Capitulo, exercenda per Vicarium. 159. ſecus, ubi conſuetudo viget, ut aliqua Dignitas locum teneat Epiſcopi. 231. ab ea, & non ab Ordine conceſſio Dimiſſoriarum pendet. 212.

Juſtitia eſt æquitas. 236. præſervata fuit Eccleſiæ Canuſinæ in Bulla præten. Unionis. 245. 234. *ſeq.*

Juſtinianus Auguſtus Uxorem hæreticam habuit. 49. ab ea conſilium ſumebat. 51. ad ipſum Legati Apoſtolici miſſi. 50. deinde Papa Agapetus profectus. 51. conſentit, ut, dejecto Anthimo, conſecraretur Menna in Patriarcham Conſtantinopolitanum. 62. quare Gothos ab Italia expellere deliberaverit. 50. quo anno obiit. 69.

Juvenacen. Urbs ſub jurisdictione Archiepiſcopi Canuſini. 132. hujus Epiſcopus Suffraganeus eſt. 243. 245.

K

KAlendarium Reipublicæ Canuſinæ. 13.

Kalendis Auguſti Feſtum Translationis S. Sabini. 38. 215.

Karolus. Vide Carolus M.

L

LAdiſlaus Neapolis Rex. 193.

Laquedonien. Eccleſiæ, ut uniatur illa Montis Viridis, petitur. 258.

Lavellen. Eccleſia Biſantium habuit Epiſcopum. 206. Suffraganeum Eccleſiæ Canuſinæ. 243. 245. eidem reſtituendum. 236.

S. Laurentius Epiſcopus Canuſinus a S. Leone PP. conſecratur. 20. *ſeq.*

S. Laurentius Epiſcopus Sypontinus præſens Dedicationi Eccleſiæ a S. Sabino ædificatæ. 31. 39. eique inhibuit S. Michael conſecrare ſuam Baſilicam. 42. *ſeq.* cum S. Gelaſio PP. Romam profectus Synodis adfuit. 45. tria Altaria in M. Gargano ipſe conſecravit. *ibid.* ejus colloquium cum Rege Totila. 66. quo tempore obierit. 69.

Lauretum in Piceno translata S. Domus Nazarena. 217.

Lautrechius Dux in obſidione Neapolitana peſte moritur. 225.

S. Leo I. honorifice excepit, & conſecravit Epiſcopum Canuſinum. 20. ſeq. per ſuos Legatos Calcedonenſe Concilium celebrari mandavit. 22. quoad dogmata illud approbavit, Canones omnino rejecit. 23. 24.

S. Leo IV. quare uni Epiſcopo plures Eccleſias in commendam tradi mandaverit. 128.

S. Leo

Digitized by Google

S. Leo IX. reſpondit epiſtolæ circa Græci ritus introductionem. 149. quomodo captus a Normannis. *ibid.*
Leo Archiep. Sypontinus. 167.
S. Leucii Epiſcopi Brunduſini Reliquiæ petuntur a S. Gregorio M. 89. Corporis Translationes Tranum, & Beneventum, ac iterum illius partis Tranum, & Brunduſium. 87. *ſeq.* Epoca ſtatuitur. 90. *ſeq.*
S. Liberalis Martyr Epiſcopus Canuſinus perperam aſſeritur Cannenſis. 16. 205.
Libertas, & Exemptio non compatiuntur. 207. quæ egit Princeps Grimoaldus proea conſervanda. 98
Libri ſacri ab Apochryphis ſejecti. 45.
Locationes quænam in Apulia. 194.
Longobardi a Narſete in Italiam invitati, ob eorum ſcelera dimiſſi. 67. an aliqui in Samnio remanſerint. 68. 73. 74. a longa barba dicti. 72. illamque tonderi pactam iniit Carolus M. 97. Italia potiti ſunt. 72. Religionem Catholicam ſuſceperunt. 77. *ſeq.* quando ritus Paganorum penitus aboleverint. 84. SS. Corporum Venatores erant. 92. eorum nomina quomodo terminare ſolent. 112.
Longinus primus Eſarca Ravennæ. 71.
Ludovicus II. Imperator fines Principatus Beneventi, & Salerni, pace inita, ſtatuit. 122. ut Saracenos expelleret, Urbem Barenſem demolitus eſt, & Præſidium Canuſii poſuit. 123. Beneventi captus, a Principe dimittitur. 124.
S. Ludovicus Epiſcopus Toloſanus filius Caroli II. Regis Neapolis Regno renunciavit: ejus Officium quando conceſſum, ubi Corpus repoſitum, & miraculis coruſcat. 191.
Ludiperius Epiſcopus Canuſinus. 99.
Luitprandus Rex Italiæ. 93.
Luitprandus Epiſcopus Cremonenſis, ac ejus Legatio C. Pna. 138.
Lupercales ludi Paganorum ritus Romæ retinebantur. 39.
Lupus Dux Forojulii. 35. 76. necatur ab Hunnis. 83.

M

MAjelpotus Abbas M. Caſſini petiit ſibi reſtitui Monaſterium in Canuſio vetere. 100. *ſeq.*
Manfredus Regni Neapolis regimen quare ſuſcepit. 190. in bello victus moritur. 191. Sepultura Eccleſiaſtica caret. 9.
S. Marcianus Epiſcopus Frequentin. quomodo electus. 20. *ſeq.*
S. Marcianus Epiſcopus Beneventanus excepit S. Placidum. 62.
Marcus Epiſcopus Canuſinus. 86.
Matinæ Paſcua in Apulia. 194.
Matricitas Eccleſiæ. 118. 207.
S. Matthæus Apoſtol. quid de ſe ſcripſit. 108. ejus corpus Salerni in Metropolitana Baſilica devote veneratur. 155.
Maurentianus Epiſc. Canuſii 99.
Melfictes Urbs ubi ſita. 236. ejus Epiſcopus ſuffraganeus Eccleſiæ Canuſinæ. 243.
Melfis Normannorum Urbs. 151. in ea Nicolaus II., Concilio habito, coronavit Ducem Robertum Guiſcardum. *ibid.* item Urbanus II. in alio Concilio ſtatuit Sacram Treviam. 162.
Melus Dux Apuliæ Græcos Canuſio expulit. 143. ejuſdem prælia. *ibid.* Victus in Germaniam aufugit, moritur, & Regio more de mandato Imperatoris Henrici tumulatur. 144.
Membra vox uſurpata pro parte Corporis, ſive reliquia. 178.
S. Memor Epiſc. Canuſinus interfuit Synodis Rom. ſub Symmaco. 27. item in Synodo Palmari, ac in VI. Synodo. 28. quando obiit. *ibid.* Fama translationis ejuſdem Corporis Barium. 246. facto evanuit. 247. 174.
Meſopotamia, dum obſideretur a

Boamundo, ipſe captivus effectus fuit. 167.
Meſſanæ Cœnobium a S. Placido extructum. 62. Archimandrita, & ejus juriſdictio. 205.
Metropolitanus Epiſcoporum Regni Neap. fuit Roman. Pontifex. 113. quare Eccleſia Canuſina hanc dignitatem ſit aſſecuta. 114. *ſeq.* in Eccleſiis Suffraganeorum non capit poſſeſſionem. 203.
S. Michael Vide Garganus Mons.
Michael Dux Imp. 151. pulſus, quæ geſſit, ejus nomine, Dux Robertus Guiſcardus. 153.
Minerva colebatur ab Apuliæ incolis. 194. peculiari modo quare a Canuſinis. 193.
Minervinum unde dictum. 194. Oppidum Diœceſis Canuſinæ. 243. ejus Eccleſia Epiſcopum antiquiorem Mando non habuit. 206. Hic invitatus, cum cæteris Epiſcopis, interfuit Conſecrationi Eccleſiæ Canuſinæ. 249. jus Vicinioris ultimo prætendit. 204. *ſeq.* perperam ſibi uniri Eccleſiam Canuſinam prætendit. 231. ſuffraganeus cum ſit, æquum eſt, ut reſtituatur Archiepiſcopo Canuſino in propria Eccleſia. 236.
Minucia via an Appia Vicinior. 11.
Miracula comprobant identitatem Reliquiarum. 80. 175. S. Sabini numerari nequeunt. 179.
Monarchicum Regimen in qualibet Eccleſia laudabilius. 159. ut evitetur deformitas duorum Capitum in uno corpore. 213.
Montis Caſſini Monaſterium a S. Benedicto ædificatum. 49. a Longobardis everſum. 72. ab Abb. Petronace quando reſtauratum. 93. Corpora SS. Benedicti, & Scholaſticæ ab eo nunquam ſublata *ibid.* Magni Principes habitum Monaſticum in eo induunt. 94.
Montis piloſi Monaſterium ſolvit Canonem Epiſcopo Ruben., & quare 155.
Montis Viridis Eccleſia Epiſcopalis unita Eccleſiæ Cannen., & Nazareth 219. unus tantum Præſul in ea dudum reſedit. 220. Incolæ illius reſidentiam ſæpe deſiderarunt. 258. quare rudes deſcribuntur. 221. utilius, ut uniatur Eccleſiæ Laquedonien., exiſtimatur. 223. Jus Metropoliticum in eâ reſtitutum Archiepiſcopo Compſano & quando. 231. 257.
Mordacus Præpoſitus Canuſinus, qui jamdiù ſuæ Eccleſiæ præfuit XI. ſæculo, deſcribitur. 156. 247.
Myræ Lyciæ Urbis Epiſcopus S. Nicolaus. 58. ejus corpus Barium translatum. 156. ab Urbano II. ibi reconditum. 244. & miraculis coruſcat. 135.

N

N*Arſes* Eunuchus Dux Gothos ab Italia ejecit. 67. Longobardos, quos habuit auxiliarios dimiſit. 68. revocatus ab Imperatore Longobardos ad acquirendum Regnum Italiæ invitavit. 71.
Nazareth Epiſcopus, non Urbis, ſed devotionis intuitu inſtituitur a Latinis. 217. interfuit Concil. Neap. 218. a Barbaris pulſus, & Archiepiſcopus declaratus obtinuit privilegium elevandi Crucem per Mundum univerſum. *ibid.* dum plures Eccleſias habuit ultra, & citra mare. 227. Sedem honorariam tenet Baruli in Diœc. Tranen. 219. quomodo acquiſitam 225. quinquaginta tantum Subditos in ea habet. 226. Eccleſias Epiſcopales ſuæ unitas, tamquam prædia reputat. 220. nullibi reſidentiam ſuam facere authumat, & quare. 218. *ſeq.* controverſiæ plurimæ, quas habet cum Archiepiſcopo Tranen. 223. *ſeq.* utpote cōnaturales, immutabiles ſunt. 226. *ſeq.* Inſtat modo, ut dimiſſa Eccl. Montis Virid, ſibi uniatur

Canu-

Canuſina. 255.,& quare. 256.257. quæ cum ſit Reſidentialis. 197.ſeq. Incompatibilis reputatur. 217.ſeq. Conditiones apponendæ in Bulla Unionis proponuntur. 238.ſeq.

Neapolis Urbs Regni Princeps a Duce Beliſario obſidetur. 52. Aquæductu capta. 56.Narſes ex ea Longobardis Legatos mittit.72. ab iſtis invaditur. 73. ab Imp. Conſtante inviſitur. 77. Græci Neapolitani nuncupantur. 76. ab obſidione Ducis Siconis concepta, quomodo liberat. 92. 121. item Principis Arichi. 96. expugnata a Principe Capuæ liberatur Normannorum, & Græcorum auxilio. 144. item a Duce Lautrech. 225.

— Epiſcopus inſcribitur in Concilio Sardicenſi. 117. Archiepiſcopi titulum a P. Conſtantinopolitano acceptum,ſtatim dimiſit. 137. a R.P. quando Metropolitanus declaratus. *ibid.* interfuit conſecrat. Eccleſiæ Canuſinæ. 170. 249.

Neapolis Sammariæ, in qua Concilium Latinorum. 218.

Niceforus Phoca, ut ritus Græci introducerentur in Apuliam, attentavit. 137. interfectus morit. 138.

Niceforus Botoniate Imp. intruſus ab Alexio deponit. 151.

S. Nicolaus Myræ Epiſcopus, ibique illius corpus. 58. quod Barium transfertur. 155. ab Urbano II. PP. repoſitum. 244. in Baſilica,hoc intuitu,conſtructa. 149. illamque ipſe conſecravit. 162. & Synodum celebravit. 168. a Principe Boamundo viſitatur. 181. Manna ex ejus Oſſibus manat. 135.

S. Nicolaus Peregrinus Trani, & ejus Canonizatio. 168. ſeq.

Nicolaus II. in Concil. Melphitano quæ egit. 150. ſeq.

Nicolaus Archiep. Canuſinus. 148. quare Conſtantinopolim perrexit. 150.

Nicolai (Franciſcus) Præp. Canuſ. deinde Archiep. Compſanus laudatur. 200. commentarios de Sede Canuſina promiſſos. 19. non evulgavit. 201.

Nilus Doxopatrius Cathalogum Eccl. Throno Conſtantinopolitano addictarum edidit. 137.

Nix in Apulia perniciosiſſima. 142.

Normanni quomodo primum introducti in Regno. 143. eorum progreſſus. 144. ſeq.

Nomen proprium aliquando reticitum, & quare. 108.

Nuceria Paganorum, apud eam Rex Tejas interfectus.67. Salernum ædificatur. 96. Dauferius conjuratur. 121. Landemarius Epiſcopus Eccleſiæ Salerni ortus. 114. in lucem prodiit S.Ludovicus Epiſcopus Toloſanus. 191. inter Epiſcopos habuit Laurentium jam Antipapam. 26. eoque depoſito, Aprilium. 28. item Paulum Jovium. 190.

Nullius Diœceſis Titulo decorantur Prælati immediate S. Sedi ſubjecti. 209. cum ſint exempti ſubſunt in quibuſdam Epiſcopo Viciniori Delegato Apoſtolico. 207. a quo præſumitur avulſum Territorium, quod poſſident. 208.212. hic titulus enunciatus in Bullis proviſionis Beneficiorum,non probat. 209.uti non veri Sponſi ſuarum Eccleſiarum reputantur. 213. ad Reſidentiam in Eccleſiis ſuis non tenentur. 205. accuſantur de negligentia diſciplinæ. 213. ſi juriſdictio eis auferatur, fructus, & jura honorifica eiſdem reſervari ſolent. 199. 232. eorum Eccleſiæ aliquando in Cathedrales erigendæ. 231.

O

Odoacer Rex Herulorum miſere interfectus. 25.

Œcumenici titulus P. Conſtantinopolitano denegatur a Jo. R.P. 146.

Oria, ſive Uritana Civitas quomodo

Digitized by Google

vicit Boamundum. 168. ejus Epiſc. Theodoſius recuperavit Reliquias S. Leucii. 88. eidem commendata Eccleſia Brunduſina. 91. quando diſſoluta fuit hæc Unio. 131.

Orientalis Eccleſia, a quo tempore habuit Epiſc. conſecratos a Rom. Pontific. 55.

Octavius C. 11.

Otho I. Imp. ex Apulia quare Græcos non ejecit. 138.

Otho II. Imp. In bello cum Græcis captus, liber evadit. 139.

P

PAllium, quo ex privilegio Archiepiſcopus utitur extra Provinciam, de conſenſu Ordinarii adhiberi debet. 229. Archiep. Canuſino traditum a R. P. 244. pro quibuſdam diebus. 245.

Palumbus Epiſcop. Canuſinus. 86.

Papia Urbs Regia Longobardorum 73. in ea corpus S. Auguſtini. 175. Epiſcopus privilegium habet utendi Pallio, & elevandi Crucem ubique. 228. titulum Archiep. Amaſien. obtinuit. 256.

Participantes Presbyteri Cives eſſe debent in Eccleſia Canuſina. 159. 240. hos tantum habet Eccleſia Cerinniolæ. 237.

Paſchalis II. Papa electus. 168. ſeq. quare Canuſium venit. 170. in ejuſdem Eccleſia Synodum celebravit. 170. Juriſdictionem Præpoſiti declaravit eamdem eſſe, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini. 171. 250. Identitatem corporis S. Sabini in Eccleſia Canuſ. approbavit, dum in ejus honorem eamdem conſecravit. 175. 249. quando captus ab Henrico Imp. 181. & obiit. 187.

Patriarchæ ubique, excepto Urbis diſtrictu, elevant Crucem. 228. qui inſtituti a Latinis. 166.

Patronus Eccleſiæ honorem habet Proceſſionis. 47.

Paulus Archiep. Canuſinus. 139.

Pennen Eccleſia Matrix illius Hadrien. 118.

S. Petrus Apoſtol. Princeps Apuliam appulſus. 10. Evangelium in ea prædicavit. 44. Epiſc. Canuſii inſtituiſſe fertur. 11. in ejus honorem Canuſina Cathedralis erecta fuit. 35.

S. Petrus Epiſcop. Canuſinus tranſtulit corpus S. Sabini a veteri ad Cathedralem ſubrogatam. 37. Epocha ſtatuitur. 99. ſeq. a Divo monitus ſubtus in Camera illud repoſuit. 101. ipſius juſſu Anonymus ſcripſit Acta S. Sabini. 102. quo tempore. 103. ſeq. SS. Viti, & Sociorum Corpora Polymniani recondidit. 109. ſeq. Succeſſores habuit in Epiſcopatu, & quot. 99.

Petrus II. Epiſcopus Canuſinus electus. 113. Levir Principis Grimoaldi. 114. quare a R. Pontifice primus Archiep. declaratus. 115. ſeq. Salernum perrexit, & Principem rogavit, ut Canuſio Saracenos expelleret. 123. Eccleſiam Salernitanam acceptare noluit. 114. uti ejuſdem Commendatarius Baſilicam ibidem extruxit. 114. quando obiit. *ibid.*

Petrus Antiſtes. 131.

Petrus Tutor Siconis Princip. Ben. 122.

Petrus Aragoniæ Rex, quæ ejus jura in Regno Siciliæ. 191.

Philippopolitanum Conciliabulum Arianorum. 18.

Philippus Galliarum Rex filiam ſuam in matrimonium dedit Principi Boamundo. 181.

Pipinus Rex Italiæ nunquam vicit Principem Grimoaldum. 98.

Pius II. PP. quæ egit erga Reges Alphonſum, & Ferdinandum. 193.

Placentiæ Concilium ab Urbano II. habitum pro capeſſenda Terræ ſanctæ expeditione. 165.

S. Placidus in itinere a Mõte Caſſino Meſſanam in pluribus locis diutius mora-

Digitized by Google

moratur. 16. Canuſii a S. Sabino excipitur. 62. ſtatuitur epoca. 59.
Plebs quare audienda in Unione propriæ Eccleſiæ. 216.
Polyeuctus P. Conſtantinopolitanus attentavit Ritus Græcos in Apuliam introducere, & quare. 137. pœnitentia ductus omnia reſcidit, & obiit, ac inter Sanctos relatus. 139.
Polymnianum ſub juriſdictione Epiſcopi Canuſini. 110. illius Epiſcopus ſuffraganeus eſt Canuſinæ Eccleſiæ. 243.
Pontificalia Præpoſitus Canuſinus in ſua Eccleſia, ac invitatus extra diœceſim exercet. 160.
Portuenſis Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ Canuſinæ. 170. ejus nomen. 178.
Poto ex Principibus Longobardis Rus habuit Canuſii. 113.
Præbendæ quot in Capitulo Canuſino 159. Patrimoniales quare declarandæ. 240.
Prælatus Epiſcopo inferior non eſt, qui juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem. 209.
Prænominatio ex Eccleſiis unitis debetur antiquiori. 168. 238. iſtam habuit Eccleſia Canuſina. 132. 148. 152. hanc legem ſubvertit Archiep. Elias. 168. eaque debetur Canuſinæ, ſi Nazarenæ illa uniretur. 238.
Præpoſitus caput eſt cœtus, cui præficitur. 157. ſuper Capitulum juriſdictionem habuit. 158. hoc nomine nuncupatæ Dignitates, quæ, mortuo Epiſcopo, Eccleſiam regebant. *ibid.* Qui tenetur rationem reddere animarum. 214. ejus inſtitutio a jure Divino procedit. 157.
— Canuſinus in abſentia Archiepiſcopi Eccleſiam diu gubernavit. 247. unus tantum electus. 159. præſervata ejus juriſdictio in Bulla Urbani II. 245. 164. quare Paſchalis II. illam declaraverit eamdem eſſe, quam habuerunt Epiſcopi Canuſini. 250. 171 eamque confirmaverit Gelaſius II. 187. exigit honores, & onera ſuſtinet Epiſcopi 160. *ſeq.* 195. *ſeq.* Romanorum PP. & Regum ſemper Protectione munitus. 214. 251. *& ſeq.*
Primas eſt, qui plures habet in ſua Provincia Metropolitanos. 169. 204. hic honor Eccleſiæ Canuſinæ quare debetur. *ibid.* quiſnam ſit in Regno Angliæ. 228.
Primicerius in Eccleſia Canuſina. 36. quando redintegratur. 159. quænam erat ejus auctoritas. 158.
Privilegium quando ſit ſtricte interpretandum. 229.
S. Probus Epiſcopus Canuſinus. 22. Legatus a S. Simplicio PP. Conſtantinopolim. 23. interfuit Conciliis ſub S. Gelaſio PP. 45. a quo laudatur. 25. 242.

Q

S. Quirici Monaſterium Canuſii quando erectum. 57. nunc Commendatum. 100. *ſeq.*

R

Radelchis Princeps Beneventi Saracenos quare vocaverit. 121.
Rainulfus Dux Apuliæ. 188. in ejus obitu Canuſini præſertim illacrymantur. 189.
Rapollen Epiſcopus Urſus a quo in Archiepiſcopum Canuſinum electus. 246. 252. *ſeq.*
Ravenna Regia Urbs Gothorum. 36. iis expulſis Græcorum Eſarca reſedit. 71. ejus Archiepiſcopus elevat Crucem ad tertium Urbis milliarium. 228.
Raymundus Comes Barchinonenſis venit in Apuliam. 151. 246. *ſeq.*
Raynerius Præpoſitus Canuſinus XI. ſæculo. 247.
Raycus Dux Apuliæ Græcos quomodo vicit. 144.

Digitized by Google

Reliquiæ Sanctorum a Longobardis impie ſublatæ: Cœmeteria devaſtantes. 73. quando ab eis in honore haberi cœperunt. 78. 80. 85. illas emere ſolebant. 90. vel vi auferre. 92. Caute cuſtodiri. 101. & cum auctoritate Papæ, vel Synodi transferri demandatum. 173. illarum identitas quomodo probatur. 175. etiam parva illarum Pars veneranda. 179. in conſecratione Eccleſiarum adhibenda. 175. aliquando pro toto Corpore habita. 177.

Reſidentia demandatur Prælato, quocumque nomine nuncupetur, qui Cathedrali præſit. 197. ſi duas Eccleſias habeat unitas, in digniori illa fixari debet. 239.

Reſpublica Canuſinorum ab Auguſtis decorata. 13.

Rete, quo capti Canuſini. 167. 169.

S. Richardus Epiſc. Andrien. a S. Petro monitus Epiſcopatum ſuſcepit a PP. Gelaſio. 44. quæ egiſſe in Monte Gargano leguntur in ejus Actis 41. *ſeq.* ipſius Nomen non deſcribitur in vita metrica S. Laurentii Epiſcopi Sypontini. 43. an floruerit ſub Gelaſio II. differitur. 44. 205. ejus Corpus quando inventum. 43. ex quo reliquia Baruli. 176.

Riſo Triſinius Card. Archiep. Baren. ab vidua Conſtantia obtinuit ſibi donari Eccleſiam S. Sabini. 185. hoc eſt Protectionem ejuſdem, cujus intuitu, plura egit cum Canuſinis. 186. interfuit Cajetæ Conſecrationi Gelaſii PP. ſecundi. 187. in reditu prope Canuſium ab Argiro Barenſi interfectus. *ibid.*

Robertus Guiſcardus Dux coronatus. 151. Maximis Principibus filias in matrimonium dedit. *ibid.* Barim ſuo adjecit Imperio. 152. quare bellum indixit Orientis Imperat., quo plures Provincias in Illirico acquiſivit. 153. Cannas in Apulia delevit. 154. Romam profectus Henricum Imp. fugavit, & S. Gregorium VII. ſecum adduxit Salernum. *ibid.* Iterum in Illirico Victoriam reportavit, & Ceſaloniæ obiit. 155. illius Cadaver Venuſium translatum. *ibid.* Urſonis Epiſcop. uſus eſt miniſterio. 246. in Archiep. Canuſinum iſtum conſecrare fecit. 152.

Robertus Regnum Neapolis in lite cum fratris filio ſibi adjudicari obtinuit. 191. Rex alter Salomon reputatus. 192. Rom. Pontificibus apprime charus. *ibid.* privilegia Canuſinæ Eccleſiæ confirmavit. 249. *ſeq.*

Rodecantus Epiſc. Canuſinus. 86.

Rodericus Antiſtes. 131.

S. Rogerius Cannen. Epiſcopus ſub Gelaſio PP. 42. Docti volunt illum floruiſſe tempore Normannorum 43. *ſeq.* eumdemque eſſe, qui invitatus in Eccl. Canuſina interfuit ejus dedicationi. 170. 205. 249. Corpus Baruli veneratur. 176.

Rogerius Dux Apuliæ hæres Roberti patris ex teſtamento, de quo indignatur Boamundus Primogenitus. 155. quomodo cum fratre pacem iniit. 162. quare Canuſium obſedit. 167. 169. ejus obitus. 181.

Rogerius a Roberto Fratre Comes Siciliæ declaratur. 151. ejus ope Boamundus, & Rogerius pacem injerunt. 162.

Rogerius Siciliæ Comitis filius primus Rex Siciliæ coronatur. 188. cum Duce Rainulfo quæ bella geſſit. *ibid.* Conſtantiam filiam reliquit. 189.

Rogerius Regis Rogerii filius patri præmoritur. 189.

Romani ad 40. millia in bello Punico Cannis ceciderunt. 17. qui reſidui Canuſium Coloniam militarem deducti. 16.

Romanus Orientis Imper. Baſilicam B.V.C.poli ædificavit. 147. veneno ab Uxore propinato, obiit. 148.

Ro-

Digitized by Google

Romoaldus Dux Longobard. Paganicos Ritus retinebat. 76. Conſtantem Imperatorem in fugam conjecit. 77. Brunduſium uſque, Apuliam evertit. 90. quando Sacram Baſilicam S. Michaelis reſtauravit 79. 85. Cauuſinam Eccleſiam ſuo Epiſcopo redintegrari curavit. 86.

Rubum in Via Appia. 12. Normannis quando traditum. 144. Joannem Epiſcopum habuit. 31. 43. qui ſuffraganeus eſt Eccleſiæ Canuſinæ. 145. qua de re Canonem ſibi reſervavit, & hominem habere, quando ibat ad Barum, ſeu ad Canuſium. 155.

S. Rufinus Epiſcopus Canuſinus interfuit Concilio Romano ſub Sancto Simmaco. 26. a Schiſmaticis male habitus obiit. 27. ejus Corpus, quod fuerit Barium translatum, fama, facto evanuit. 174. 247.

S

S. Sabinus Epiſcopus Aſſiſienſis M. Protector Longobardiæ Majoris, & ejus Corpus Spoleti. 78. revelavit infirmo Hiſpano Sanctum Sabinum Canuſinum. 35.

S. Sabinus Epiſcopus Canuſii in Martyrologio Romano deſcriptus. 29. item in Necrologio Benedictin. 49. ejus Parentes. 46. Gentilium Ritus ut eliminaret, Eccleſias ædificavit. 31. 39. S. Gelaſium PP. non adhuc Epiſcopus excepit. 31. ut Patronus Eccleſiæ primum locum, præ cæteris Epiſcopis, obtinuit. 47. eidem quare commendatur S. Michaelis Baſilica. 40. *ſeq.* Altaria diu poſt ædificata in Monte Gargano ipſe non conſecravit. 44. quando electus Epiſcopus. 47. & quomodo cum S. Benedicto amicitiam contraxerit. 49. Conſtantinopolim Caput Legatorum miſſus. 50. ipſius ſollicitudo apud Juſtinianum pro Catholica Fide. 51. *ſeq.* Sanctum Agapetum PP. adjuvit, ut depoſito Anthimo, S. Menna Patriarcha eligeretur. 52. mortuo S. Agapeto Concilium Conſtantinopol. celebrari curavit, & Mennam præſidere. 53. *ſeq.* quo abſoluto, ſtatim Italiam rediit. 55. S. Placidum Canuſii excepit. 56. 62. Romam perrexit. 57. quando de Rege Totila colloquium habuit cum S. Benedicto. 64. quare Cæcus evaſit. 65. a Rege Totila, ut Propheta, veneratur. 66. ab Archidiacono veneno perimi tentatur. 68. quo anno obiit. 69.

— Corpus tumulatur in Sepulchro, quod ſibi paraverat. 33. de foris Eccleſiam. 70. quando inventum. 78. *ſeq.* à Theodora Regia Capella ædificatur, & in ea repoſitum. 36. prope Cathedralem. 81. Miraculorum fama coruſcat. 92. quando translatum ad Cathedralem Canuſii ſubrogatam. 17. 99. quomodo in Camera ſubtus Altare repoſitum. 101. illius Translatio Barium. 125. & Inventio, quæ afferuntur. 247. omnino inveriſimiles deteguntur. 172. *ſeq.* eſiſtentia S. Corporis in Eccleſia Canuſina traditione, & miraculis comprobatur. 173. *ſeq.*

— Reliquiæ in Eccleſiis Siponti. 85. Baroli. 176. Neapolis. *ibid.* Atripaltæ. 177. Barii. 178.

— Feſtivitates maximæ duæ celebrantur in Eccleſia Canuſina. 215. ad quam Peregrini, & præſertim Venenati confugiunt. 68. 179. Patronus Principalis Canuſii, ac Barii, & totius Provinciæ 58.

Salernum unde nuncupatum: a Principe Arichi munitur. 96. quando Principem obtinuit. 111. 121. a Saracenis obſeſſum per Normannos liberatur. 143.

— Epiſcopus fuit Aſterius Legat. Apoſtolicus. 50. 54. quando

do Archiepiſcopatus honorē adeptus. 111. interfuit dedicationi Eccleſiæ Canuſinæ. 170.
— Baſilicam theſauris Eccleſiæ Canuſinæ ædificatam habet. 114. S. Matthæi Ap. Corpore, & titulo illuſtrem, 115. & a S. Gregorio VII. conſecratam. 154.

Saraceni Sicilia egreſſi Barium in Apulia occupant. 121. Canuſium obſidentes. 114. ſtatim expulſi. 122. quomodo Bario penitus deleti. 123. Tarenti ſe receperunt. *ibid.* ſtrages ab eis commiſſæ. 127. Urbes præcipuas tangere non auſi. 122. ſub Vexillo Græcorum Canuſii pugnantes exterminati a Normannis. 151.

Sardicenſe Concilium Nicæni Appendix. 17. quæ in eo ſtatuta ſunt. 18. quare in Affrica Arianorum reputabatur. *ibid.* in eo Epiſcopus Canuſinus interfuit. 19.

Sebaſtianus Epiſcopus Baren. in Concilio Rom. ſubſcribit poſt alios Epiſcopos. 125. *ſeq.*

Sepulturæ an, & quando in Eccleſiis permiſſæ. 70. aurum in eis abſcondi prohibitum, & quando. 80. Reges pro ſeipſis, ubi eas conſtruere ſolebant. 182.

Sepulchrum Domini Hieroſolymitanum a Saracenis everſum. 143. a Romano Imperatore reſtauratum. 147. ab Urſone Archiep. Canuſino viſitatur. 156. liberatur a Cruceſignatis. 166. iterum in manus Barbarorum incidit. 189.

Sergius Epiſc. Neap. pœnitentia ductus Archiepiſcopi titulum a Patriarcha Conſtantinopolitano acceptum, refutavit. 137.

Sergius Conſul. Neap. 144.

Serpens aureus ſuperſtitioſe detentus a Beneventi Duce, quomodo in Calicem conflatur. 77.

Servus manumiſſus tenetur Domino honorem præſtare. 207.

Sibilla Regina una cum parvo filio exul in Germaniam amandatur ab Imp. Henrico. 189.

Sicardus Princeps Benev. 121.

Sico Benev. Princeps Neap. Remp. invadit. 121. 92.

Siconulfus primus Princeps Salerni proclamatur. 121. a Petro Archiep. accitus. 123. Saracenos è Canuſio expellit. *ibid.*

S. Simplicius PP. S. Probum Epiſcop. Canuſinum Legatum conſtituit. 23. 242.

Singelgaita Ducem Robertum Guiſcardum Conjugem habuit. 151. Veneno propinato, mortem inferre Boamundo ſuo privigno tentavit. 154. ut Rogerium ejus filium hæredem inſtitueret, Virum morientem adegit. 155.

Sinkelli titulus 88. a Patriarcha Conſtantinopolitano collatus Antiſtiti Tranen. 141. *ſeq.*

S. Siſinius Epiſc. Rhegii S. Placidum excipit. 62.

Spoletum ſub Ducibus Longob. 72. ibique Corpus S. Sabini Ep. & Martyris. 35. 78.

Spolium Præpoſiti mortui Eccleſiæ Canuſinæ applicatur. 201. 241.

Statigo Græcorum Barii 133. 139.

Status antiquus Eccleſiæ omni jure redintegrandus. 233. 235.

Stephanus Epiſc. Canuſinus. 86.

Stercorius Epiſcopus Canuſii in Concilio Sardicenſi. 17. quare ab Apulia. 19. ipſe tantum dictæ Provinciæ Epiſcopus interfuit. 117.

Suffraganei, quot requirebantur, ut Metropolitana Eccleſia erigeretur. 117. 243. qui ſint reſtituendi Eccleſiæ Canuſinæ. 236.

Summi Pontificis titulo Epiſcopi Canuſini decorantur. 30. 34. 103. & quare. 118.

Supplementum quid ſit, & quando debetur. 221. *ſeq.*

S. Sylverius Hormiſdæ PP. filius. 53. Papa electus, quando ut legitimus agnitus a Clero 57. a Beliſa-

liſario relegatus Martyrium conſummavit. 58.

Sylvius Card. Sabellius Præpoſitus Canuſinus laudatur. 195. *ſeq.*

S. Symmachus quomodo Papa eligitur. 25. a Rege Theodorico legitimus Pontifex agnitus. 26. ſex Synodos Romæ celebrat, quibus de calumniis Schiſmaticorum Palmam reportat. *ibid. ad* 28.

Synodus dum celebratur ab Epiſcopo, Exempti, qui prius erant illius ſubditi, ad eam accedere tenent. 207. eam celebrat Præpoſitus Canuſinus. 160. Epiſcopus titularis illam nequit celebrare. 219. in qua Eccleſia cogi debet. 240.

Sypontum (a Græcis Sypus) a Diomede conditum. 3. *ſeq.* in eo Garganus M., ubi apparuit S. Michael Archangelus. 40. Epiſcopos habuit S. Juſtinum. 10. S. Laurentium. 31. Felicem. 6. 74. Urbe ad ſolum æquata, ejus Eccleſia ſub Juriſdictione Epiſcopi Beneventi. 85. intuitu S. Michaelis, ſoluta Unione, in Metropolitanam elevatur. 167. ejus Archiepiſcopus interfuit Conſec. Eccl. Canuſinæ. 249.

T

T*Abula* ærea Canuſii inventa, & Venetias tranſlata. 2. *ſeq.*

Tancredus Boamundi Nepos, Dux Crucefignatorum Italiæ in Sacra Jeroſolymitana expeditione. 165. Adminiſtrator Principatus Antiochiæ poſt mortem Boamundi. 182.

Tancredus Siciliæ Rex. 189.

Tarentum prope eam Urbem appulſus S. Petrus Ap. Princeps, dum primum in Italiam venit. 10. ejus expugnatio a Duce Romoaldo. 90. a Saracenis occupatum. 133. ſub ditione Principis Boamundi manſit. 162. 185. Archiepiſcopus aſtitit conſecrationi Eccleſiæ Canuſinæ. 249.

Tejas ultimus Rex Oſtro-Gothorum in bello cecidit. 67.

Terlitium quibus conditionibus ejus Eccleſia erecta eſt Cathedralis, & quando. 232.

Territorium Prælati dicitur ſeparatum, hoc eſt Avulſum a Diœceſi Epiſcopi vicini. 208. in dubio præſumitur ab illa Vicinioris. 212.

Teſtimoniales litteræ de vita, & moribus Clerici ordinandi fidem tantum faciunt 212.

Theodatus Rex Goth. quæ Romanis minatus fuit. 51. Sylverius, ut Papa eligeretur, Clero impoſuit. 57. 60.

Theodolinda piiſſima Regina libros Dialog. a S. Gregorio M. ſibi directos quare habuit. 75. quanti profecerit in converſione Longobardorum. 77.

Theodora Auguſta Hæreticorum fautrix. 49. a conſiliis Juſtiniani ſui viri erat. 51. ut Vigilius in Pontificatum intruderetur, Beliſario ſcripſit. 53. quanta ab ea perpeſſus S. Sabinus in ſua Legatione. 54.

Theodora Lupi Ducis Forojulii filia Duci Romoaldo in matrimonium traditur. 35. Epoca ſtatuitur Matrimonii. 82. S. Barbatum directorem ſuum audivit. 76. a Viro ſerpentem aureum abſtulit. 77. *ſeq.* admonita Canuſium pergit, & Corpus S. Sabini invenit. 35. Miraculum quare experiri meruerit; 79. *ſeq.* propriis ſumptibus Capellam erexit. 36. ac etiam Cœnobium S. Sofiæ Beneventi. 79. converſio Viri, & Longobardorum ejus opera. 78. 84. reliquias aliquas S. Sabini auferre potuit. 85. ejus ſollicitudo pro redintegranda Eccleſia Canuſina ſuo Paſtore. 86. Tutrix parvi filii relicta, & quando 82. *ſeq.* 105.

Theofaniæ Auguſtæ pro dote Apuliam deberi Otho II. ſuus Vir prætendit. 139.

The-

Digitized by Google

Theſaurus in Sepulchris mortuorum abſconditus. 80. *ſeq.*
Titulares Epiſcopi. 219. & 222.
Tofus lapis fragilis diù litteras inſcriptas nequit retinere. 172.
Totila Rex Gothorum electus. 64. S. Benedictum in Monte Caſſino veneratur. 63. de eo, inter SS. Benedictum, & Sabinum colloquium. 64. quando in Lucaniam deſcendit. 65. S. Sabinum Canuſii ut Prophetam expertus. 66. Urbem Canuſinam lædi in minimo non permiſit. 22. cum Narſete bellum adortus interiit. 67.
Trajanus Auguſtus Pontem ſuper Aufidum Canuſii erexit. 36. Viam Appiam reſtauravit. 12. Canuſii Miniſtros habuit. 13. a tyrrannide adverſus Chriſtianos quare excuſetur. 14.
Tranſmundus Epiſc. Canuſinus. 86.
Tranum Reſidentia Regii Præſidis Provinciæ Apuliæ Peucetiæ. 230. & Portus. 156. ad hanc Urbem defertur Corpus S. Leucii. 87. quando iſtud a Saracenis ablatum, & venditum, ac ejus Pars empta a Benevent. Comite. 90. a Græcorum, & Saracenorum Jugo per Ducem Raycum liberatur, & Civium timore illis iterum paruit. 144. Normannorum tandem ditioni, quando adjectum. 151. S. Nicolai Peregrini Obitu, & Sacro pignore illuſtratur. 168.
— Eccleſia Epiſcopum habuit Eutitium. 31. 43. quando eo caruit, Epiſcopus Canuſinus in ea juriſdictionem exercuit. 87. 90. Item Rhodoſtamum Epiſc. 139. & Joannem, qui aſſumpſit titulum Archiepiſcopi a Patriarcha Conſtantinopolitano. 88. 141. *ſeq* ab eodem accepit Epiſtolam contra Cath. Eccleſiam. 149. adeoque ipſe in ordinem redactus. 150. in Catalogo Patriarchæ C.politani inſcribitur. 135. quod falſum reputatur. 136. Item Biſantium Epiſcopum, qui Archiepiſcopalem dignitatem primum conſecutus. 156. 169. interfuit dedicationi Eccleſiæ Canuſinæ. 249. lites, quas gerit cum Archiep. Nazareno. 223. *ad* 230. habet Suffraganeos. 236. dudum erat Suffraganeus Eccleſiæ Canuſinæ. 243. 245. quæ modo prætendit ſuper eam. 210.
Tregua Dei ſtatuta in Conciliis habitis ab Urbano II. 162. *ſeq.*
Troja in Apulia, ut Græci ex ea ejicerentur, S. Henricus Imper. conatur. 144. Concilium in ea celebravit Urbanus II. 162. Eccleſiæ Epiſcopi indicantur. 200. 253
Turonenſis Archiepiſcopus, quare Epiſcopus nuncupatus. 115.

V

Venenum ſibi propinatum S. Sabinus bibit ſecurus. 32. 68. inde Divina providentia Patronus effectus illo infectorum. 69. Princeps Boamundus expertus fuit. 154. & alii innumeri. 179.
Venuſium Apuliæ Urbs. 3. ibique Monaſterium SS. Trinitatis a Normannis extructum. 206. item Principum Normannorum Sepulchra. 155. 183. Auſterium Epiſcopum habuit. 31. 43.
Veriſimilis notitia vacationis ſufficit, ut Beneficium a Papa impetretur. 60.
Ugho M. Regis Galliarum frater Crucem ſumens pro liberatione Terræ Sanctæ, Dirrhachii Captivus a Græcis efficitur. 165. quomodo liber evaſerit. *ibid.*
Vicarii Epiſcoporum Dignitates. 158. mortuo Epiſcopo Præpoſiti nuncupat. *ibid.* jure Trid. Capitulum Vicarium eligere debet. 159. termino elapſo eligit Epiſc. Vicinior. 205. niſi adſit conſuetudo, ut juriſdictio in aliqua Dignitate con-

conſolidetur. 231. poſt annum luctus Eccleſiæ, Dimiſſorias Clericis concedere jus illi fuit præſervatum. 212.

Vicinior Epiſcopus poteſt Viſitare Eccleſias Prælatorum Exemptorum, eoſque ad Synodum cogere, & Clericos ad Ordines promovere. 207. *ſeq.* ex quo illorum Territoria quondam erant in Diœceſi illius Epiſcopi, & deinde avulſa fuerunt. 208. aut faltem ita præſumuntur. 212. ſecus autem ſi ſciretur Epiſcopus, qui illud prætenderet. 209. alias manus imponeret ſuper Clericos alienæ Diœceſis, quod prohibitum a Tridentino. 212. Sacerdos Sacrum faciens in Eccleſiis Nullius Diœc. iſtius nomen exprimere in Canone non debet. 213. lites quæ excitari ſolent, ut amputarentur, Remedium. 233.

Vigilien. Urbis ſitus. 236. Epiſcop. Sarnellus laudatur 10. & alibi.

Vigilius, quæ egit ut Papa eligeretur. 53. primum Invaſor. 57. deinde legitimus Pontifex Optimus evaſit. 67.

Vindemius Archidiaconus Canuſinus, ambitione Epiſcopatus adipiſcendi, S. Sabinum veneno occidere tentat. 32. *ſeq.* pœnam tanti ſceleris ſolvit, dum moritur eadem hora. 68. prope Sancti Epiſc. Sepulchrum tumulatur. 33.

Viſitatio SS. Liminum Apoſtol. expletur a Præpoſito Canuſino. 160.

Viſitator Epiſcopus deputatur Eccleſiæ Canuſinæ, dum ſine Clero remanſit. 6. 232. idque in more erat tempore, quo Barbari Eccleſias devaſtabant. 74. *ſeq.* 116. contentiones obortæ cum Viſitatoribus, ut ſubmoverentur, Commendæ introductæ. 128. hujuſmodi Viſitationes, dum explentur à Viciniori in locis Nullius, nil prodeſſe. 233. *ſeq.*, & lites excitari ſolent. 233.

SS. Viti, Modeſti, & Creſcentiæ MM. Corpora e Lucania in Polymnianum translata. 109. Epiſcopi Canuſini auctoritate repoſita. 110. illorum translatio ab Urbe Roma in Pariſienſe Cœnobium, exinde Corbejam. *ibid.* non niſi de aliquibus Reliquiis intelligi poteſt. 111. Menda, quæ in actis translationis notantur. *ibid.* quomodo corrigenda. 112.

Vitigis Rex Gothorum Conſtantinopolim captivus ducitur. 64.

Umfreda Dux Normannorum. 149. frater Roberti Guiſcardi. 151.

Unio duarum Eccleſiarum in uno Rectore odioſa, & ſignanter Canuſinis. 215. quæ antiquitus fieri conſueverit. 116. quomodo deſcribatur unio Eccleſiarum Canuſinæ, & Barenſis. 125. & aſſerta Urbano II. 245. cum revera fuerit Commendatio temporanea. 128. Controverſiæ, & ſcandala, quæ exinde emanarunt. 167. *ſeq.* 186. *ſeq.* 201. *ſeq.* ſi facta dignoſcatur æque principaliter, quamvis in Bullis proviſionis non exprimatur, talis permanet. 220. ſi tamen fiat ſubjective, Populus dolet. 223. illa Diſſolvi debet, ceſſante cauſa, ob quam facta fuit. 234. Exempla adducuntur. 131. 167. Cauſæ quæ impellunt S. Sedem uniones permittere. 217. 234. Epiſcopis Titularibus quare Eccleſiæ Reſidentiales non deberent, uniri. 222. Unioni Eccleſiarum Canuſinæ, & Nazarenæ, qui ſe oppoſuerunt. 230. ſi ſequi illa deberet quibus conditionibus, & pactis expleri poſſet. 234. ad 241.

Urbanus II. jam Monachus Cluniacen. ſtatim electus Papa Sacram expeditionem Jeroſolymitanam meditari cœpit. 162. Melfi Concilia, Placentiæ, & Claromonti, hoc intuitu, celebravit. *ibid.* *ſeq.* Canuſii Baſilicam viſitavit, dum

Digitized by Google

dum Barium exoratus perrexit. 163. Corpus S. Nicolai in Baſilica Barenſi repoſuit. 244. Eliam pariter Monachum ejusdem Congregationis Archiepiſcopum conſecravit. 163. 235. quare in Bulla mandavit apponi clauſulam abſque præjudicio &c. 164. 245. alterum Barii celebravit Concilium, item Romæ, & obiit. 168.
Urbs antiquitate ſacra eſt. 1. cum ampliſſima ſit, in quo accuſatur. 89. quanta eſſe deberet. 90. præcipuæ Urbes effugerunt rabiem Saracenorum. 122. ſive parva, ſive magna Status Eccleſiæ non mutatur. 25. 242.
Urſus Princeps Beneventi. 133.
Urſus ex Epiſcopo Rapollen. Archiepiſcopus Canuſinus quomodo electus. 246. quando ab Eccleſia Barenſi obedientiam exegit. 152. Conſiliarius Ducis Roberti. 153. quo mortuo, apud Canuſinam Eccleſiam reſedit 155. Corpus S. Nicolai recepit Barii 156. in reditu a Jeroſolymitana peregrinatione Canuſii obiit. 247. quot annis rexit Eccleſias prædictas. 152.
Waifarius Dux Aquitaniæ. 95.
Wigilinda filia Berthardi Regis Uxor Grimoaldi Princip. 104.
Willelmus Rogerii Ducis Apuliæ filius donavit bona ſtabilia Eccleſiæ Canuſinæ. 184. 249. Protectionem ejusdem Eccleſiæ reaſſumpſit. 187. & a Gelaſio II. obtinuit confirmationem jurisdictionis Præpoſiti. *ibid.* ſeq. apud Paſchalem II. 184. & Gelaſium II. quanti fuerit. 187. obiit Salerni 188.
S. Winandus Epiſcopus Canuſinus. 71. in expugnatione Urbis facta a Longobardis, obiit. 73.

X

Xenia a Græcis Joanni XIX. oblata, quare recuſantur. 146.
Xenodochium Canuſii. 235.

Z

Zeno Orientis Imperator, ut Theodoricus Rex Gothorum Italia potiretur, permiſit. 25.
Zoe Auguſta Romanum ſuum Virum veneno occidit, ut Michaeli nefarie copuletur. 148.
Zotto Dux Beneventi I. ab Authari Rege conſtituitur. 73. Regni ſui Epoca. 74.

F I N I S.

ERRATA		CORRIGE.
Pag. 20.	erui poſſumus	eruere poſſumus
51.	Gothof. Cod. Theodoſ.	Gothof. Cod. Juſtinian.
67.	Lucaniæ Urbe	Lucaniæ Urbis
102.	Auctor nullam de S. Sabini	Auctor tractans de S. Sabini
ibid.	nullam denique	nullamque
110.	26. Itaque	27. Itaque
ibid.	27. Verum	28. Verum
145.	uoſtro Appendice	noſtra Appendice
181.	S. Bernardo Ep. Seguino	S. Brunone Ep. Signino
184.	ſicut à quando	ſicut aliquando
187.	Joannes Archiep.	Joannes frater Archiepiſcopi
192.	noſtram potentiam	noſtram præſentiam
201.	utique pepercissem	utique pepercíſſemus
207.	*COMAPTIANTUR*	*COMPATIANTUR*
210.	nou equidem inficimu s	non equidem inficiamur
238.	Anno 1035.	Anno 1025.
263.	illi interponi	ad illum valet interponi

APPENDIX ALTERA

AD RELATIONEM

ECCLESIÆ CANUSINÆ.

POrrectis SS. D. N. enixis precibus, una cum Relatione Statut Sanctæ Primatialis Eccleſiæ Canuſinæ à Præpoſito, dum Sacra Apoſtolorum limina Viſitaturus Romæ commoraretur: eadem Sanctitas ſua re mature perpenſa: atque inſuper ipſi relatis à R. P. D. Nigrone ſuo Auditore bis omnibus, quæ in hujuſce libri cap. XIV. §. III. pag. 204. cum ſeq. continentur, ut abuſus, qui forte in Ordinandis Canuſinis obrepere poterant, removeret, ſimulque Eccleſiam Canuſinam de idoneis Miniſtris provideret, decrevit, atque moderno, & pro tempore exiſtenti Præpoſito clementiſſime indulſit, quod, donec & quouſque lis tum inter Eccleſiam Canuſinam, & Barenſem ſuper pretenſam Unionem, tum inter ipſam Eccleſiam Canuſinam, & Cannarum, ac Minerbini Epiſcopos ſuper aſſertam Vicinioritatem pendens perduraverit, Ipſe Litteras Dimiſſoriales ad quoſcunque Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos, in quorum Diæceſibus, vel in aliquo Seminario, vel Convictu Eccleſiaſtico, vel publica Studiorum Univerſitate Litteris operam navaverint Canuſini, concedere valeat: ſalva auctoritate S. Congregationis Concilii ſuper prædictam litem adhuc indeciſam, & abſque præjudicio ipſius Præpoſiti, aliorumque collitigantium Prælatorum.

CLEMENS PP. XIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

1. EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Andreas Tortora Præpoſitus, & Ordinarius Nullius Canuſii, quod antiquiſſima Eccleſia Cathedralis, & Metropolitana Canuſina, ut aſſeritur, à rec. me. Paſchali PP. II. prædeceſſore noſtro Conſecrata, ac Deo in honorem Sancti Sabini ejuſdem Civitatis Epiſcopi dicata inextricabiles lites per plura Secula paſſa eſt cum Archiepiſcopis Barenſibus pro tempo-

De Conſecratione Eccleſiæ Canuſinæ nos ſupra cap. 12. pag. 170. & ſeq.

re exiſtentibus, qui illam Suæ Eccleſiæ unitam eſſe prætendebant, prout prætendere pergit, itaut Archiepiſcopi Canuſini, atque adeo totius Apuliæ Provinciæ Primatis titulum adhuc retineat; & ſi vero ita appelletur, Nihilotamenſecius nullum vel minimum ad hunc uſque diem juriſdictionis actum in Diœceſi Canuſina exercuit, adeout neque Epiſcopalem Benedictionem Canuſium pertranſiens Populo impertiri poſſit, quemadmodum per Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorium definitum fuit, prout patet ex deciſione CLXXXVIII. parte III. Recentiorum; Atque hinc Juriſdictio Epiſcopalis in Civitate, totaque Diœceſi Canuſina conſolidata eſt in ſolo Præpoſito, qui cum etiam uſu Pontificalium, Beneficiorum Collatione, aliiſque juribus, facultatibus, & prærogativis gaudeat, tamquam Epiſcopus ab antiquiſſimo reputatus fuit, & reputatur.

Lites inter Eccleſiam Canuſinam & Archiepiſcopum Barenſem ſupra referuntur pag. 201. & 252.

Juriſdictio Epiſcopalis in Præpoſito declaratur pag. 156. & 250.

2. Quemadmodum vero, aliquo ab hinc tempore, Præpoſitus utpote huic Sanctæ Sedi immediate ſubjectus titulo Nullius denominari cœpit, ita id occaſionem præbuit novæ liti, quæ mota fuit à tunc exiſtente Epiſcopo Minerbinenſi ejuſdem Canuſinæ Eccleſiæ Suffraganeo, qui jus Vicinioritatis in illam ſibi convenire autumans Eccleſiam, Capitulum, & Præpoſitum viſitare, ipſumque ad Synodum adigere, nec non alios actus juriſdictionales, qui Epiſcopis Vicinioribus ſupra Eccleſias exemtas, & Territorium ab eorum Diœceſibus ſeparatum, ſeu avulſum habentes competunt, exercere prætendebat: hujuſmodi igitur cauſa coram Generali Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore perducta prædicti Minerbinenſis Epiſcopi prætenſionibus ſuas etiam oppoſuit tunc exiſtens Epiſcopus Cannarum, quem quidem Epiſcopatum ſuis reſpective Eccleſiis æque principaliter unitum eſſe contendunt Archiepiſcopi Nazarenus, & Tranenſis: pluribus interea actibus editis, Sententiæ demum latæ fuerunt pro Epiſcopo Minerbinenſi præfato, cum Mandato de manutenendo ſuper aſſerta jura Epiſcopis Vicinioribus in Separatis Territoriis competentia. Sed quoniam id nunquam executioni demandatum fuit, & ex decreto bo. me. Marcelli S.R.E. dum vixit Cardinalis Paſſari nuncupati tunc temporis Pro Auditoris fel. rec. CLEMENTIS PP. XII. prædeceſſoris noſtri die X. Martii MDCCXXXIX. edito, cauſa hujuſmodi ad Congregationem tunc Exiſtentium ejuſdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in gradu Appellationis remiſſa fuit; & exinde nemo inſtitit, ut cauſa hæc proponeretur; ideo cum adhuc ea pendeat indeciſa, Eccleſia Canuſina, & tota ejus Diœceſis in Sua omnimoda, & nativa Libertate etiam nunc permanet, à prætenſis

De lite mota ab Epiſcopis Cannarum & Minerbini ſuper aſſertum Jus Vicinioritatis contra Eccleſiam Canuſinam nos ſupra pag. 204. & pag. 231. Ipſique ſuffraganei ſunt Eccleſiæ Canuſinæ pag. 243. & 245.

Archiepiſcopus Tranenſis contendit cum Nazareno Unionem Eccleſiæ Cannarum ſupra p. 224

In Secretaria S. C. Concilii ſervatur Relatio Nuntii Apoſtolici Neapolis ſuper litem prætenſi Epiſcopi Viciniroris ſub die 19 Decembris 1750

ſis juribus vicinioris Epiſcopi penitus immunis, ac Præpoſiti tantummodo privative quoad alios Viſitationi ſubjecta.

Modus pro Juvenibus Ordinandis totius Regni Neapolis ſtatuitur in Concordatis Cap. IV. §. III. & IV.

3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Angelus Andreas, attentis Concordatis alias inter Apoſtolicam hanc Sanctam Sedem, & Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum utriuſque Siciliæ, & Hieruſalem Regem Illuſtrem initis, inter quæ illud præcipue reperitur, ut Juvenes in toto Regno Neapolis ad Minores, & Sacros Ordines promovendi, aut in aliquo Clericorum Seminario, aut in Convictu Eccleſiaſtico educentur, vel in aliqua publica, & approbata Studiorum Generalium Univerſitate litteris dent operam, ſuis Subditis promovendis hanc ipſam eorum obligationem injungere, & inculcare nunquam deſtiterit; atque interim ab uſque Anno MDCCLII. ab aliquo ad Ordines promovendo abſtinuerit, ac propterea cum neque Canuſii, neque in aſſertorum Viciniorum Epiſcoporum Civitatibus, & Diœceſibus adſint Seminaria, quibus ad omnem pietatem, eruditionemque Juventus informari poſſit, ut Canuſini promovendi ad Sacra præſertim Studia rite peragenda inflammentur, à Nobis ſibi in præmiſſis opportune provideri, & ut infra ad abundatiorem Cautelam indulgeri ſummopere deſideret. Nos igitur ipſius Angeli Andreæ, votis quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum Serie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Angelo Andreæ moderno, & pro tempore exiſtenti Præpoſito Canuſino, ut ſi contingat aliquem ex Oriundis intra limites dictæ antiquæ Cathedralis, & Metropolitanæ, nunc vero Præpoſituræ Canuſii, ſeu Subditis, Clericali charactere inſigniri, ſeu ad Minores, ac etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ſe promoveri facere, ipſe Modernus, ſeu pro tempore exiſtentes Præpoſiti, donec & quouſque cauſa hujuſmodi abſoluta fuerit, ſuas Dimiſſoriales Litteras ad quoſcumque Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos, in quorum reſpective Diœceſibus iidem Oriundi, ſeu Subditi Canuſini, vel in Seminario, aut Convictu Eccleſiaſticis permanſerint, vel in aliqua publica, & approbata Studiorum Generalium Univerſitate Studiis operam navaverint, concedere, & dirigere poſſint, & valeant reſpective; ſalva tamen auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium, & ſine præjudi-

Prælati qui non ſubſunt Viſitationi Vicinioris Epiſcopi poſſunt ſuis Subditis ordinandis concedere litteras dimiſſoriales ex not. per Campanil. diverſ. Jur. Canonic. Rubr. IX. cap. VIII. num. 4.

judicio Jurium tum dicti Præpoſiti, tum aliorum Litigantium, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem de ſpeciali gratia tribuimus concedimus, & impertimur.

Clauſulæ derogatoriæ cum decreto Irritanti. 4. Decernentes eaſdem præſentes litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eiſdem Præpoſitis pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Præpoſituræ, aliiſque Eccleſiis, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die II. Aprilis MDCCLIX. Pontificatus noſtri anno primo.

Loco ✠ Sigilli

Pro Domino Cardinali Paſſioneo
Joannes Florius Subſtitutus.

527367.

Digitized by Google

527367

527367

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google